



SEVERINI de MONZAMBANO


Veronensis

DE STATU IMPERII GERMANICI LIBER,

CUM SCHOLIIS, MAGNAM PARTEM NOVIS.

IN USUM AUDITORII THOMASIANI.

EDITIO IN MULTIS AUCTA ET CORRECTA, CUM INDICE RERUM.



HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis & sumptibus VIDUÆ CHRIST. SALFELDII,
Regim. Boruss. Typogr.
ANNO M DCC XIV.

VIRO
PRÆNOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO atque EXPERIENTISSIMO

ANDREÆ GUNDELSHEIMERO,

POTENTISSIMO REGI BORUSSIÆ
a CONSILIIS AULICIS ET MEDICIS

S. P. D.

CHRISTIANUS THOMASIUS.



Idebunt forte non pauci, dum videbunt, opusculum Politico-Juridicum & notas ejusdem generis, ut munusculum Medico offerri a Jureconsulto, Videlicet, inquient,

indecens valde est, & a regulis prudentiæ alienum, munera aliis offerre, nobis quidem & aliis forte grata, illis autem, quibus ea damus, vel non grata, vel ad statum eorum non quadrantia. Quis auderet Theologo arma, Politico Biblia hebraica, virgini equum, Philosopho ornamenta muliebria, testandæ observantiæ aut amicitiæ causa offerre? Scilicet sunt nonnulli in ea hæresi, acsi quatuor Facultates Academicæ singulæ certo cuidam circulo sint inclusæ, quem transgredi sine piaculo non liceat. Sunt nonnulli, qui Theologos & Medicos, illos ad Patres Ecclesiæ, aut ad Postillas (uti vocantur,) hos ad Galenum & Hippocratem relegant, & ne horum fines transgrediantur, magistraliter quasi edicunt. Sunt denique, qui arbitrantur, Theologos & Medicos, quoties studiis superio-

periorum Facultatum, aut saltem elegantioribus, puta historicis, genealogicis, arti heraldicæ & similibus se applicant, ac doctrinas hasce antea neglectas in ordinem concinniorem redigere tentant, nescio quid criminis contra regulas sapientiæ committere, cum tamen vel exempla illustrium adversariorum, Johannis Jacobi Chiffletii & Davidis Blondelli, illius Medici Hispani, hujus Theologi Galli, contrariam sententiam ipsis facile persuadere potuissent ac debuissent. Non est negandum, scripta historica, genealogica, heraldica ideo non majoris pretii esse, quod Theologos aut Medicos autores habeant, (& quis unquam hoc negavit?) At ejusmodi scripta ideo tantum rejicere, aut suspectos sorditiei & ineptiarum reddere velle, quod Theologi ac Medici sibi hanc spartam

ſumſerint; næ, ut mitiſſime loquar, gravis injuria eſt, qua uterque ordo immerito afficitur. Quaſi videlicet v. g. Speneri opus Heraldicum, Sylloge Genealogico hiſtorica, Theatrum Nobilitatis Europæ ideo ſorditie & ineptiis ſint repleta, quia Theologus operibus iſtis manum admovit, aut quaſi, ſicubi lapſus quandoque fuerit, id in negotio intricatiſſimo & antea a paucis tentato commune habeat non cum Chifletio & Blondello, aut quaſi Theologi ac Medici Germani fungi ſint, ac ſoli Hiſpani & Galli debeant ut polyhiſtores præſidio literarum inſtructiſſimi prædicari. Sed de Theologorum meritis in rem literariam & ſtudia elegantiora atque humaniora alibi dicendi ſe offeret occaſio. Medicos quod attinet, etſi ex antiquitatibus Academicis conſtet, Facultatem Medicam in Academiis

miis tardius reliquis Facultatibus eſſe ortam, primi tamen fere, aut certe inter paucos primos fuerunt Medici, qui libertatem philoſophandi, debitam videlicet & moderatam, non enormem & Spinoſiſticam, in Academiis introduxerunt, atque hoc modo jugum ſervitutis Philoſophiæ Ariſtotelico-Scholaſticæ excuſſerunt. Regnaret adhuc in Academiis Phyſica Ariſtotelica, ignorantiam rerum naturalium terminis obſcuris & nihil ſignificantibus occultans, niſi Medici primi corpuſcularem phyſicam, etiam cum periculo ſuo, in Academiis pedetentim introduxiſſent. Et quamvis phyſica corpuſcularis ſe non commendaverit omnibus Medicis, ſed multi eidem oppoſuerint phyſicas magis ſpirituales, & meum jam non ſit, ut illi pugnæ me hic immiſceam, ſufficit tamen,

quod utraque hæc Medicorum classis jugum Papale (id est Philosophiam stultam, inanem, fastuosam,) cui hactenus, etiam in terris Principum protestantium, Doctores trium Facultatum superiorum tantum non alligati erant, prima abjecerit, & ita superioribus Facultatibus similia tentandi viam monstraverit. Non ausi tamen sunt JCti exemplum Medicorum mox sequi, sive quod undecim virtutes Aristotelicæ & Divi Justiniani institutiones eorum mentes vi quadam occulta fascinatas detinerent, sive quod timerent, ne cum Medicis male audirent, quibus, ob libertatem credo vindicatam, vulgus eruditorum, quorum intererat, populum etiam apud Protestantes in superstitione detineri, ex Euphormione Barclaji per calumniam tribuebat „ istas sententias: Aut numen solis

„ ter-

terroribus fingi, aut, si est ali-„ quod, omnia permisisse divina-„ trici naturæ; animum ita corpo-„ ris domiciliis insinuatum, ut extra „ illum carcerem non duret, deni-„ que religionibus, sicut vestibus „ utendum. Unde & Autor Religionis Medici statim ab initio dissimulare non potuit, verisimilia quædam concurrere, ex quibus fieri possit conjectura, ipsi nullam prorsus esse religionem, quæ inter primo loco, institutum vitæ quod secutus sit, isto plerumque nomine male audientis, commemorat. Idem tamen Autor, dum suam sub nomine religionis Medici religionem vivis coloribus depinxit, multos & in Theologia vulgari, etiam inter Protestantes, relictos errores tanquam aliud agens detexit, plura forte detecturus, nisi, ut ipse de se scripsit, ad superstitionem

proclivior, fuisset. Quare ut orbis eruditus grata mente agnoscit, quod in alio scripto, Pseudodoxiæ, ut vocat, Epidemicæ, varios eosque multiplices errores vulgi & eruditorum, septem integris libris monstraverit, & refutaverit, ita & eidem valde obstricti sunt cordatiores, quod in elegantissimo illo de Religione Medici libello primus fere ostendere ausus fuerit, remansisse adhuc, inter Protestantes etiam, si non quoad doctrinam, saltem quoad praxin, non pauca intuitu religionis admonenda & emendanda. Quapropter etiam Illustris Commentator Religionis Medici compertum sibi esse asseveravit, multos magnos atque eruditos viros censuisse, autorem (quantum ex ipso hoc ejus scripto percipi potuerit) sanctitate vitæ ac pietate elucere: eum vera, fir-

ra, fir-

ra, firma, ac generosa fide se scru- „
pulis, quibus interdum conflicta- „
tus fuerit, evolvisse, ejus cona- „
tum tendere ad bonam mentem, „
ad veram, non falsam pietatem, „
ad admirationem sapientiæ, se- „
cretorumque Dei, ad objurgan- „
dum cœcum Zelum in religione „
Christiana, ad insinuandum stu- „
dium charitatis & concordiæ, ad „
irridendum stolida & absurda „
Atheorum, ad testatum facien- „
dum, non omnes ingeniosos re- „
rum naturalium atque abstrusa- „
rum indagatores flagitiosissimi „
atheismi contagione contami- „
natos esse. Neque tamen omnia „
probo, quæ Thomas Broune (autor Religionis Medici) ibi proposuit, uti nec probavit Levinus Nicolaus Moltken (Commentator ejus, Eques Megapolitanus, tum quidem juvenis, postea vero Vice-

can-

cancellarius Holſatico-Gottorpienſis,) qui in præfatione fatetur, Brounium, ſi ſecundum mores receptos durum ac rigidum nanciſceretur cenſorem, in nonnullis reprehenſionem mereri. Id ſaltem volo, ſi absque hoc Medico fuiſſet, forte non excitatum fuiſſe Politicum ex Proteſtantibus, ſub jugo reliquiarum Pontificiarum gementem, ut & ipſe in detegendis illis reliquiis aliquid auderet, & ſæviores inſolentioresque Ariſtarchos non timeret, ac cum fiducia in præfatione ad annotationes ſuas ſcriberet: „Reperiri nonnullos homines, quorum animos tam miſere ambitio „vexet, tam turpiter contendendi „libido inquietet, ut niſi ex illorum „arbitrio omnia agantur, aut niſi „plane idem cum illis ſentiamus, „aut niſi aliquis in diſſentientes „ab eorum opinionibus ſtrenue de-

debachari ac insigniter clamare „ vellet, primo vultum tristem in- „ duant, mox in simultates agan- „ tur, tandem pietatis obtentu iras „ ac verba in fas nefasque locent, „ eaque alii, quæ ne somniavit qui- „ dem, vel clam, vel palam impro- „ perare, aut in pede muscæ struem „ calumniæ ædificare summo vo- „ luptatis loco ducant; hisce se can- „ didatos immortalitatis fieri con- „ fidere; hisce homines divosque „ oculos in se conjecturos, ac de „ via decessuros arbitrari „ hisce se „ divinos heredes , ceterosque „ omnes, queis meliore luto finxit „ præcordia Titan, nil nisi terræ „ filios, ac præ se vix ac ne vix qui- „ dem dignos, qui palum figant in „ pariete, putare; hisce demum in- „ dignis artibus nomen suum æter- „ næ laudis monumentis incisum „ iri, plusquam ridicule præsu- „ mere;

„ mere: Sed melius sibi consultu-
„ ros esse ac magis e re Christiana,
„ si famæ, quæ meritis propagatur,
„ studerent, aut si ea saltem face-
„ rent, quæ charitas Christiana, aut
„ saltem humanitas exigat, cum
„ omnes videant, quod hi illorum
„ pravi mores, ac insanabile ri-
„ xandi, calumniandi, maledicen-
„ dique cacoethes commendatio-
„ nem ingenii ac doctrinæ plane
„ evertant, multum incommodi
„ Reipublicæ Christianæ afferant;
„ & a nostra Ecclesia alienis uberem
„ risus materiam præbeant. Imo
excitavit verosimiliter vel hic Tho-
mæ Brounii libellus, vel aliorum
Medicorum ante ipsum libertas, in
publicis scriptis communiter re-
gnantes errores in Medicina dete-
gendi, (quos inter ipse Brounius in
præfatione ad Pseudoxiam Epide-
micam Primerosium & Scipionem
Mer-

Mercurium nominat,) excitarunt, inquam, hæc exempla Medicorum, Theologum inter Reformatos celeberrimum Johannem de Hispania, ut ipse non solum brevi quidem sed utilissimo & omnibus commendando opusculo errores vulgares in materia religionis monstraret, sed & in aliis iisque varii generis observationibus in Symbolum Apostolicum, Decalogum, de manducatione corporis Christi, de usu orationis dominicæ & similibus, obiter quasi ejusmodi errores alios ex Papatu ad Ecclesias Protestantium translatos ostenderet. Imprimis autem valde notabilia & ad statum nostrorum temporum quadrantia sunt, quæ in recensione errorum popularium „ disserit de confusione tempera- „ mentorum humanorum cum „ virtutibus Christianis, & intelle- „

„ ctus

„ ctus non vulgaris cum Spiritu San-
„ cto; de falsa accusatione diaboli,
„ acsi immediatus autor sit omnium
„ malarum cogitationum; cur item
„ eruditi veritates religionis diffici-
„ lius agnoscant, quam alii, & plu-
„ ribus dubiis torqueantur, quam
„ idiotæ, porro de Theologia in
„ scientiam verbalem & logoma-
„ chiam, tam scholasticam, quam
„ oratoriam mutata, de arcano in-
„ troductæ Theologiæ scholasticæ;
„ cur hodie difficilius sit Pontificiæ
„ religioni addictis & Judæis veri-
„ tatem religionis Protestantium
„ & Christianæ persuadere, quam
„ initio reformationis & Christia-
„ nismi; cur doctrinæ maxime
„ absurdæ & impiæ difficilius ex-
„ pellantur ex animis eorum, qui
„ eas defendunt, quam opi-
„ niones minus absurdæ; de de-
„ monstratione verarum doctri-
narum

narum per falsas rationes; de „
ignorantia vulgi credentis non „
aliam quærendam esse rationem „
articulorum fidei, quam volun- „
tatem divinam; de gravi errore „
communi, quod Pastor probis „
moribus præditus sed ignoran- „
tia rerum divinarum laborans „
sufficiat ad ædificandum popu- „
lum &c. Sed ut ad JCtos redeam, mànserunt illi non obstante exemplo Medicorum in suis præjudiciis & erroribus communibus, sive quod crederent, omnia, quæ eruditis ad regimen politicum destinatis scitu necessaria sunt, sive moralia, sive politica, sive ad dirimendas causas privatorum, sive ad controversias Principum definiendas pertinentia, contineri in corpore Juris Civilis & Canonici; sive quod cum illis, quorum magis intererat, tritam philosophandi

viam retineri, & errores vulgares omnium Facultatum loco non moveri, arctiore nexu & amicitia essent combinati; sive quod horum potentiam apud Regentes timerent; sive quod tota eorum scientia de actionibus humanis infinite variantibus in sola autoritate humana JCtorum, Imperatorum, Doctorum Ecclesiæ, Patrum, Paparum, fundata, ex præjudicio autoritatis se explicare non ita facile posset, ac scientia Medica naturæ humanæ in sensus ubique incurrentis; sive denique ex aliis pluribus causis, alibi forte majori cum cura indagandis. Sed misertus tandem est Deus benignissimus etiam JCtorum, illisque tam diuturnum torporem tandem seculo præcedente invitis quasi & reluctantibus excussit, instrumento utens Medico, & quidem, quod

magis

magis mirandum, in ea Academia Professore, quæ, tum certe, præ aliis Academiis doctrinæ Aristotelicæ juramento se addixerat, & qui ipse Aristotelicam philosophiam, a nugis tamen Scholasticis eam separans, magni faciebat & commendabat. Et nisi me omnia fallunt, credo Hermannum Conringium, invitum etiam aut nolentem eo adactum esse, ut insignes nævos Jurisprudentiæ, hactenus sub larva veræ eruditionis se occultantes detexerit, iisque larvam detraxerit. Scripserat is, adhuc juvenis, anno superioris seculi trigesimo quinto in præfatione ad Tacitum de moribus Germanorum, inter alia, a Scriptoribus juris publici Germa- „
nici hactenus duplicem errorem „
commissum fuisse, unum, quod „
doctrinam juris publici Germa- „
nici cum prudentia civili miscue- „

„ rint, alterum, quod in contro-
„ versiis juris publici allegatio juris
„ Justinianei utramque faciat pagi-
„ nam, simul vero in originem hu-
jus posterioris erroris inquisiverat,
eumque refutare intenderat, docen-
„ do, Romanas leges non obliga-
„ re nos justitiæ quadam necessi-
„ tate, in jus publicum Romanum
„ nunquam imperium Germani-
„ cum consensisse, nec teneri nos
„ legibus illis eo nomine, quod
„ à Romanis sint latæ; ad adcura-
„ tam notitiam status nostri Impe-
„ rii requiri civilem prudentiam,
„ morum, religionis, & juris na-
„ turæ scientiam, denique acto-
„ rum legumque imperii accura-
„ tam notitiam. Displicuit id mo-
nitum plerisque JCtis, neque dis-
simulare sustinuit displicentiam
hanc JCtus alias eximius, & tum
Antecessor Argentoratensis Johan-
nes

nes Otto Tabor, ſed in tractatu de metatis & epidemeticis Conringio contradixit, atque in dedicatione opuſculi illius conqueſtus eſt, quod homines quidam otioſi & „ ſuarum rerum pertæſi in alienis „ agant circulis, & quod hodie „ a ſciolis iſtis juris publici profeſſio „ Themidi plane adimatur, & ne- „ ſcio, cui tandem philoſophiæ par- „ ti aſſignetur, contendentibus, Ju- „ ſtinianeæ legislationis uſum ad „ juris publici cognitionem ne hi- „ lum quidem conducere. Hæc „ cum ſibi dicta putaret Conringius, partim in nova Taciti editione, partim in nova editione tractatus de origine juris Germanici, partim in præfatione ad Joachimi Hopperi Seduardum, partim in diſſertatione de civili prudentia defenſionem ſuæ aſſertionis propoſuit; contra Tabor in racemationibus criminalium defini-

finitionum, in peculiari programmate, in tractatu de jure cereviſiario, communem & hactenus uſu receptam doctrinam confirmare aggreſſus eſt. Conringius vero ita ſemel iterumque irritatus hic non ſubſtitit, ſed vulgo JCtorum jurisprudentiam, relicta ipſis ſola jurisperitia, denegavit, etiam in cauſis privatis non ita magnam, ut vulgo creditur, juris Juſtinianei autoritatem ſupereſſe adſtruxit, & a JCtis non facile ſperandam eſſe prudentiæ civilis reſtitutionem in Academiis aſſeruit, ringentibus ubique JCtis, ſed Politicis extra partes poſitis guſtantibus doctrinam Conringianam, ac commendantibus ſuborta anno præteriti ſeculi quinquageſimo quinto controverſia inter Electorem Moguntinum & Colonienſem de jure coronandi Imperatorem, juris Moguntini defenſionem non

ali-

alicui ex JCtis, ſed huic Medico. Defendit id Conringius erudite & cum ſucceſſu ac applauſu. Sed tamen torſit hoc JCtos non paucos, eorumque invidiam erga Conringium auxit, quamvis muſſitarent, atque non niſi ex inſidiis, aut obiter, & quaſi aliud agendo famæ Conringii detrahere ſatagerent. Atque in horum claſſe non ſolum JCti vulgares erant & adhuc ſunt, ſed clariſſimi Academiarum Doctores & illuſtres Judiciorum Imperii Aſſeſſores, cujus rei ſpecimen dedi in diſſertatione de regalibus fiſci Principum Germaniæ. Paucisſimi doctrinam Conringii publice ſequi auſi ſunt, & ſi auderent, tutius eſſe putarunt, ſaltem occultato utcunque nomine id facere, cujus rei Conradi Sinceri diſſertatio Epiſtolica de Germanicarum legum veterum & juris Romani origine & autoritate præſenti,

 exem-

exemplum præbere poteſt. Conringius autem adeo non curavit odium & invidiam JCtorum, ut potius de veritate & fundamentis genuinis doctrinæ ſuæ perſuaſus, majori cum libertate adhuc alios nævos Jurisprudentiæ, qua publicæ, qua privatæ detegeret, & de ſeipſo etiam cum fiducia ſui coram amicis pronunciaret. Inde jam ab aliis notatum fuit, quod ad amicos ſcripſerit, foren- „
ſem proceſſum inter arcaniſſima „
& ſpecioſiſſima dominatus inſtru- „
menta numerari debere, utpote „
cum litibus æternis involvat ſub- „
ditos, & omnia trahat in curiæ re- „
verentiam & obſequium, idque „
ſub prætextu juſtitiæ & ſubditis „
non advertentibus; novum ali- „
quod juris corpus ut cudatur, „
quod nonnulli de damnis Juris- „
prudentiæ etiam ſolliciti ſuaſe- „
rant, nimis effectu difficile nec „

utile

utile fore ob varios mores & insti- „
tuta diversa populorum Germa- „
niæ; se etiam in Justinianeo opere „
magis magisque videri sibi obser- „
vare arcanam calliditatem, legum „
religione populum sub jugum „
mittendi, neque legibus istis ad „
herile aliquod imperium in Ger- „
mania statuminandum haud te- „
mere quid aptius excogitari posse, „
modo totum jus Justinianeum „
introduceretur abolitis omnibus „
consuetudinibus & institutis Ger- „
manicis: se occasione lectionum „
in Tacitum de moribus Germa- „
norum indies occasionem nan- „
cisci examinandarum etiam le- „
gum juris privati, quatenus illæ „
ad res publicas heriles vel civiles „
faciant, v. g. de successione hæ- „
reditaria cum legitima, tum te- „
stamentaria, ut adeo ejusmodi „
discursibus paulatim juventus „


„ manuducatur ad veram & solidam jurisprudentiam; Medici argumenta pauca a se in lucem data, ad alia ipsum vocantibus tum magnis Principibus, tum etiam ne quid dissimulet, ingenii sui late diffusa curiositate. Ne tamen in solis erroribus aliorum notandis ætatem consumeret, sed erroribus detectis etiam aliis viam emendandi suppeditaret, edidit Conringius eruditum tractatum de Germanorum imperio Romano, & postea variis dissertationibus ad Statum Romani Imperii pertinentibus, puta de Germanici Imperii civibus, Imperatore, Urbibus, Ducibus, Comitibus, Electoribus, Judiciis, Episcopis, Comitiis, negotiis ibi tractari solitis, officialibus,

&


& aliis fundamenta genuina juris publici jacere aggressus est. Quæ omnia uti placuerunt Aulicis, ita contra JCti Academici ea despicere & contemtim de iis coram studiosis loqui continuarunt, donec Pufendorffius sub ficta Monzambani persona doctrinas has Conringianas approbare easque subinde magis expolire cœpit. Quare cum Jurisprudentia nostra publica, Medico debeat primam aut præcipuam emendationem, credidi me non inepte facturum esse, si dissertationem istam Monzambanianam & ad eam notas meas excellenti Medico, id est Tibi, Prænobilissime Vir, dedicarem, atque hoc pacto publice testarer, quam Te ob virtutes Tuas, & ob singula-

rem

rem vitæ integritatem, ſinceritatem, ac ſine meo merito mihi hactenus teſtatam benevolentiam, amem & æſtimem. Suſcipe igitur hoc, quicquid eſt opellæ noſtræ ſerena fronte, ac me amare perge. Deus Te ſervet. Dabam Halæ in Academia Fridericiana die 20. Martii 1714.



BENE-



BENEVOLE LECTOR.

Quæ in nova hac editione exhibentur notæ, ut ex collatione cum prioribus editionibus patebit, in multis locis sunt mutatæ. Multa hic sunt omissa, quæ ibi leguntur, multa addita, quæ ibi non apparent. Ut adeo & priores editiones non sint amplius nullius usus, siquidem quæ hic omissa sunt, non semper pro talibus sunt habenda, in quibus sententiam suam mutaverit Autor, sed continentur in plerisque earum observationes & doctrinæ non inutiles. Quod autem hic non iterum compareant, rationes fuerunt non leves, quas publice indicare non

est

*est opus. Insertæ sunt etiam hic suis locis variationes aut additiones editionis posthumæ sub nomine Baronis Pufendorfii publicatæ, non quidem ipsi textui, sed notis subjunctis, & in ultimis duobus capitibus notæ Excellentissimi Titii pleræque sunt additæ ob rationes facile divinandas. Ut vero primo intuitu quasi conspici possint novæ additiones, asteriscis *) eædem sunt indicatæ: augmenta notarum pristinarum circa earum initium aut medium uncinulis & cruce, [†] circa finem earum sola cruce † sunt denotata. Notæ pristinæ hic omissæ facile etiam deprehendi possunt, si observes, utrum litera quædam alphabeti deficiat, v. g. si post literam f. statim sequatur litera h. & sic in reliquis.*

LÆLIO



LÆLIO
DE
MONZAMBANO
TREZOLANI Domino,
SEVERINUS DE MONZAMBANO *a)*
S. P. D.

QUod plurimis me literis dudum flagitasti, LÆLI FRATRUM OPTIME, quo consilio, quidve ani-

a) Fictum nomen esse, fictamque Itali personam, consentiunt omnes; nec male Pacif. à Lapide *p.2.* Autorem Itali personam assumsisse putat, ut legeretur a Romano-Catholicis. Et vel ideo id factum, ut sub hoc schemate liberius sententiam suam posset exponere. Pro Autore habiti, sed absque verosimilitudine Conringius, & Boineburgius. *vid. Kulpis. p.3.4.5.* Propius ad rem videntur accessisse, qui fratribus Pufendorffiis hunc libellum adscripserunt. Cancellarium Suecicum Es. à Pufend. non obscure

animo volvens tamdiu per Germaniam circumcursitaverim, vix tandem tuo pene con-

scure innuit Pacif. a Lapide *p. 1. 2. 29.* De Sam. Pufend. *vid. Kulpis. p. 6. 7. 8.* quorsum & pertinet conjectura Schookii *ap. eund. p. 3.* [Et nunc quidem nullum amplius restat dubium de hoc Illustri Autore, postquam idem hoc scriptum recognovit ac emendavit, & sub suo nomine post mortem publicari voluit.] Judicia varia de Autore recenset idem Kulpisius *p. 9. seq.* [Etsi vero *p. 12.* se horum disputationibus immittere noluerit, & nonnulla pro defendendo vel certe excusando autore attulerit; non videtur tamen alienus fuisse ab eorum judicio, quos *p. 10.* cordatiores vocat. *Qui cordatiores*, inquit, *videri maluerunt, in scriptore saltim animum obligationis adversus patriam magis memorem, & hinc profluens Reipublicæ studium non immerito desiderari posse, dixerunt; Utut enim doctrina civilis tam liberaliter diffusa, & tam alte recondita sit, ut nec ab ingenio nec ab instituto cujusvis, disciplina ejus debeat exigi, tamen affectum in Rempublicam ejusque statum, & fidem, decretum esse naturalis, ut sic loquamur, politicæ, quam Deus mentibus hominum, in civilem habitum formatis, inseverit, & latis legibus commendaverit: ab hac quæcunque recedit, non supervacuam modo, sed infelicem esse sapientiam; quod in præsenti scriptione autorem non satis considerasse ajunt; neque enim laudabilem esse*

convicio domum retractus, id nunc Tibi paucis exponere lubet. Alias enim natio-

esse morem eum, describendi Rempublicam, quo ipse status & Rectores ejus publice traducantur, quo nihil aliud efficiatur, quam ut Respublica & domi confundatur, & exteris deridenda prostituatur. Quid enim, pergunt, opus est, morbos & vitia, quibuscum administratio publica colluctatur, palam denudari, cum nulla sit reipublicæ species, quæ morbis careat, & si illi sunt desperati, ad quid prodest publica eorum declamatio: quin putant, exagitari heic multa ut maxime vitiosa, quæ tamen hactenus inter media conservandi Rempublicam a prudentioribus sint collaudata. Unde cum officium boni civis exigat, defendere statum Reipublicæ, qui quoquo tempore existat, ac cum Marcello apud Tacitum, meminisse " temporum, quibus natus sis, quam civitatis formam " patres avique instituerint, altiora mirari, præsentia " sequi, bonos Imperantes voto expetere, qualescunque " tolerare, rectius facturos, qui simplicitate verborum ad publicarum legum formulam heic philosophiam suam attemperent, omnibusque modis caveant, ne Respublica de statu suo vel domi vel foris in disceptationem vocetur, in cæteris Deum venerentur, ut inter perplexa tempora & motus rerum, mentem a sensu boni publici, & fide civitati debita, irretortam singulis conservet. Sed his quidem censuris alii non minus cordati addendum esse arbitrati sunt :] obligationem erga patriam nondum exacte a Scriptoribus moralibus esse demonstratam, & forte non difficulter posse ostendi,

 obli-

tionem noſtram peregrinationibus non adeo

obligationem illam a Gentilibus Philoſophis ad palliandum autoritatis præjudicium fuiſſe effictam: Diſtinguenda item eſſe vitia ſtatus à vitiis perſonarum, morbos item occultos a notoriis, & in genere notandum, declarationem vitiorum ſtatus non ſemper pugnare cum officio boni civis, quod latius deduxi *in Inſt. Juriſpr. div. lib. 3. c. 6.* neque adeo huc pertinere monitum Marcelli apud Tacitum, cum Doctor morbos Reipublicæ exponens civitatis formam non mutet, & qualeſcunque imperantes toleret; denique publicas leges neque de formis rerum aliquid præſcribere poſſe, neque leges Germanicas de forma Reipublicæ quicquam præſcribere. Ipſe Pacificus a Lapide quamvis Autori infeſtior, virtutes tamen ejus quaſdam tacere non potuit. *p. 3.* Obſcuritas autem, quam ei *ibid.* objicit, nonniſi eorum reſpectu intelligenda eſt, qui rerum Germanicarum ignari ſunt, & rempublicam Germaniæ ex Ariſtotele aut Juſtiniano illuſtrare ſatagunt. Inſuper veroſimilius, a Bruggemanno, *de quo Pacif. pag. 5.* calumniandi cacoëthes Autori vel per calumniam vel ex præjudicio autoritatis fuiſſe adſcriptum, quod idem & de accuſatione exſcripti ubique fere Conringii, *ap. Pacif. p. 26.* ſentiendum. De Cenſoribus ac Commentatoribus Monzambani, Martino Schookio, Philippo Andrea Oldenburgero, ſeu Pacifico a Lapide, Joh. Ludov. Praſchio, Chriſtiano a Teuteburg,

Joh.

adeo deditam constat; quod credamus,

Johanne Ulrico Zellero, Carolo Scharschmidio, Ulrico Obrechto, vide partim Pufendorff. *diss. Acad. de Rep. irregulari & in addendis ibid.* partim *Kulpis. p. 13. seq.* quibus adde ipsum Kulpisium, cujus commentationes eo magis præ reliquis commendandæ, quo & rariore judicio, & rerum Germanicarum notitia, & libera modestia reliquos præcedit. Contra & judicio & libertate & modestia subinde destitui Pacificum a Lapide singula fere ejus folia ostendunt, quamvis seipsum in Burgoldensis persona commendet *p. 10. & 23.* † Cæterum scopus Monzambani nunquam fuit, ut justas juris publici Germanici institutiones scriberet, sed ut saltem præcipua fundamenta juris publici hactenus jacta, sed lubrica & nullius ponderis, destrueret, ac solidiora suppeditaret. Atque cum id institutum magno cum judicio egregie effectui dederit, non mirandum quidem, quod artibus invidorum, & qui pro pristinis illis fundamentis tanquam pro aris & focis pugnabant, per aliquot annos inter libros prohibitos referri non desierit, quo tamen vix aliud quid effectum est, quam ut majori ardore conquireretur lectitareturque, ut recte notat Kulpisius *p. 13.* Sed id quidem cum cujuscunque generis libris prohibitis commune habuit. Quod autem Kulpisius addidit, *illum ardorem saltem durasse, donec cum periculo parabatur, mox licentiam habendi oblivionem attulisse*, quod regu-

lari

ipsius ingenia naturali bonitate enitesce-re, haud quidquam exteræ limæ indiga. *b*) Et

lariter fieri solet, in libris nullius momenti, id nescio quo affectu & qua fronte scribere idem potuerit, cum vel ipsa cura, quam Kulpisius in commentando Monzambano adhibuit, & tot post hanc censuram editæ & repetitæ Monzambani editiones, ac tot lectiones qua publicæ qua privatæ, in variis Academiis, super hoc Monzambani fœtu hodienum continuatæ, clarissime doceant, libello huic, licentiam habendi, nequaquam oblivionem attulisse. Magno itaque cum fructu hucusque juventuti studiosæ genuina fundamenta de statu imperii Germanici jacere, atque sic studium juris publici eo securius tractare cupienti, absque ullo discentium incommodo prælectus fuit Monzambanus, imprimis cum ea, in quibus aliis justam ab ipso dissentiendi causam reliquerit, & pauca sint, & fundamentales ejus doctrinas non destruant.

b) Tacite hic taxat Autor præsumtiones Italorum de suis ingeniis, unde parum apte eum philavtiæ accusat Pacificus *p. 6.* præprimis, cum ipse fateatur, fictam esse Itali personam. Singulis nationibus sunt sua vitia & virtutes. Neque adeo consultum, ex Lansio exscribere locos communes contra Italos cum Pacifico *d.l.* aut ob Machiavellum vituperare universos Italos. maxime, cum dubium sit, utrum Ma-chia-

Et apud Transalpinos aliqua prudentiæ
opinionem conciliat, vel de summis mon-
tibus Italiam conspexisse. c) Quomodo
igitur negotium illud, cujus expediendi
caussa Alpes transcenderam, præter spem
in aula Bavarica me detinuerit, ipse nosti.
Heic dispellendo otii tædio curatius evol-
vere cœpi, quæ unus atque alter nostra-
tium super bello Germanico literis pro-
didit. Quorum fidei Germani ipsi plus,

hiavellus ex animi sententia scripserit, utrum
potius per modum Satyræ vitia Principum no-
tare voluerit. Magis dubium, quod pro vero
verbo jactat Pacif. *d. p. 6.* *Quo Romæ propior eo
Christianus pejor*, aut, quod idem asserit *p. 8.*
Germanos fere solos in suo natali solo posside-
re pietatem ac probitatem. Nostrum, an com-
mune vitium est? quod Anti-Christum aut
impietatem in locis remotis quæramus, neque
advertamus nequitias nostrorum cordium.

c) Notat tacite morem Germanorum maxi-
me Canonicorum nostrorum, [cujus origo
intuitu Canonicorum etsi antiquior sit Acade-
miis, magna tamen haud dubie augmenta
nactus est] traductis ex Italia Academiis in
Germaniam & simul nævis Academiarum Ita-
larum. Adde locum ex Lansio ap. Pacif.
p. 7.

d) Lo-

quam civium suorum, tribuunt, queis manifestum fere in partes studium, aut verum periculi metu infractum. *d*) Et qui extat apud ipsos circa id bellum liber, in complura diffusus volumina, meliori, quam antiquum chaos, jure dici meretur, rudis

d) Loquitur iterum sub schemate Italico. Nam non diffitendum est, etiam scriptores Italos, quos inter præ reliquis commendari solet Victorius Sirus, non destitui præjudicio amoris vel odii & magis inclinare ad partes Pontificiorum. *Conf. Pacif. p. 10.* Et in genere ita comparati sunt omnes homines, ut in partes transeant, etiam in negotiis ad se non pertinentibus. Exempla præbent quotidianæ comœdiæ & historiæ etiam fictæ, quas legimus vel spectamus, ubi quilibet personæ uni præ altera magis favet. Unde non licebit deprehendere Historicum omnino indifferentem, sed pro talibus habentur, qui pauciora irritamenta in studia partium vel habent, vel testantur. Igitur cùm Germani pluribus momentis interesse capiant in narratione belli Germanici, quam Itali aut alii exteri, non male ratiocinatus est hic Monzambanus, nisi quod expendendum id quoque esse videatur, quod exteri rerum gestarum non ita gnari esse possint quam domestici.

e) Intel-

udis indigeſtaque moles. *e*) Legentem
ibiit admiratio, quanto molimine res geſta
uerit; quot præliis, quam atrocibus de-
ertatum; quomodo tantis cladibus ſuf-
cere potuerit Regio, ad quam perden-
am non minus cives, quam exteri, per
nnos triginta incubuerant. *f*) Invaſit

e) Intelligit haud dubie Theatrum Europæ-
m, quam cenſuram non tollunt defenſiones
acifici *p. 11.* Scilicet unicuique diverſus eſt
alatus. Picturæ elegantes, diſtinctio rubri-
arum, ſummulæ marginales, & optimi indi-
es ſufficere quidem poſſunt, ut hoc opus cum
andectis poſſit comparari, non ſufficiunt, ut
igenium delicatum id non habeat pro rudi
idigeſtaque mole. Quamvis illa moles ſit
aulo ordinatior & connexa magis, quam
Diarium Europæum, etſi hic liber Theatrum
ntecellat ob appendices documentorum &
criptorum publicorum.

f) Querela Pacifici & invectivæ in exteros
12. ſeqq. parum proficiunt. Sunt hæc vitia ſta-
is, quæ nulla pacis inſtrumenta curant. Etiam-
pax ſit cum Gallo, cum Turca, cum aliis
cteris, tot jam ſunt in imperio cauſæ belli
iteſtini, ut malo huic nemo niſi Deus me-
eri queat. Fuimus Germani, dulci harmonia
niti, tempore Taciti. Hodie omnia conſilia
de

inde animum cupido pressius explorandi, quæ genti vires opesque, quæ populorum varietas, simul quali compage tam vastum corpus conjungeretur. Dedi tamen grande patientiæ documentum, & quale vix a fastidio Italici genii poterat expectari. Præterquam enim, quod isti fini addiscendam susceperam linguam Teutonicam, omnes Europæas difficultate superantem, etiam illa ab initio me tenebat persuasio, non posse penitus cognosci Statum Germaniæ, nisi quis a capite ad calcem evolverit omnes ejus nationis Scriptores, qui *Jus Publicum*, quod vocant, consignavere. *g*)

Igi-

de harmonia & unione statuum imperii inter se, & cum capite sunt frustranea, & supponunt conditionem moraliter, an politice, impossibilem.

g) Loquitur iterum secundum opinionem scriptorum juris publici, qui in libris, quibus juris publici titulos dant, statum magis quam leges imperii publicas exponere satagunt. Nam alias status imperii & jus publicum omnino differunt, ut recte notavit Pacificus *p. 16.* neque status ex legibus addiscitur, sed leges potius & earum interpretatio notitiam status præsupponit. Quod notare debebant juvenes

ad

Igitur non sine ambitione impetravi abs quodam Consiliario, qui bibliothecam possidebat in eo genere copiosissimam, suppeditaret Autores, quos desiderio meo maxime idoneos putaret. Hic, ut omnes humanitatis numeros expleret, simul ostentandæ copiæ, per duos robustissimos famulos, sub onere gementes, repetitis aliquoties ferculis, conclave meum adeo compleri libris curat, ut vix mihi ipsi

ad jus privatum pariter & publicum sine notitia status plerumque sed & sine fructu accedentes. † Cæterum non ea est sententia nostra, ac si notitia status ac jurisprudentia publica, quæ intuitu docentium arctissimo fœdere sunt connexæ, divelli ac separari debeant, contra quam sententiam recte disputat D. Titius *in .otis hic p. 8. & 9.* Sed quod saltem notitia status tractationem juris publici in doctrina juventutis præcedere debeat, qua iin re consentit D. Titius, dum recte dici asserit, *quod leges earumque interpretatio status notitiam præsupponant*, quorsum & refero, quod ipse *in specimine juris publici lib. 1. c. 1. §. 82.* scriptoribus juris publici accenseat præparatorios, qui fundamentalia tradant. Ad fundamentalia vero haud dubie pertinet notitia status ex historia, prudentia politica, & legibus ipsis Germaniæ paranda.

h) Acu-

ipsi locus superesset. Adjecit, hisce interea velut in promulsidis vicem ventriculum meum præpararem, justas epulas mox secuturas. *b*) Heic ego, improvisum asperis veluti qui sentibus anguem pressit, obstupui, &, quanta mihi tormenta ultro arcesissem ingemui. Nam neque decorum videbatur, cum tantum discendi ardorem ostentassem, solo intuitu defetiscere; neque tamen tantum crimen videbatur, circa alienam rempublicam curiositatem exercere, ut tam sævo mortis genere perire mererer. Diu æstuanti commodum succurrebat, quod olim ab erudito apud nostrates viro audiveram, *Teutonicos* *homi-*

b) Acute taxat hîc autor & cacoëthes scribendi, quo præ reliquis nationibus laboramus Germani, & insanam cupidinem eruditorum in comparandis bibliothecis & myriadibus librorum. Pica hac laboramus insatiabili, partim ob præjudicium autoritatis, partim ob intempestivam curiositatem multa inutilia sciendi. Hoc modo rapimur extra nos, & in deviis quærimus sapientiam. Cæterum eorum vanitas major est, qui omnibus humanioribus literis & philosophia destituti, bibliothecas parant, saltem ut bibliothecas habeant.

i) In-

omines insatiabile scribendi cacoëthes tenere: 'erum paucissimis datum, aliquid pro-'udere, quod inventionis acumine, aut ;enii lepore politi applausum seculi possit ›rovocare. *i*) Ne tamen perituræ parca-ur chartæ, pleramque turbam petitas ›assim particulas in unam compingere nassam, vix uspiam aspersa judicii mica. *l*) Jec plagii apud ipsos habere crimen, a-orum opera paucis interpolata locis pro ,ovis venditare. *m*) Aliquos denique sibi ›cum inter autores deberi credere, quod diffu-

i) Inquisivi in causam hujus nævi in discursu e inventione artis alios cognoscendi, & in us vindiciis adversus Tenzelium. † Ostendi ›idem, hunc defectum non adscribendum :efectui liberalitatis Magnatum erga eruditos, ec genio aut temperamento hominum diver-: nationis; sed servituti philosophandi, & :æjudicio autoritatis, moribus communibus ıt legibus publicis stabilito.

l) Hoc vitium maxime debetur scholis, quæ venes adigunt, ut scribant, antequam discant ribere, & quæ encomiis infinitis ornant con-ribillatos ejusmodi tractatus.

m) Vitium hoc non infrequens etiam apud ios. *Vide Catalogum Plagiariorum in tractatu Patris de plagio literario.*

n) Est

diffusius aliquod scriptum in compendium, aut, si Diis placet, in Tabellas, memoriæ an stupiditati juvandæ redegerint. *n*) Et vero hoc magis sperabam fore, ut cognito uno cunctos nossem, quod isti Scriptores ut plurimum inter Jurisperitos nomen suum profiteantur, apud quos sese mutuo bona fide exscribere in legem abiit. *o*) Obfirmato sic in ferream *p*) tolerantiam animo, unum ab initio evolvendum suscipio mole præ ceteris conspicuum, & quem a multis cum primis probari audiveram, *q*) & de

n) Est usus tabularum & compendiorum. Est major abusus. Potissimum quod multi levia ejusmodi subsidia, in usum tyronum saltem paranda, pro magnis arcanis venditent.

o) In promtu ratio, quia jurisprudentia magis autoritate nititur & argumentis topicis, quam certa ratione.

p) Alludit ad vetus dicterium: Studioso juris opus esse aurea crumena, plumbeis natibus, ferreo capite: quod ipsum indicium esse poterat, jurisprudentiam istam, quæ hæc requirit, veræ eruditionis partem non esse. Hodie per DEI gratiam alia & breviore via ire quis potest ad omnes disciplinas, si modo velit.

q) Intelligit haud dubie Limnæum, judicio Paci-

: de quo non frustra credideram, ipsum
on minus priores omnes compilasse,
uam a sequentibus pari modo tractatum.
ι isthoc Autore, quod cæteris indignatio-
em movere poterat, mihi nescio quomo-
ο levamenti instar visum est habere. Quo
ura enim passim infarcta erant, quæ ad
em nihil facerent, *r*) eo proniore vento
l portum rapi videbar. Cæterum uti
cteriorem imperii Germanici faciem sic
tis indē licebat cognoscere; ita illud ab-
rdum valde videbatur, quod, cum ubique
briculosam Juris Civilis notitiam *s*)
osten-

cifici *p.* 4. inter principes hujus seculi publi-
tas numerandum.

r) Non credo autorem hic intelligere edicta,
andata, constitutiones, recessus, prout eum
plicat Pacificus *p.* 21. Hæc enim, uti non fa-
unt nihil ad rem, ita nec ejusmodi docu-
enta publica facile indignationem movere
lent lectoribus. Sed puto, eum intelligere
gressiones parum pertinentes, maxime juri-
cas, prout mox se explicat.

s) Magnum crede vitium est, allegare leges
viles ubi non est opus. Non autem est opus
jure publico, quicquid etiam hic ex titulo
is Romani de ignorantia juris objiciat Pa-
cifi-

ostentaret, ac, quicquid uspiam legisset audissetque, eodem compingeret, nihil ibidem deprehenderetur, quod vel mediocrem Politices solidioris cognitionem saperet. Nam uti priora illa annotasse, mediocris est diligentiæ & nullius ingenii; sic *asinos ad lyram* jure dixeris; qui ad tam irregularis reipublicæ structuram explicandam in publicum provolant, historiæ patriæ scientiæque civilis rudissimi. *t*) Enimvero postquam tædiosa illa lectione defungi datum, simulque deprehensum, plerosque *u*) chorda eadem oberrare, diver-

cificus *p. 21.*†) Unde cadit Kulpisii *in dissert. de stud. jur. publ. p. 80.* excusatio, quod non politicam status notitiam scribere voluerit Limnæus, sed jus publicum. Adde Dn. Titium *Specim. jur. publ. l. 2. c. 9. §. 7. seq.*

t) Intelligit autem per scientiam civilem & politicam solidiorem non politicam Aristotelicam & quæstiones vulgares aut otiosas ibi tractari solitas, sed nexum imperantium & parentium in singulis rebuspublicis, notitiam humani generis, ejus affectuum, naturæ negotiorum humanorum.

u) Præter Limnæum tum celebres erant Arumæus, Reinkingius, Paurmeisterus, Stamlerus,

versam mihi viam judicavi ineundam, posthabitis ineptorum libellorum quisiliis, ex viris usu rerum spectatis potius quirere institui, quæ dubitationis quid debantur habere. Cujus quidem instit fructus percepi non contemnendos. æterquam enim quod plurima contigit dicisse, quæ in libris nequidquam quæeris; ea quoque curiositas magnopere ihi pignoravit humanitatem gentis, alias exteros non parum proclivis. Cumimis quippe placebat, quod in me non prehenderent nauseam illam adversus s ipsorum, plerisque exterorum famirem. Et quo securius me cum ipsis eriusque conspicerent agere; eo beniius amplectebantur, tanquam candosui, quo maxime æstimari gaudent, itatorem. Sic ut demum decreverim, us tam exposita gentis benevolentia i. Igitur confecto Monachii ex animi tentia negotio, Ratisbonam me contuuo tempore recens terror belli Tur. non paucos Principes eodem contraat. Heic vero facile erat, uno velut

B intui-

s, Matthias Stephani Rumelinus, Mylerus hrenbach &c. x)Nx

intuitu genium rerum Germanicarum contemplari, & quam laxe *x*) ista compages cohæreret. Sed & aditum sternente amico illo Bavarico, innotuisse datum viro, *y*) cui vix parem in Germania ullum vidi, qui tunc temporis rerum in aula Moguntina potiebatur, a plerisque Germanis maximi habitus. Hic summa me humanitate excepit, & qualem homo peregrinus & ignotus hautquidquam expectare poterat abs tali, cujus gratiæ literati passim per publicas quoque adulationes *z*) abrepere honestum putabant. Et sane non Ratisbonæ solum ejus Viri favor multos mihi amicos paravit; sed & cum ipsi significassem, mihi in animo esse, partem

x) Næ hoc uno verbo plurimos eosque notabiles conceptus exprimit autor.

y) Baroni de Boineburg, insigni literatorum fautori.

z) Est hæc infelicitas Principum & aliorum Magnatum, ut adulatoribus sint circumdati, maxime ad vanitatem, superbiam & alia vitia irritantibus. Eminent vero inter publicas ejusmodi adulationes illæ, quæ adhibentur in dedicationibus, panegyricis, carminibus gratulatoriis.

a) Ita

tem aliquam Germaniæ perlustrare, literis me suis ad diversas aulas instruxit, quæ gratiosissimæ instar tesseræ hospitalis habuerunt. Inde secundo Danubio Viennam descendi, ubi, ne peregrinus viderer, nonnulli ex popularibus meis effecerunt, qui fortunam ibi nimis quam propitiam *a*) fuerant experti. Commodum dein accidit, ut Minister quidam Cæsareus ad Electores, Saxonem & Brandenburgicum, ablegaretur, quicum jam amicitia erat contracta. Eo lubentius me ipsi, ultro invitanti, comitem adjunxi; præsertim cum cavisset, Italicæ sobrietatis opinionem mihi præsidio esse posse, ne per nimiam humanitatem vino suffocarer. Alias enim moribus gentis ignavum habetur, valetudinem suam supra solennes illas propinationes ducere. Berolino me digressum aula Ducis Brunsvicensis excepit. Ubi

a) Ita comparatum est, sordent optimi etiam in patria, apud exteros sæpe vilissimus ultra meritum æstimatur. Forte autor hic taxare voluit nævum, etiam alibi observandum, nimium puta favorem erga Castratos Italos, cujus causæ variæ sunt, tacendæ magis.

b) Vi-

præter cætera gratiſſimum fuit, ſermones miſcere cum Profeſſore ex vicina Academia, *b*) quem jam tum Ratisbonæ a rerum patriarum peritia inſigniter commendari audiveram. Nam & in plerisque circa ſtatum Germaniæ mecum ſentiebat, & ſua ſcripta, longe diverſum a reliqua turba genium præ ſe ferentia, promte communicabat. In quibus etſi multa ſat libere poſita erant, non obſcure tamen adparebat, non pauca ipſum disſimulaſſe, *c*) declinandis potentiorum offenſis, aut ne inſul-

b) Videlicet Hermanno Conringio.

c) Non dicit Autor id in præjudicium veritatis factum eſſe, ſed ipſe Conringium excuſat. Unde larvam hic ſibi, quam oppugnet, fingit Pacif. *p. 27. ſeqq.* Commendat modeſtam libertatem Conringii quam nemo vituperavit. Accuſat nimiam libertatem Autoris noſtri. Videbimus de ea ſuis locis. Certe a Pacifico non debebat accuſari Autor, cujus libertas etiam ubi excedere videtur, relata ad effrenes diſcurſus Conſtantini Germanici, etſi non foret modeſta, modeſtia tamen ipſa eſſe cuilibet affectibus vacuo videretur facile. Neque modeſtiam Pacifici rurſus commendare voluit Conringius in epiſtola, in qua de editione Theſauri Rerumpublicarum conqueſtus eſt.

d) In-

insulsorum hominum clamores in se irritaret. Ex illo tempore primum in mentem venit isthæc in chartam conjicere; quod sperarem, fortasse mollius profectam a peregrino veritatem iri exceptum, abs quo studium partium, aut suspicio captandæ gratiæ, reponendæve vindictæ abesset. Hucusque progresso ignavum videbatur, Belgium non adire. Quod diutius me tenuisset, ni imperiosæ tuæ litteræ, simul res domesticæ, serio de patria repetenda cogitare subegissent. Adverso ergo Rheno adscendens, Dusseldorpii parem, quam quondam Neoburgi, humanitatem expertus fui. Nec minus hospitalem sese Bonna præbebat. Apud Moguntinos parum videbar acceptus, quod per imprudentiam tantopere prædicarem officia Ministri illius, quem interea ipsi, nescio quibus de causis, munere suo dimoverant. *d*)

 Hei-

d) Intelligit hic iterum Boineburgium. Ad hunc vero locum videtur respexisse Pacificus, dum *p. 28.* scribit: *Quodsi acutissimus Italus noster nominis sui larvam detraheret & non personatus in Eminentissimi Electoris Moguntini aulam rediret, credo adversis gratiis illum inibi acceptum iri, ut nunc quidem de aliis parum decenter ab eo in libello admis-sis*

Heidelbergæ, festinantem licet, subsistere coëgit cupido videndi Electorem Palatinum, cui parem ingenio sapientiaque Principem in Germania non dari, ex multis dudum audiveram. *e*) Et sane, utut famam in suas laudes non experiatur parcam, ejus tamen præconia sic videbatur implere, ut inter præcipuos fructus Germanicæ peregrinationis reputem, istum Principem salutasse, & dotes ejusdem cominus adspexisse. Dulcedo heic commorandi effecit, ut Studgardiæ non nisi

fis taceam. Hic vero oblitus haud dubie erat Pacificus eorum quæ *pag. antec. 27.* ipse de Boineburgio retulerat, quod singularum rerum agendarum dexteritas, & doctrina consummata ad summum fastigium eum evexerit, invidia vero, quæ eminentis fortunæ comes, & nescio quæ aliæ caussæ rursus depresserint. Jam judica Lector, quis plus meruit adversas gratias Electoris Moguntini illius temporis, Pacificus an Monzambanus. Ita occœcati sumus intuitu manticæ quæ in tergo est.

e) Ergo si quædam duriora, quæ Monzambanus quandoque scripsit, adscribas vel magno amori erga hunc Principem, vel etiam forte in nonnullis ipsius jussui, si non veniam, saltem excusationem mereri videbitur Autor.

nisi pauculos dies possem impertiri, quam & ipsam tamen adiisse non pœnitebat.

Vides jam, FRATRUM OPTIME, qua ratione mihi tempus inter Teutones exactum: & quod quantivis sit æstimandum, tam effusam candidissimæ gentis humanitatem non leviter degustasse. Cui nullam in præsens gratiam referre potui, quam ut faciem Imperii ipsius ex vero depingerem. Saltem popularibus meis hoc opusculi non ingratum fore confido, quod & pleraque sint exposita, in quæ ipsi circa cognoscendas exterorum Respublicas inquirere sueverunt; & castigata brevitate fastidiosorum satietati occursum. Tibi autem, FRATRUM OPTIME, libellum huncce inscribere placuit, eam duntaxat ob causam, ut moram purgarem, quæ non parum molestiæ Tibi creavit in gerendis meis negotiis; simul ut constaret, fuisse in Germania, quod curiositatem meam exercuerit. Alias enim & merita in me tua, & mutuus inter nos affectus majora sunt, quam ut tam modico indicio aliqua eorundem pars exprimi debeat. Bene vale.

SEVERINI DE MONZAMBANO VERONENSIS DE STATU IMPERII GERMANICI AD LÆLIUM Fratrem, Dominum TREZOLANI, LIBER UNUS.

CAPUT I.

De origine Imperii Germanici. a)

I. Termini Germaniæ veteris. | *II. Populi illius quali regimine sint usi.*

III. Fran-

a) Methodus Autoris eſt evidens in hoc capite. Initio agit de regno Germanico ſeparatim usque ad §. 10. tum ſeparatim de Romano imperio §. 10. & 11. Denique conjunctim de imperio Romano-Germanico §. 12. ad finem. † Aliter, nec male connectit doctrinam hujus capitis Kulpiſius, eam ſecundum quatuor periodos regni Germanici conſiderans.

a) De-

GERMANIA Magna quondam ad Orientem Danubio, ad Meridiem Rheno finiebatur. Sarmatiam versus iidem fere, qui hodie, termini videntur fuisse, reliqua Oceanus ambibat.*)

 Sic

*) Desumta hæc ex Tacito haud dubie, cujus

Sic ut sub isto vocabulo tunc quoque veniret

jus hæc sunt verba *de M. G. c. 1. n. 1. Germania omnis a Galliis, Rhætiisque & Pannoniis Rheno & Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur. Cetera Oceanus ambit, latos sinus & insularum immensa spatia complectens.* Germanici scriptores secundum plagas mundi Taciti verba exponentes Germaniæ terminos ab occidente Rhenum, a meridie Danubium, ab oriente Sarmatas Dacosque & a septentrione demum Oceanum ponunt. Bernegg. *q. 1. ad Germ. Tac.* Dn. Coccej. *Juris publ. prud. c. 2. §. 2. 3. 4. 5.* (Unde quamvis olim Autorem excusaverimus, quod dum ad orientem Germaniæ finem Danubium facit & Rhenum ad meridiem ponit, intelligi debeat secundum situm Italiæ, cum se finxerit Italum; malumus tamen jam ea responsione abstinere & errorem vel mentis vel scribentis agnoscere, præprimis cum ipse in editione posthuma verba initialia secundum sententiam communem emendaverit.) Etsi autem Berneggerus & Cluverus doceant, terminos hosce non ita accurate sumendos esse, cum ultra eos etiam populi a Tacito ad Germanos relati habitaverint, tamen bene jam demonstravit Dn. Coccej. *d. l. §. 6.—10.* non miscendos esse fines Germaniæ cum populis Germanicis, ultra fines Germaniæ habitantibus. Scilicet hic ante

omnia

niret Dania, Norvvegia, & Suedia, usque ad

omnia ſupponendum eſt, geſta Germanorum ante Tacitum eſſe incerta, niſi quæ Autoribus Romanis vel Græcis probantur. Et quamvis Germani ideo pro indigenis habendi ſint, maxime tamen ad migrandum fuere facillimi, unde varia accepere nomina, Germani vero demum dicti ſunt, poſtquam in Galliam tranſiere. A quibusdam vero ſcriptoribus antiquis cum Gallis confunduntur. Itaque quicquid in Græcia & Aſia poſt Alexandri M. tempora de Gallis recenſetur, id non Gallis ſed Germanis adſcribendum eſt. Joh. Phil. a Vorburg. *T. I. Hiſt. Romano-Germanicæ t. 16. ſeq.* Dn. Coccej. *in proleg. ad Juris publ. prudent. §. 19.* Poſtea vero etiam a novioribus regio, quam in Gallia inhabitarunt Germani, Germania dicta, eaque in ſuperiorem & inferiorem, ſeu primam & ſecundam diviſa. Vorburg. *T. I. f. 334. ad annum ab U. C. 820.* Dn. Coccej. *c. 2. §. 10. & 12.* Affert etiam allata diſtinctio inter terminos Germaniæ & populorum Germanorum lucem eruditiſſimo diſcurſui Vorburgii *d. T. I. f. 214.--222.* de Germaniæ figura & terminis tempore Julii Cæſaris, ubi inter alia monſtrare vult, eo tempore nec Rhenum nec Danubium ſimpliciter Germaniæ terminos fuiſſe, ſed populos Germanos ultra Rhenum & Danubium habitaſſe. Adde omnino Diſſertationem

ad sinum Bodnicum; *) quas partes plerique antiquorum Scandinaviæ aut Scandiæ nomine complectuntur, **) quod ipsum adhuc

nem insigni eruditione refertam Johannis Werlhoffii *de Germania antiqua populisq; Germaniæ* §. 19. *usq; ad* §. 33. Usus dictorum hactenus potissimum triplex est, (1) ut recte intelligantur loca scriptorum Græcorum & Latinorum, Gallorum nomine sæpe Germanos denotantium. (2) Ut intelligatur, omnia ista fabulosa esse, quæ Historici Germanici de antiquissima populorum origine tradunt, quos passim notat Vorburgianum opus, & potissimum in discursu procemiali. Conf. Werlhoffii *d. differt.* §. 7. -- 11. (3) Ut ostendatur, Romanos nunquam in Germania imperasse. Werlhoff. *d. l.* §. 33. Coccej. *c.* 2. §. 11. -- 14.

*) Dissentire sine ratione Conringium notat Dn. Coccejus *c.* 2. §. 2. & 3. & ad septentrionem pro Oceano flumen Eidoram Germaniæ terminum fecisse, eundemque credidisse, quod etiam Oceanum versus ne quidem ad Vistulam usque Germanicum regnum extensum fuerit. Sed Conringius non agit de terminis Germaniæ antiquæ, sed de terminis imperii Carolini. Werlh. *d. l.* §. 30.

**) Eamque per errorem insulam esse putarunt. Vide plures Autores citatos Werlh. §. 31.

*) Scan-

adhuc Scania Provincia *) repreſentat. Sed quæ trans iſtum ſinum ſita ſunt, Germaniæ antiquæ parum recte accenſeri crediderim. Nam modernos Finnos linguæ geniique diverſitas ſeparatam penitus a Suedis aliisque Germanicis populis nationem arguit. Ad quos ipſos tamen illa, quæ *Tacitus de moribus Germanorum* **) tradit, haudquidquam pertinere, ſed ad Lap-

*) *Scandia etiam Scanzia nominatur, forte ab exciſarum rupium monumentis*, Schantzen/ *cum qua ſignificatione ſecus ac Monzambano placet, nihil commune habere videtur appellatio Scaniæ, ſiquidem ab amœnitate hujus nomen deducendum.* Ita Werlhoff. *d. §. 31.* Sed reſpondeo nondum probatum eſſe, vel Scanziam eſſe Synonymon Scandiæ, vel Scanziam dici a Schantzen/ vel rupium monumenta Schantzen dici, (præprimis cum Cluverus oſtenderit, vocem *Scanzia* a Jornande ex errore eſſe inventam, quod quidam *Scantiam* ſcripſerint pro *Scandia.* *Germ. antiq. III. 30. f. 654.*) Cæterum Autor in editione poſthuma hunc locum ipſe hic declaravit: *Quod adhuc in provincia Scania ſupereſt, quæ e continenti adventantibus prima occurrit, eosque cum ab exteris primum frequentata fuerit, vocabulum id in totam peninſulam diffudiſſe videtur.*

**) *Cap. ult. n. 1. & 4.*

*) Quo-

Lappones, videntur, quorum hodieque par fere vivendi ratio. Veros autem Finnos sub Æstyis latere*) probabile est. Neque vero mirum, Tacitum circa remotissimas illas gentes parum distincte tradidisse; **) quarum vix tenuis fama ad ipsum

*) Quorum Tacitus meminit *c. 45. n. 1.* Ad hæc Obrechtus *p. 2. Ex Jornande, Cassiodoro, Eginhardo, qui post Tacitum Æstiorum meminerunt, erui nihil potest, quo vel Tacitus parum distincte circa illas gentes tradidisse, vel errasse illi convincuntur, qui Borussos, Pomeranos, Livonos, hodie finibus Æstiorum consedisse docent, in quibus Estensis provinciæ nomen ad hæc usque tempora inde durat.* Resp. Autor in his verbis non tam ad Jornandem & reliquos noviores, quam ad Tacitum ipsum *d. c. 45. n. 3.* & Finnorum situm respexit.

**) Non quod Tacitus dixerit unquam, Finnos Germanos esse, utpote quos ipse magis Sarmatis accenset, *d. c. ult. n. 1. & 4.* sed quod mores Lapponum tribuerit Finnis. Disputat enim autor, dum Finnos Germanos esse negat, non contra Tacitum, sed contra Cluverum *Germ. antiq. P. 3. c. 38. in fine. it. c. 45. & l. 1. n. 5. f. 40.* aliosque autores citatos Werlhoffio *d. l. th. 32. 33.* Accedit, quod Tacitus facile decepi potuerit, cum ad Lappones pertineant Scrito-

ipsum erat perlapsa. Enimvero hodie partes istæ *) septentrionales seorsim regnantur. Igitur ex illo latere Germania mari Baltico

Scritofinni, quos Finnos origine esse concedit Cluverus *d. c. 45. f. 693. in fine.* Interim tota lis parum ad usum juris publici. Cui interest, accuratius disquirere, utrum mores hodiernorum Finnorum eorumque lingva conveniat cum Germanis, an differat, conferre potest integrum tractatum Schefferi *de Lapponia.*

*) Etsi modo notatum fuerit, non miscendos esse populos Germaniæ cum terminis ipsius Germaniæ ad intelligendos fines veteris Germaniæ: tamen nullum est dubium, quin, ut inundatio diu subsistens alveum fluminis ipsius mutat, ita etiam populus regionem inhabitans successu temporis regionem denominet, & ex regione diu expulsus, nomen pristinum regioni auferat. Inde est, quod jam olim pars Galliæ a Germanis diu possessa diceretur Germania cisrhenana, divisa, ut jam diximus, in primam & secundam. Quare uti noviores fines imperii Germanici vel potius Francici pro fundamento tractatus sui de finibus imperii posuit Conringius; ita de terminis hodiernæ Germaniæ dicta autoris illustrabunt notata a Werthoffio *d. l. §. 34-38.*

*)Re-

co terminatur; & magnam Chersonesi Cymbricæ partem sibi Dania vindicat. Sed velut in compensationem ultra Danubium ad Italiam usque & Illyricum fines ista protulit; & cis Rhenum *) non exiguus tractus, quondam ad Galliam Belgicam spectans, eidem adcrevit. *b*)

II. Tam vastum terrarum spatium complures quondam populi **) insedere, nu-

*) Respectu Italorum, respectu Germanorum *trans* Rhenum.

b)* Addidit autor in editione posthuma: *cujus tamen insignem partem nostra memoria Galli iterum suo regno junxere.*

**) Ipsi populi, Tacito, Plinio, Straboni & aliis memorati quamvis plurimi sint, solent tamen ad certa quædam genera communiter revocari. Plinius quinque recenset *IV. Hist. 14.* I. Vandilos, II. Istævones, III. Ingævones, IV. Hermiones, V. Bastarnas, ad quem locum Plinii commentarii loco erit Cluveri *c. 46. lib. 3. Germ. antiq. conf. Tabulam inde confectam ap.* Ottonem *ad Rhenanum de reb. German p. 20.* Vorburg *T. 1. op. Hist. f. 378.* Zeiler. Reisbeschreib. durch Teutschland *cap. 1. n. 9. seq.* His sextum populum Marcomannos accenset Dn. Coccejus *c. 2. n. 23.* omissos Plinio, quod jam sub potestate populi Romani essent. Sed, cum ex

Vor-

numero cumprimis & robore virorum
C vali-

Vorburgio constet, Marcomannos demum sub Marco Imperatore subactos esse, *Tom. 1. operis Historici f. 409 -- 412.* mallem dicere, Plinium, qui sub Vespasiano vixit, omisisse Marcomannos, quia jamdudum ex Germania Danubium transierant, Bojos initio ex sedibus pellentes tum Pannoniam occupantes. Vorburg. *ibid. f. 41. 42. 161. 407. Adde ipf.* Dn. Coccej. *c. 3, n. 50.* Post M. Aurelii Cæsaris imperium ad sustinendum Romanorum impetum Germanicos populos iterum in quinque corpora ampla & confœderata coiisse, quibus Gothorum, Alemannorum, Francorum, Saxonum, Thuringorum nomen tributum fuerit, eleganter declarat Vorburgius *d. T. I. f. 360. & 486.* alibi vero demonstrat, Gothos fuisse Suevam nationem, non ex Scandia ortos, sed ex Vandalis, *f. 383.* qui Danubium transgressi Daciam aliasque partes Europæ occuparunt, & postea sub nomine Ostrogothorum & Westrogothorum, seu Orientalium & Occidentalium cogniti fuerunt; alii vero in Scandiam abierunt. *vid. in indice T. I. voce Gothi.* Thuringi vero a Saxonibus & Francis sub Clodoveo & posteris devicti & utrorumque provinciis uniti. Unde ratio apparet, cur Dn. Hertius *in Collegio Juris publ. MSC.* tantum de tribus populis Germaniæ antiquis agat, Alemannis, Saxonibus &

Fran-

Francis, quorum mores & fata inter se comparat. Neque confusio metuenda ex hypothesi Dn. Cocceji, qui *cap. 2. §. 24. seq.* septem provincias Germaniæ numerat, & postea singulas seorsim exponit, atque harum quasi numerum sacrum ac fontem ac basin juris publici Germanici facit, unde Circulorum, Electorum, Archiofficiorum secularium, Comitiorum aliorumque præcipuorum jurium ratio accurate ducitur: Vandaliam, Moraviam, Saxoniam, Franciam, Sueviam, Bojoariam, & Trans-Rhenanam provinciam. Nam initio Vir Illustris considerat statum Germaniæ temporibus novioribus, sub regno videlicet Carolingorum. Deinde, uti Suevia, & Alemannia synonyma fere sunt, ita Bojoaria & provincia Trans-Rhenana sunt partes imperio Francorum subjectæ ultra terminos antiquos Danubii & Rheni. Vandalia vero & Moravia sunt regiones antiquorum Germaniæ populorum postea a populo Slavico subactæ & possessæ, qui tamen a Germanis iterum subactus est, aut alio modo de juribus Germanici populi participavit. Conf. ipsum Dn. Coccej. *d. c. 2. & 3. passim.* Optandum esset, ut de populis Germaniæ mediæ eorumq; moribus scriptores distinctius agerent. Quamvis enim posterius tentaverit Paulus Hachenbergius peculiari opere, alibi tamen, quid in eo opere desideremus, notavimus, *in dissert. de origin. feudal. §. 7. lit. o. p. 18.* Unde magis commendandæ hic duæ dissertationes

pecu-

validissimi. *c*) Quorum singuli tamen fere suam sibi seorsim civitatem *d*) constituebant, a reliquis distinctam, nisi qua lin-

peculiares Hertianæ, altera de *veteris Germaniæ populis*, altera *de notitia veteris Francorum regni*. In Geographia Germaniæ mediæ glaciem fregit Autor dissertationis novæ editioni Haclenbergii adjectæ, qui tamen ipse periodum Germaniæ mediæ pariter a Trajano ad Maximilianum computat.

c) Origo Germanorum & forma Reipublicæ dubia est & incerta. vid. Kulpis. *p. 20. seq.* Prolixior est de hac materia Pacificus *discursu 3. p. 70. seq.* multa ex Tacito, Julio Cæsare, Conringio eam in rem adducens.

d) [Conf. Werlhofium *d. l. §. 39.*] Erant distributi per vicos, in quibus centeni fere degebant suo judice instructi, qui a nullo externo regimine dependebant. Unde die Zentgerichte. Plures vici tamen ita uniti erant, ut unum Judicem seu Comitem superiorem agnoscerent; istius unionis respectu. Germani ab aliis distributi dicuntur in pagos: per pagum enim ejusmodi districtus denotatur. [Vide Paulinum *de pagis antiquæ Germaniæ.*] Vicus ein Dorff/ Pagus eine Gow. (hodie ein Amt.) Inde adhuc hodie in nonnullis Germaniæ locis retinetur officium & titulus des Gogräffens. † Ita similis diffe-

linguæ morumque similitudo, *e*) communisque origo jungebat. Et plerique quidem populari regimine gaudebant. *) Nonnullis Reges erant, *f*) sed fere suadendi

differentia apud Græcos erat inter tribum & populum. Vide Carpentarium *in vita Socratis*, Meursium *de populis Atticæ*.

e) Mores communes Germanorum erant vitæ simplicitas, castitas, labor, studium defendendæ propriæ libertatis, & ignorantia vanæ gloriæ. [Conf. Werlhof. *d. l. §. 40. 41.* Dissert. nostr. *de homin. propr. à §. 4. ad 14.*] Hæ in causa erant, ut intuitu populorum Germanorum singuli pagi quietè & absque metu amittendæ potentiæ viverent, etsi essent laxiore fœdere plurium Rerumpublicarum juncti, quam sunt hodie Respublicæ singulorum statuum in imperio Germanico. Mores igitur hodierni cum priscis sint plane adversi, non mirandum, quod hodie longe minor sit unio in Germania quam olim.

*) Adde Werlhoff. *d. l. §. 42. 44. 46. 47.*

f) Adde & hanc causam antiquæ unionis: Forma regiminis Democratica erat, & saltem apud quosdam species Monarchiæ. In Monarchiis sæpe regnat ambitio, alios libertate privandi, & libertatis residuum etiam tollendi subditis: in Monarchiis æmulatio fere perpetua inter nobiles & plebejos. Hinc in Democra-

dendi magis autoritate, quam jubendi potestate. Neque enim ista natio unquam totam servitutem potuit pati. Ergo antiqua illa Germania nunquam unum Imperium constituit. Id quod commune habuit non solum cum Italia nostra, sed & cum Hispania, Gallia, Britannia & Græcia, *g*) antequam istæ a Romanis subige-

cratiis, aut etiam Aristocratiis Democratia valde temperatis, ob majorem libertatem & minorem æmulationem, & ob curam parta potius tuendi, quam aliena acquirendi, major unio, vires, divitiæ deprehenduntur in territorio etiam non magno, quam in Monarchiis, etiam vastissimis, ubi sæpe dissidia, imbecillitas, paupertas in omnium oculos incurrunt. Confer modo fœderatum Belgium cum plerisque Monarchiis in Europa, & in Germania, v. gr. Hamburgum cum Principibus potentibus Imperii. Theoretice hæc intelligi volo. In ipsa enim praxi scio, bonum civem forma suæ Reipublicæ esse contentum, nec optare mutationem, cum singulæ formæ habeant sua commoda & incommoda.

g) Civitates Græciæ quamdiu simplicitate morum gaudebant, maximo Persarum Imperio pares erant, ut vel pueris nostris ex vitis Æmilii Probi notum est. Postquam status plurium a Phi-

ſubigerentur. Qualis ſtatus ex primæva illa civitatum origine, *b*) qua ſegreges familiæ paulatim in unum corpus coaluere, magis expreſſa retinebat veſtigia. Verum utut antiquis illis eximia quadam libertatis ſpecie *i*) talis autonomia cumpri-

a Philippo Macedone unitus eſſet, mox poſt Alexandri M. mortem, magnum regnum per diviſionem corruere incipiebat.

b) Si ſcripturam ſeponamus, videtur equidem, primas civitates ex metu tyrannidis ortum duxiſſe. Sed Scriptura dilucide oſtendit, tyrannos & ambitioſos primas condidiſſe civitates, probos contra, fiduciam ſuam in tutela divini numinis poſuiſſe, donec populus Dei tutelam illam rejiceret, & more Gentium regem ſibi quæreret. † Adde diſp. noſtr. *de content. mor. cum jure ſcripto* §. 21. ubi notavimus, etiam Tacito ex lumine naturæ hanc veritatem fuiſſe cognitam.

i) Non hac ſolum, ſed & maxime ſupra memorata morum ſimplicitate & caſtitate. Ipſe Tacitus iſta prædicat. Unde quæ idem de Germanorum propenſione ad ebrietatem diſſerit, ſuſpecta ſunt. Ebrietas caſtitatis inimica eſt. Deliberarunt Germani inter pocula. Eſto, ergo non ſtatim ad ebrietatem usque poti ſunt. Examinantur etiam in Academiis Candidati inter pocula, absque tamen ebrietatis nota.

primis blandiretur: tamen tantam multitudinem rerumpublicarum frequentissimis inter sese bellis collidi necessum erat. *l*) Et vel ideo exterorum invasionibus opportunæ reddebantur validissimæ cætera gentes, quod uno imperio vires ipsarum non connecterentur. *m*) Imo ne fœderibus quidem pleræque se satis mature contra commune periculum muniebant, sed tunc demum concordiæ bona sentiebant, postquam, dum singulæ pugnarant, uni-

nota. Forte Romani cerevisiæ non adsueti perpaucis poculis inebriati sunt, unde non considerantes vim consuetudinis, eandem ebrietatem attribuerunt Germanis. Conjecturas refero, ad quas sufficit, si non sint a vero absimiles. † Adde dissertationem *de hominibus propriis* §. 9. *seq.*

l) Non ante id erat necessum, quam ubi mores simplices & tenues exulabant, & inter Duces luxuria & ambitio occasiones suppeditabant. †Mentem autoris plenius illustrat Werlhof. *d. l.* §. 48. *usq. ad* 51.

m) Erant quidem opportunæ invasioni exterorum, sed exteri non multum lucrabantur, cum, ut Cæsar scribit, tempore belli se sub communi Duce uniebant.

n) Hoc

versæ *n*) victas sese deprehenderunt.

III. Ab isto statu ut discederet Germania, primi causam præbuere Franci. Quæ natio ad Germanos, an ad Gallos, *o*) primam

n) Hoc non arbitror intelligendum esse, ac si universi Germani a Romanis fuerint victi, ut interpretatur & taxat Pacificus a Lapide in fine hic, verum quod tunc, si singulæ gentes una post aliam fuerint devictæ, sero nimis ad communia fœdera se univerint, ut patet exemplo unionis, quam inibant Germani Duce Arminio contra Augustum & Tiberium. At vero tunc ambitio invaserat gentem & morum simplicitas nimium quantum remiserat.

o) Agitatur hic quæstio de origine Francorum. Quæ ad historiam pertinent, fusius exposuerunt Pacificus, Obrechtus, Kulpisius, ad §. 3. 4. & 5. hic. Ego arbitror, usum quæstionis, an Franci ad Germanos, an ad Gallos primam referant originem? vel nullum esse vel exiguum. Nam si de gloria & antiquitate populi quæras, vana est quæstio. Nam & adversus gentes valet versiculus notus: *Et genus & proavos* &c. Si prætensiones respicias, juri Gentium adversa est prætensio eorum, quorum possessio aliquot seculis amissa est. Si spem adipiscendi tituli Imperatoris Romani, & regni Germaniæ consideres, quorsum inclinant communiter disceptationes Publicistarum, & eo faciunt etiam ea, quæ

mam referat originem, non ita in expedito est. *) Nam utut concederemus, quicquæ

C 5

quæ monet Autor in fine §. 4. & hæc disceptatio vanissima est. Valde enim sum persuasus, posse Electores si velint, alium quam Germanum eligere salva Aurea Bulla. Certum est, si Franciscus primus fuisset electus ab Electoribus, eum a reliquis statibus fuisse habitum pro Imperatore, etiamsi Germanus non fuisset. Fabula videtur esse, antiqua lege præcipi, ut Germanus eligatur. Imo, etsi quod Dan. Otto voluit, *ap. Schwederum p. 210*, ea lex diserte in Aurea Bulla extaret, non majorem forte vim hodie habitura esset, atque illud capitulum, quod jubet, Electores pane & aqua debere vesci, si intra debitum tempus Regem Romanorum non eligant. Mutatio status mutat leges, uti ex natura status leges oriri solent.

*) Bodino & aliis a Limnæo citatis eos ad Gallos referentibus, Wolfgango Lazio contra, Jacobo Wimphelingio & Bartholomeo Agricola hæc dudum refutantibus. *Kulpis. hic.* Novissime argumentum hoc fusius tractavit Dn. Coccej. *in proleg. ad juris publ. prud: §. 20. seq.* probans, Francos genuinos Germanos non Gallos fuisse, autoritate Romanorum, Græcorum, Poetarum, Panegyricorum, ipsorum Gallorum, ab eorum origine, monumentis vetustis. &c. Conf. Werlhof. §. 60. 61. 62. & Schaten. *Hist. Westph. initio libri III.*

*) Com-

quicquid populorum Græcis quondam ſub communi Celtarum vocabulo fuit comprehenſum, puta Illyricos, Germanos, Gallos, Hiſpanos & Britannos, ex uno velut fonte promanaſſe: quin tamen iſti deinceps moribus & linguis inſigniter diſcreparint, nemo antiquitatis peritus inficias iverit. Occaſionem diſceptationi dedit ineptus quorundam Gallorum faſtus, qui obliti, non paucos quondam Galliæ populos ultro circa originem Germanicam fuiſſe ambitioſos, Germanos Francorum generis autores agnoſcere faſtidiunt. Iſti ergo contendunt, ex Gallia magnam hominum multitudinem ſeſe quondam trans Rhenum in Germaniam effudiſſe, tractumque circa Mœnum fluvium ad ſylvam usque Hercyniam inſediſſe. Eam poſtea, transmiſſo aut occupato, quod ad dextram Rheni ripam ad ejus divergium jacet, Rhenum transgreſſam, antiquæ ſedes patriæ poſtliminio velut recuperaſſe. Partem tamen circa Mœnum hæſiſſe, circumjectæque regioni de ſe nomen indidiſſe. Pro ea opinione firmanda teſtis excitatur *Livius* l. v. c. 34. *Cæſar de bello Gallico* l. vi. c. 24. *Tacitus de Moribus*

Ger-

Germanorum c. 28. *)

IV. Hisce tamen non absurde reponere possunt Germani, scriptorum Romanorum autoritatem non esse omni exceptione majorem; quippe qui adseveratione satis languida de rebus longissime a sua memoria remotis *p*) tradidere; & quidem circa populum exterum, cujus antiquitates nullis literarum monumentis conservabantur. Neque vero probabile videri, cum Trebocci, Nemetes, Vangiones, Treveri, aliique Rheno propiores populi origi-

*) Commentarii loco hic esse poterunt tradita a Dn. Coccejo *d. proleg. n. 16. 17. 18. 19.*

p) Dissentit Pacificus a Lapide, quia Tacitus fuerit Gubernator Belgii, & adeo res Germanorum optime noverit. Ergo ipse Pacificus respondet, Tacitum & reliquos scriptores non loqui de Francis, sed de aliis populis. Non intellexit credo Pacificus Monzambanum: Qui sane in sequentibus hujus §. fatetur, Francorum nomen non occurrere in historia antiqua ante seculum tertium, sed a pluribus Chaucorum nomen apud Tacitum ad Francos extendi. † Quid vero autor noster his verbis velit, docebit Dn. Cocc. *d. proleg. n. 19. junct. n. 17.* Adde Werlhof. *d. l. §. 14. lit. e.*

*) Taci-

originem Germanicam jactaverint, *) oram hisce fere oppositam a Gallico fuisse populo occupatam. Et ut maxime detur, Francos ab initio fuisse coloniam Gallorum; tamen qui per secula circiter octo in solo Germanico habitaverint, **) linguamque q) & mores a reliquis Gallis discrepantes, sed Germanis congruentes induerint, inter Germanos deinceps censendos manifestum est, saltem hactenus, ut posteri istorum Germanica stirpe erubescendi causam nullam habeant. Illud constat, ante seculum a Christo nato tertium vix ullam in historiis Francorum fieri

*) Tacitus *d. c. 28. n. 6. 7.*

**) Francorum primam sedem fuisse Franconiam statuit Dn. Cocc. *c. 3. n. 79. seq. & c. 5. n. 1.* dissentientibus aliis, vide omnino Schaten. *Hist. Westph. lib. 3. f. 148. seq. & 157.* Ipse vero *d. l. 3.* ex Westphalia ortos vult, unde Westphalia vetus Francia.

q) Dissentit hic iterum Pacificus, urgens regiones in Germania, ubi infantes teneri Gallice loquantur, urgens Bohemos, qui non loquantur Germanice & tamen sint juris Germanici. Sed hæc uti non feriunt Autorem, ita ea referre refutare est.

*) Ad-

fieri mentionem.*) Inde diversa oritur opinio, dum alii credunt, illos, qui *Tacito* Chauci vocantur, antiquum nomen vocabulo Francorum mutasse: Non pauci, Sicambros & quicquid Vahalim inter & Isalam gentium erat, circa annum Christi CCC. novum Francorum vocabulum sibi adsumsisse; atque inde prima regni Francici incunabula repetenda: Alii autem, plures Germaniæ populos, aut coalitam ex illis multitudinem, eo sibi nomine sumto, eximium libertatis studium ostentasse. Nam Francus Teutonica lingua liberum hominem notat. Adducuntur quo-

*) Adde Werlhofium th. 59. Sequentia usque ad versic. *Adducuntur* &c. B. Autor sic emendavit: *Unde probatissima sententia est, circa tertium seculum plures Germaniæ populos inter Rhenum & Albim sitos id vocabulum sibi imposuisse, ostentando eximio tuendæ libertatis studio adversus Romanos è Galliis subinde Germaniæ quoque jugum intentantes. Nam Francus Teutonica lingua liberum hominem notat. Etsi alii pressius prima regni Francici incunabula apud Sicambros & alios circa populos ad Isalam investiganda censeant.* Commentarii loco esse poterunt tradita a Werlhofio *th. 63. seq.* Dn. Coccejo *proleg. §. 26.* Schaten. *d. l. 3.*

*) Vi-

quoque teſtimonia Franciſci I. & Henrici II. Regum Galliæ, *) qui in literis ad Ordines Germaniæ, ex ſtirpe Germanica genus ſeſe profitentur ducere. Etſi, quo fine ejusmodi cognationes exoletæ interdum jactentur, r) cordatioribus non difficulter ſubolet.

V. Quicquid hujus ſit, iſti Franci, in Ubiis, ut vulgo traditur, Rhenum transgreſſi, poſtquam maximam Galliarum partem ſubegiſſent, flexo velut victoriarum curſu, Rhenoque iterum ſuperato, Alemanniam, & quicquid fere terrarum inter Mœnum & Danubium retro in Thuringos extenditur, ſubegerunt. **) Verum lon-

*) Vide autores citatos Kulpiſio *hîc pag. 26.*

r) Urget Dn. Kulpiſius p. 26. quod etiam ex hac jactantia argumentum pro veritate deſumi poſſit. Abſolute hoc non dixerim. Etſi de argumento καθ' ἄνθρωπον concedam.

**) Meretur dignitas doctrinæ, ut de origine & incrementis imperii Francici diſtinctior fiat diſpectio. Propoſuit eam laudatus jam ſæpe Werlhofius *d. diſſert. §. 52. ad finem.* Et initio quidem *a* §. *52. ad 78.* agit de populo Francico ante ſtabilitum regnum, ubi multa notabilia interſperguntur de Alemannorum, Friſiorum, Saxo-

longe lateque Francicum Imperium per Germaniam extendit Carolus Magnus, victis inprimis Saxonibus & Tassilone Bavariæ Rege. Sic ut iste ditione complecteretur nonsolum pleraque a Germanicis populis insessa, sed & quæ versus mare

---

Saxonum, Thuringorum originibus atque differentiis a Francis. Tum *a §. 78. ad §. 202.* agit de incrementis regni Francici sub Pharamundo & prima stirpe Merovingica usque ad Carolum M. ubi ea secundum tempora singulorum regum monstrat. Fuit autem his temporibus subjecta universa Gallia, in ipsa Germania devicti sunt Alemanni, & Thuringi, Bajoarii etiam (de quorum origine simul agitur,) Francico imperio sese submisêre: Burgundiæ item regnum Francico subjectum fuit. Imo & Saxoniæ pars voluntaria deditione submisit se Theodeberto & sub Clotario prima belli Saxonici per 250. annos ad tempora Caroli M. usque gesti origo memoratur. Frisii quoque sub hac periodo subacti sunt. Interim tamen etiam in Germania gentes Sarmaticæ, Venedorum & Slavorum nominibus celebres, Vandalorum, Longobardorum Saxonum terras derelictas occuparunt. Explicatur etiam erudite divisio Franciæ in Austriam seu Austrasiam, Franciam Orientalem, Oesterreich, & Neustriam

mare Balticum & Poloniam ad vistulam usque Slavi tunc obtinebant. Nam & hos Carolo tributarios factos, aut saltem ejus majestatem comiter coluisse, historiæ testantur.*)

VI. Hunc

striam seu Neustrasiam, Franciam Occidentalem; Westerreich & utriusque fines docentur. Adde Dn. Coccej. *c. 3. n. 79. -- 83. & c. 5. n. 1. -- 4.* Autorem des Berichts vom alten Königreich Austrasien *prioribus capitibus* 17. Dn. Schurtzfleisch *Differt. de regno Austrasiæ.*

*) Commentarium hic præbebunt tradita à Werlhofio *d. l. à* §. *202. ad* §. *254.* Scilicet cum Carolus a Patre regnum acciperet, nihil fere amplius Francicæ ditioni suberat, quam pars Galliæ Rhenum inter & Ligerin, Oceanumque & mare Balearicum interjecta. In Germania vero præter Franciam Orientalem Alemannia, & ulterius Bajoaria. Adjecit Carolus, (1) Aquitaniam & Vasconiam, totumque Pyrenei montis jugum: addidit (2) Italiam, adjunxit (3) Saxoniam: acquisivit (4) Pannoniam utramque. Conjunxit cum iisdem Istriam, Liburniam, Dalmatiam. Domuit (5) omnes barbaros ac feros populos Slavicos sive Venedicos, & tributarios fecit. Agitur etiam ibi de divisione Saxonum in Ostfalos, Westfalos & Angarios & de Saxonibus Transalbinis. Adde de terris à Ca-

VI. Hunc Carolum suæ nationi vindicare s) Germani plerique anxie satagunt,

a Carolo subactis & Francici regni sub eo accessionibus Dn. Coccej. *c. 5. n. 5. 6. 11. & 12.*

s) Subtiliter satis autor hic de patria Caroli disputat, & rationes non plane contemnendas & distinctionem profert, Carolum quoad primam stirpis suæ originem Germanum esse seu Francum, quoad patriam vero non Germanum, sed Gallum seu potius Franco-Gallum; objectionem vero de lingua Caroli M. Teutonica conjecturis non improbabilibus resolvit. Sed reposuerunt tamen multa Autori erudite Obrechtus & Kulpisius, ut mox notabimus. Pacificus a Lapide aliis distinctionibus *disc. 5. §. 1. p. m. 111. seqq.* rem expedire conatur, secundum quas postquam dd. ll. satis intricate & obscure, prope dixerim confuse disseruisset, *p. 115.* summam dictorum alio ordine quam antea fecerat sic exhibet: *Distinguamus in hac lite primum inter Francicam & Gallicam stirpem; deinde inter antiquam Galliam in Franciam transmutatam, & tertio inter ævum Carolinum & modernum, & facile omnes difficultates superabimus.* Nos hic illud potissimum consideremus: Cui usui? Recte autor suadet Germanis, renunciationem prætensionum circa patriam Caroli, additque, præsenti imperio Germano haudquicquam fraudi esse posse. Demus ambitioni Gallorum, Carolum fuisse Gallum.

gunt, quippe editum in lucem Ingelhemii, *t*) oppido prope Moguntiam, jam in ditione Electoris Palatini. Imo in antiquo Instrumento Abbatiæ Fuldensis, terra circa fluvium Unstrut, *) i. e. Thuringia, vocatur terra conceptionis ipsius. Eun-

lum. Quid inde? Non meliori jure propterea aliquid prætendere possunt, quam faciunt in aliis prætensionibus. Si bello superiores Galli, nil Germanis proderunt vindiciæ de Germano Carolo. Si non sunt, sive Carolus Germanus fuerit sive non, in arbitrio Germanorum est electio Regis per dicta *lit. o.* Ipse Pacificus a Lapide *p. 115.* fatetur, fortunas regni Germanici in hac quæstione non versari, eamque tantum non esse de lana caprina.

t) De loco nativitatis Caroli, Eginhardus ineptum putat scribere, tanquam de re incomperta. Alii putant Ingelheimii natum, in Thuringia circa fluvium Unstrut esse conceptum. *Kulp. p. 40. 41. post Obrecht. p. 6.*

*) Nominatim in Eichsfeldia, Scurtzfleisch. *diss. 6. th. 8.* qui tamen ipse *th. seq.* monet, ineptum pariter esse, si quis propterea Carolum M. Thuringum vellet appellare. Inventum autem de Eichsfeldia debetur Reinesio. Vid. Kulpis. *hic pag. 41.*

u) Si

Eundem quoque lingua Germanica *u*) usum, evincunt nomina mensium, *x*) Germanis adhuc usurpata, quæ ab ipso posita creduntur. Enimvero si me Germani tanquam hominem peregrinum in negotio suo paterentur sententiam dicere, utut alias in gratiam Gallorum de ipsorum rebus nihil temere largiri placet, suaderem, ut æquo animo prætensioni circa Carolum renunciarent; præsertim cum id præsenti ipsorum Imperio haud quidquam fraudi esse queat. Scilicet Francos sedem regni in Gallia statuisse, in confesso est. *y*) Nec

 mi-

u) Si solum usum linguæ Germanicæ respicias, ea parum proderit pro ostendenda patria Caroli. Si vero addas ex Kulpisio *p. 42.* Carolum lingua Germanica *tanquam patria & vernacula* usum esse, conjugum ejus & liberorum nomina fuisse Germanica, educationem & conversationem Germanicam, argumenta Germanorum majus robur in speciem recipient.

x) Et ventorum. Eginhardus ap. Kulp. p. 42.

y) Summa eorum, quæ contra disputat Dn. Kulpisius *p. 43. seqq.* eo redit: Francos sedem regni sui in Gallia statuisse adeo non esse in confesso, ut potius apertæ rei veritati contrarietur, cum potius sedem in Germania habuerint,

minus, Caroli patrem Regem Franciæ fuis-

rint, & Franciam Gallicam seu occidentalem, tanquam provinciam bello subactam, fuisse accessionem factam Franciæ orientalis seu Franciæ simpliciter ita dictæ, in media Germania sitæ. Quod prius attinet, adducit pro probanda sua sententia, Faramundum, Childebertum, Dagobertum, in diversis Germaniæ oppidis sedes habuisse, potissimum a Regibus, Carolum etiam antecedentibus, Aquisgranum fuisse pro sede habitum. Carolum vero peculiari constitutione idem oppidum regiam sedem esse jussisse, unde & Aquisgranum Nova Roma, aut tertia Roma, Carolus ipse vero ab Hadriano Pontifice novus Constantinus appellatus sit. Hic ante omnia videndum esset, an oppida illa, quæ hodie sunt haud dubie in Germania sita, etiam olim ad Germaniam fuerint relata. Ita Ingelheimium in regno Germaniæ hodierno situm est, at vero olim Thuringia & Ingelheimium non Germaniæ, sed tanquam loca armis subacta Francico regno annumerabantur. Pacif. *p. 112. seq.* &, si Rhenum limitem ponamus, Ingelheimium in Gallia situm est. Constitutionem Caroli de Aquisgrano sede regia, suspectam esse Conringio, ipse monet Dn. Kulpisius *p. 44.* Locus Nithardi in contrarium adductus, probat saltem, tunc, i. e. tempore Caroli, istam civitatem sedem primam Franciæ fuisse, con-

stitu-

ſtitutionem non probat. Idem dicendum ad verba Aventini, qua ſub perſona Electorum nominat eam Auguſtorum ſedem a Carolo M. huic dignitati *deputatam*. Mallem vero dicere, Carolum a Pontifice fuiſſe novum Conſtantinum dictum, ob devotionem erga Clerum & honorem ei delatum, quam quod ſedem regiam transtulerit. Quodſi eſſet; veroſimilius, ab hoc novo Conſtantino Aquisgranum novam vel tertiam Romam fuiſſe dictam, quam a nova Roma Carolum novum Conſtantinum. Neque hîc tam quæſtio eſt de ſede regia poſt tempora Caroli, quam de temporibus ante Carolum. Quodſi Papa ideo Carolum novum Conſtantinum appellaverit, quod, uti in aliis, ita & in Majeſtatis ſede transferenda illum imitari voluiſſe viſus ſit, parum conveniens eſſet ſimilitudo, niſi aſſeras, ante Carolum fuiſſe ſedem regni extra Germaniam. Dn. Obrechtus verſatiſſimus in Hiſtoria Germaniæ *p. 7.* indulget Autori noſtro, in confeſſo eſſe, Francos conſediſſe in Gallia, eique aſſertioni aliud objicit, Francos nimirum patrium vivendi loquendique uſum retinuiſſe, & migrationem populi dominantis plane alios effectus producere, quam migrationes paucorum ſingulorum. †Adde Dn. Cocc. *c. 3. n. 81. 82. 83. & c. 5. n. 1. & 2.* ubi de Duisburgo & Aquisgrano ſedibus regni Francici plura. Cæterum non ſolum Ingelheimium ſed & Aquisgranum ultra Rhenum ſitæ ſunt, adeoque ad partes Galliæ referendæ.

 Et

fuiſſe, *) ejusque majores in eodem regno ſummis honoribus functos. Partes autem Germaniæ Transrhenanæ, **) quæ tunc

Et nullum dubium, in diviſionibus variis regni Francici ante Carolum ſedem regum ſæpe fuiſſe extra Germaniam. Conf. Werlhof. *d. l. th. 89. junct. th. 117. 130.* Et maxime huc pertinet præjudicialis quæſtio, utrum antiqua ſedes Regum Franciæ Duisburgum, vel ut olim nominabatur, Dispargum, fuerit cis aut trans Rhenum ſita? quam latius tractat Sagittarius *Antiq. Regni Thuring. lib. 2. cap. 2. pag. 126. ſeq.* & Schaten. *Hiſt. Weſtph. lib. 5. f. 270.* Adde omnino Werlhof. *d. l. th. 80. lit. b.* Wendelinum *de natali ſolo legum Salicarum c. 14. p. 98.*

*) Hoc vult Autor: In denominanda patria filiorum Regiorum non adſpici ad nativitatis locum, ſed conſiderandam nationem, cui pater imperat, & locum, ubi regia ſedes eſt. Hunc ſenſum ejus eſſe probant mox ſequentia.

**) Per *trans-rhenanam* Germaniam, quæ in editione poſthuma hic & in ſequentibus intuitu Germaniæ ſemper vocatur *cis-rhenana* haud dubie intelligitur Francia orientalis, ut patet diſerte ex verbis ſequentibus: *quæ ipſa eſt Germania magna* &c. Urget equidem Kulpiſius *p. 46. 47.* Autorem omnia hic turbaſſe & invertiſſe, cum potius Francia orientali [illegible] acceſſio Franciæ occidentalis, ut ex qua F[illegible] excurſionem

tunc ad regnum Francorum pertinebant, accessorii duntaxat instar habebant, velut provinciæ bello subactæ. Illius porro nationis quisque censetur, cujus ipsius pater est, & ubi sedem fortunarum a patre majoribusque traditam* obtinet. Solus nativitatis locus diversæ a paterna *b*)

sionem fecerint in provincias Gallicas. Sed facilis ex sequentibus & præcedentibus est responsio. Per Franciam orientalem non intelligi sedem pristinam Francorum in Germania, qualiscunque demum illa fuerit, exiguum aliquod spatium terræ Germanicæ comprehendens, sed una cum hac majores provincias Germaniæ, v. g. Alemanniam, Thuringiam &c. sub Merovingis bello subactas, cum jam Reges Merovingi sedem regiam in Gallia haberent. &c.

b) Notat Obrecht. *p. 7.* In nativitatis loco confluere multa, quæ seorsim etiam, ad ferendum de nationum ac gentium distinctione judicium, adhibentur. Idque declarat per electionem Caroli V. cui non obfuerit, patrem habuisse Hispaniæ Regem, quanquam imperii leges alium quam Germanum prohiberent ad Imperatorium fastigium evehi. Sed vereor, ut, nisi alio exemplo fulcita sit ista observatio, subsistere queat, ob dicta *lit. o.*

*) Imo

nationi aliquem haud quidquam in
Nisi vero credamus, modernum Su
Regem, si contigisset ipsum in Bor
nasci, inter Borussos & non inter Su
fuisse censendum. Neque Germ
trans-rhenana sub Franciæ vocabul
nit, nisi postquam ea sub Carolo Fra
rum regno fuit adjuncta. Nam inpr
ubi ipsius posteri avitum regnum di
sent, ab autoribus quoque incipit freq
tari distinctio*) inter Franciam Lati
sive occidentalem, & Teutonicam
orientalem; quæ ipsa est Germania
gna, seu trans-rhenana. Etsi post
num tempora ea Germaniæ appel
paulatim videatur exolevisse. Dub

*) Imo vero, ut constat ex Historicis, fi
milia Merovingica, distinctionem hanc
fuisse frequentatam & divisionibus regni
cici sub hac formula ortum debere, (vid.
notata *ad §. 5.*) ita divisio sub familia Caroli
in regnum Gallicum, Germanicum & L
ringicum (vid. hic §. 9. & ibi notata) occ
nem potius dedit, ut illa divisio prior
aboleretur. Dn. Coccej. *c. 5. n. 17.* Sed rev
tamen sub Ottonum tempore per ea, qu
notat Obrecht. *p. 8.* & mox Autor hic.

e) U

quod ex lingua Caroli movetur, commodissime hoc modo expediri potest. Galli Romano jugo subjecti paulatim dominantium quoque linguam adscivere, sic ut demum vix ulla antiqui Celtici sermonis supererant vestigia. Francos porro, in Gallias ingressos, Teutonicam suam linguam c) non statim oblitos, extra dubium est. Enimvero Franci haut quidquam antiquos Gallos internecione deleverunt, aut sedibus ejecerunt, sed imperium duntaxat Galliæ sibi adseruere: Exinde tamen contigit, ut, qui Francici essent sanguinis, in Republica eminerent, antiqui Galli, tanquam victi, deterioris essent conditionis. Quemadmodum autem, quando duo flumina diversi coloris confluunt, aliquandiu solum colorem quem alveo communi

 intu-

c) Urget iterum Dn. Obr. p. 8. eos, qui a lingua Caroli argumentantur, non id dicere: Carolum potuisse nosse linguam Teutonicam, sed, eam Caroli linguam vernaculam fuisse. Etsi vero idem repetat Dn. Kulpis. p. 49. vel hæc tamen verba autoris ostendunt, eum loqui de lingua Teutonica tanquam vernacula Carolo, adeoque istam objectionem eum non ferire.

d) Con-

intulere, servant, donec tandem paulatim majus in minori suum perdat; ita ab initio aliquandiu retinuerunt suam linguam Galli, suam item Franci, donec successu temporis, ex utraque mixta cinnus *d*) velut quidam emersit, in quo tamen Latina plurimum prædominaretur. Cujus rei ratio facile investigari potest. Nam sine dubio multitudine excedebant Francos Galli; & longe difficilius hisce erat addiscere linguam Teutonicam, quam illis Latinam. Nam quantum in ea lingua addiscenda exteri sese torqueant, meo ipsius exemplo didici. Inde etiam apud antiquissimos rerum Francicarum scriptores, vulgaris lingua Latina, lingua rustica *e*) audit; scili-

d) Confer Obr. *d. p. 8.* Kulpis. *p. 49. seqq.*

e) Notant ex Bignonio Obr. *p. 9.* & Kulpis. *p. 52.* ideo potius rusticam dici, quod sit inculta atque indisciplinabilis, atque insueta cogi regulari freno Grammaticæ artis. Ego tamen nollem propterea quicquam emendare in autore: Otfridi cujusdam autoritas tanta non est, ut quod ipse scribit, pro veriori haberi mereatur. Fatetur ipse Dn. Kulpisius, & res loquitur, rusticorum illam linguam constare, verbis mere latinis. Unde ratio denominationis quam

cilicet quia nobiliores Teutonicam adhuc linguam retinerent, cum rustici & reliqua antiquorum Gallorum plebs *) nil nisi Latinum sonare sermonem nossent. Sic hodieque deprehendimus in Livonia & Curlandia, ubi per Germanos antiqui incolæ ad conditionem rusticorum redacti sunt, omnes fere nobiles oppidanosque callere linguam rusticanam; rusticorum contra vix decimum quemque voculam Germanicam intelligere. Ergo Carolus potuit nosse linguam Teutonicam, tum quia illa inter Francicæ stirpis homines nondum penitus usurpari desierat, tum quia magnam Germaniæ partem & antea Franci, & ipse universam imperio complexus erat. Nec vero rudi illo seculo cum Germanis conversari erat, ni vernacula ipsis lingua sermocinari nosses. Cæterum accuratissime hanc litem compo-suerit,

quam autor dictat, magis simplex & nativa est, quam illa figurata Otfridi, etsi nullum sit dubium, latinitatem illam rusticanam, uti omnis rusticorum lingua est, fuisse incultam.

*) Id est, nonsolum servi sed & ingenui, qui non quotidie aulam frequentabant.

*) Non

apud antiquissimos Francos, alia quoque procerum populique in Rege constituendo intervenisse auctoritas legatur; putaverim tamen, eam magis habuisse instar solen-

rum successivo an electivo, ab altera de regno Francorum absoluto an temperato, de qua Autor §. *seq.* cum una fere ab altera dependeat. Uti enim regulariter imperium absolutum est successivum, ita & regulariter imperium electivum est temperatum. (Sed non vice versa, regnum successivum etiam absolutum est, nec adeo vice versa regnum temperatum electivum. Nam sæpe contingit, ut populus prima electione regnum cum jure succedendi deferens, legibus tamen fundamentalibus temperet potestatem regis.) Franciscus Hotomanus in erudito *Franco-Galliæ* tractatu magna diligentia id egit, ut Francorum imperium demonstraret, a primis initiis & sub Carolingis etiam fuisse & temperatum & electivum. Contra Bœclerus in *seculo IX. pag. 19. seq.* operam dedit, ut istam Hotomani sententiam refutaret. Sed tanti ejus rationes non sunt visæ Dn. Coccejo, quin sententiam Hotomani sibi sumeret defendendam *Juris publ. prud. c. 7. n. 8. seq. & n. 15. seq.* (quamvis in assertionis de regno temperato probatione *d. n. 8. seq.* misceantur variæ & diversæ regni Francici periodi) uti Autori nostro *hic & §. seq.* ejusque commentatori Kulpisio (qui in utra-

ſolennis inaugurationis, obſequiique erga novum Regem conteſtationis, quam liberæ electionis. Nec temere ab ordine ſangui-nis

---

utraque quæſtione & alios autores adducit,) utraque Bœcleri ſententia arriſit. Sunt &, qui in altera quæſtione mediam ſententiam ſeqvuntur, mixtam ex regno ſucceſſivo & electivo fuiſſe formam regni Francici, cujus inventor videtur Hugo Grotius *de J. B. & P. II. 9. 11.* Sed hi iterum dividuntur, aliis aſſerentibus, hanc mixturam plus habuiſſe de regno ſucceſſivo, ut facit Autor noſter *IV. 1. p. 189.* aliis plus de electivo, quam communiorem eſſe dicit Schurtzfleiſch *in diſſert. quid expediat imperio, p. 12.* etſi ipſe magis faveat priori ſententiæ. Res dubia, & quæ in utramque partem diſputari poteſt. Ego vero magis faverem ſententiæ Hotomani, non neglecta tamen Grotii doctrina. Neque deſunt varia, quæ obſervationibus Bœcleri & ejus aſſeclarum opponi poſſent. 1.) Liber populus, quales Franci erant, dum ſibi regem conſtituit, facilius regnum temperatum & electivum introducere amat, quam abſolutum & ſucceſſivum. *Conf. Aut. hic §. 2. p. 25.* 2.) Pro electivo & temperato magis militat depoſitio ultimi ex Merovingis & translatio in familiam Carolingorum, (ſive cætera jure vel injuria facta ſit, non diſputo.) 3.) Carolum M. ut regem potentem, metuentemque, ne ſuæ familiæ idem eveni-

nis discessum, nisi per factionem, aut quia heres sceptro penitus inhabilis. Regno Franciæ jam antea juncta erat pars Germa-

eveniret, quod Merovingicæ, multa tentasse pro augenda sua potentia, etiam inconsultis proceribus, non diffiteor, sed hic non miscendæ sunt quæstiones facti cum quæstionibus juris. Interim tamen & ipse plurima & præcipua negotia non nisi consentientibus regni Statibus expedire voluit, quod facere solent, qui acquisitionem regni absoluti tentant, non qui jam dudum illud acquisitum tenent. 4.) Neque adeo verosimile est, eos ut nudos consiliarios fuisse adhibitos, quamvis nullum sit dubium, status non lubenter contradicere regi potenti & amato. 6.) Quod in electione non facile præteriti sint liberi regis, non magis tum effecit regnum successivum, ac hodie, ubi per aliquot secula familia Archiducum Austriæ in electione fuit aliis prælata. 7.) Ad loca, quæ potissimum a Kulpisio & Obrechto hic urgentur, non difficilis responsio. Nam 1.) retorquemus contra illos autores observationem Hertii *Elem. prud. civilis V. I. Sect. 10. §. 9.* non magni habendas formulas Monachorum & rudiorum istius ævi scriptorum. 2.) Eadem loca ostendunt, heredis & successoris nomen illos synonymice usurpasse. At rex in electivo regno uti successor legitimus est, ita hoc intuitu etiam

maniæ; g) reliqua a Carolo armis subacta. An quidam ultro sub ipsius imperium concesserint veneratione magnitudinis, in obscuro est. h) Belli quoque jure subjecit sibi regnum Longobardorum in Italia, prætextum suppeditante Pontifice Romano. Idem denique Imperator Romanorum Augustus, voluntate Pontificis populique Romani est consalutatus: per quem titulum quid acceperit, paulo post monebimus.

IIX. Sic igitur sub Carolo Germania portio fuit regni Francorum, sat absoluto ipsorum, ut videtur, imperio subjecta. Eam in complures provincias divisam Præfecti, l) originis plerique Francicæ, sub nomine Comitum aut Marchionum administrabant. Etsi Saxonibus amplior quæ-

etiam vocari potest heres legitimus, 3.) præprimis cum verba mox sequentia, (*cui nos sponte commisimus,*) pro nostra sententia æque pugnent.

g) *Conf. Pacif. V. 3. seqq. 118. seqq.*

h) Avaros tamen & Frisios hic adducit *Obr. p. 10.*

l) De errore politico hic a Pacifico *p. 131.* notato, quod Carolo M. ansam dederit, ut Ducum & Comitum munera facta fuerint hereditaria, videbimus infra suo loco.

*) De

quædam libertatis *) species relicta; quippe quos Carolus, diuturno demum bello fractos, in jura populi Francici adscivit, unamque velut gentem cum Francis esse

E jus-

*) De Saxonum sub Francis conditione res explicatu expeditior. *Conring. de urbib. Germ.* §. *63*. qui tamen *ibidem* & §§. *seqq.* id agit, ut ostendat, libertatem Saxonibus relictam esse parem cum Francis, sed ita, ut magistratus ipsis a Carolo, quamvis ex gente Saxonica, fuerint constituti. Hanc sententiam Conringii secuti sunt alii ut Obrechtus *hic*. Schurtzfleischius *dissert. 29. p. 118. & diss. 30. p. 16.* Contra eandem rationibus multis & argumentis non nullius ponderis impugnavit illustris Dn. de Rhez *Jur. publ. l. 1. tit. 2. §. 71. usq; ad §. 92.* nisi forte dissidium tolli possit distinctione inter Saxones reliquos & Transalbinos, item inter Nobiles Saxonicos & plebem, vel etiam inter diversa tempora imperii Carolini cum Schurtzfleischio *dd. ll.* & qui plura erudite eam in rem ex Schatenio & Meibomio excerpsit Werlhofio *dissert.* | *sæpius citata* §. *209.* potissimum *lit. b. c.* qui & §. *207. 208.* totius illius belli Sciagraphiam summatim sistit. Adde Dn. Cocc. *Jur. publ. prud. c. 3. sect. 3.* ubi inter alia §. *38. seq.* docet adversus Meibomium, Saxoniam sub Carolo M. per Duces proprie dictos non fuisse gubernatam.

*) Ori-

jussit. Ut tamen ferocem nationem, servitiique impatientem, eo melius in officio contineret,*) adsumti in subsidium sacerdo-

*) Originem inde sumsit communis opinio, ac si Carolus etiam illo tempore instituisset judicium Westphalicum suasu Cleri, ut metu hujus judicii Saxones in fide continerentur. Nam inter crimina ad hujus judicii cognitionem pertinentia principale erat crimen apostasiæ. Datt. *de pace publica l. 4. c. 2. n. 59.* Communem hanc sententiam primus impugnavit anno 1625. Gryphiander *de Weichbildis Saxonicis c. 54.* duobus potissimum argumentis, quod scriptores coævi Carolo hac de re taceant, & primus Autor, qui hujus mentionem faciat, sit Æneas Sylvius, nimis ab ævo Carolino remotus, & quod crudelitas talis non sit præsumenda de principe tam pio & prudente. Gryphiandrum oppugnavit Ericus Mauritius *in differt. de judicio Rotwilensi c. 1. §. 4.* Conringius, etsi *in præfatione ad libros de origine juris Germanici* protestetur, se Gryphiandri librum non inspexisse, hanc tamen ejus sententiam prope iisdem verbis repetiit anno 1647. *in differt. de judiciis imperii Germanici §. 40. 41.* Sed didicisse uterque potuisset ex Henrici Meibomii *Irminsula Saxonica ann. 1612. edita cap. 12.* quod jam Conradi II. Imp. Capellanus Wippo mentionem faciat, *Regem confirmasse legem crudelissimam* Saxonum (i. e. ut quidam

quidam volunt, Westfalorum) *secundum voluntatem eorum*, & quod Henricus de Hervordia qui sub Carolo IV. vixit, clarioribus longe verbis id describat. Et didicit etiam postea Conringius, unde in opere *de orig. jur. German. c. 19. p. m. 102.* errorem de primo autore Ænea Sylvio correxit quidem, sed tamen sententiam ipsam retinuit, partim propter silentium coævorum, partim propter pietatem Caroli, adeoque ortum id esse putat tempore Conradi II. Sed & hæc sententia subsistere nequit, quia Wippo dicit *Conradum confirmasse legem crudelissimam*, ergo (si per eam intelligatur judicium Westphalicum) hoc jam ante eum fuit. Bœclerus *in dissert. de Wittekindo Magno habita 1671.* Gryphiandri sententiam tuetur, negans Wipponem intelligendum esse de judicio Westphalico, nec ipsum Meibomium *in notis ad Wittekindi annales* de eo exposuisse Wipponem. Sed uti Meibomius errorem prius commissum correxisse poterat, ita debuisset ostendere Bœclerus, quid ergo per legem crudelissimam Saxonum sit intelligendum? Sane ridendi sunt, qui de speculo Saxonico locutum fuisse Wipponem credunt, aut de severitate Saxonum, fures suspendentium, quorsum tamen inclinat Gryphiander *cap. 45.* Igitur supposito Wipponis loco, etsi hic autor non sit coævus Carolo, & coævi taceant, tamdiu tamen, secundum hactenus dicta, verosimile maneret, quod a Carolo hoc judicium sit institutum, donec probetur, ab

cerdotes, *n*) qui populum religione Christiana

alio Imperatore post Carolum ante Conradum II. id institutum esse. Nam pietas Caroli me non movet. Nolo examinare, quæ, qualis, quanta ea fuerit, sufficit, quod jam eo tempore pietas maxima fuerit habita, cogere homines armis ad fidem, & punire apostatas capitaliter, ut docent capitularia Caroli M. de partibus Saxoniæ, ex quibus ipse Baluzius *in notis* judicium Westphalicum deducit. Conf. Pfeffing. *ad Vitriar. l. 4. tit. 4. §. 4. lit. a.* Schaten. *lib. 8. Hist. Westphal. pag. 495.* Edidit Marquardus Freherus libellum de occultis his judiciis, sed Bœclerus *d. l.* notat eum pauca attigisse, & mereri rem specialiores curas & collectiones. Exhibuit eas Dattius *de pace publica lib. 4. c. 2. usque ad finem libri*, omnino evolvendus. Verum etsi & Dattium a capite ad calcem legeris, multo tamen incertior ab eo recedes. Ergo tentavi tandem, doctrinam de origine judiciorum Westphalicorum intricatissimam extricare, & in *dissertatione speciali anno praced. habita* docui, judicia hæc Westphalica demum seculo 14. orta esse. Jungendæ tamen sunt cum hac dissertatione aliæ duæ præcedentes, altera *de origine processus inquisitorii*, altera *de occasione ac intentione Constit. crimin. Carol.*

n) Pacificus §. 3. *pag. 118. seqq.* notat: Belli prætextum adversus Saxones, vulgo creditum fuisse

ſtiana imbuerent, ſimulque ſedulo inculcarent, quantopere illis eſſent devincti;

fuiſſe religionis Chriſtianæ propagationem. Hanc cauſam ſi vera fuerit, bellum iſtud fuiſſe *minime pium* & *religioſum*, cum religio nec poſſit, nec debeat cogi. Neque armis Caroli multum profectum eſſe, Saxonibus toties rebellantibus, donec humanitate & præmiis animis ipſorum emollitis, doctrinæ ac Sacramentorum velut *officinæ* Epiſcopatus conſtituti ſint. Cæterum prudentiores arbitrari, *religionem* ſaltem fuiſſe *prætextum*, & Carolum cogitaſſe, quomodo *Monarchiam induceret* in Germaniam. Hactenus bene. Et tamen ſtatim Carolum appellat Principem *religioſum*, *pium* & *vere Chriſtianum*; item: a *Chriſtianis* Principibus commiſſa interdum alio quam *ambitionis*, *avaritiæ*, *commodique* titulo cenſeri haud poſſe: item: hodiernos Saxones omnes DEO pſallere debere, quod eos per Carolum, *miniſtrum ſuum*, ab idolorum cultu ad rectum de DEO ſenſum & verum in Deum cultum deducere voluerit: & poſſit adeo ad hunc caſum applicari trita juris regula l. 85. §. 1. de R. I. † Scilicet: *non eſſe novum, ut quæ ſemel utiliter conſtituta ſint, durent, licet ille caſus extiterit, a quo initium capere non potuerint.* Quis iſta connectat? Conf. Schurtzfleiſch. *diſſ. 30. de Witekindo* §. *10. lit. r. p. 17.* & qui Carolum defendere voluit, Schatenium *Hiſt. Weſtphal. l. 7. f. 429.*

o) Me-

per quos viam adipiscendæ salutis æternæ didicissent. Inde complures Episcopatus *o*) & Ab-

o) Merentur verba Pacifici *p. 131. seq.* ut propter jucunditatem hic apponantur integra. *In Carolo nostro & Patre illius Pipino prudentes rerum civilium notant, quod superstitioso zelo Episcopo Romano & Sacerdotibus plus nimio indulserint, ipsisque instrumenta ambitionis atque luxuriæ addiderint. Exempla hæc, tenui tramite minime circumscripta, latissime evagandi viam sibi docente experientia, fecere. Sane tempore Caroli M. Episcopi in Germania aliive Clerici circa bonorum ac honorum aucupia multum fuerunt solliciti, populumque sedulo quintum Evangelium de ecclesiastica prærogativa, quantopere scilicet simus iis devincti, qui viam adipiscendæ salutis æternæ inculcarent, docuerunt. Et quamvis Carolus ipsis urbes, arces ac territoria minime concesserit; tamen pecuniam, mobilia, quandoque etiam prædia ab ipso obtinuerunt. Nimirum alma mater religio sensim Clericis peperit divitias; cæterum hæc monstrosa filia, ac viperinus veluti partus, ipsam matrem tandem necavit. Nam Imperatores multi, non probe attendentes, quod Ecclesia sit in republica, non vero respublica in ecclesia, dum in evehendis sacerdotibus politicam cynosuram susque deque haberent, nimia indulgentia in Clericos sibi tandem jugum illud ecclesiasticum Romani Anti-Christi fabricarunt, quod etiam nunc cum aliis Principibus, qui Papam*

& Abbatiæ per Germaniam Carolum fundatorem agnoſcunt. Eadem conditione ſub Ludovico Pio, Caroli filio, Germania fuit, niſi quod Præfectorum illorum autoritas & potentia magis magisque cœpit adoleſcere, ſacerdotibusque per indulgentiam Principum gliſcente opulentia faſtus non parum augeri. *p*)

Papam veluti ſerpentem ac viperam adhuc in ſinu ſuo fovent, ferre atque ſuſtinere coguntur. Sane Carolus noſter eo ipſo, quod non parum in extollendis ſacerdotibus, quorum ſubſidio religioſo Saxonum ferocem gentem ſibi devinxerat, occupatus fuit, offenſionis ac ſcandali primum lapidem poſuit, quem dum ſucceſſores intactum reliquerunt, & incautum non perhorruerunt, imo omnibus modis ſtatuminarunt, imperii corpori pillulæ maxime pernicioſæ ſunt propinatæ, quas quum concoquere neque vellet neque poſſet, ſæpe multum & diu reſpublica, (corporis illius anima) inter vitam & mortem anceps atque dubia pendere neceſſum habuit. Sint ac maneant in pace manes Caroli noſtri; ſepulchrum tamen ejus roſæ & lilia minime ſpargunt, quod eccleſiaſticos, in Harpijas dein degenerantes, extra politicos terminos atque cancellos collocare ſategerit.

p) *Conf. Pacif. §. 7. pag. 133.* Tu nota: Imperatores qui *Magni* cognomen adepti ſunt, fuiſſe

IX. Verum postea cum Ludovici hujus filii q) paternum imperium inter se divisissent, (quæ præcipua fuit causa convulsæ potentiæ Francicæ, prostratæque familiæ Carolinæ;) avulsa fuit a reliquo

fuisse Principes bello potentes, & Clericis pecunias & honores abunde largientes. Constantinus Magnus, Theodosius Magnus, Carolus Magnus, Otto Magnus. At qui mitis ingenii erant & ad imperii habenas non apti, & a Clero exerceri se patiebantur, dicebantur Pii, e. gr. Ludovicus Pius. Ita hodie Germani dicere solemus, es ist ein guter frommer Mann. Non habet vera pietas excessum, sed nimia pietas Ludovici, pietas non erat, sed superstitio. Omnia indulgebat Clero, & Liberis. Cogebat adeo ipsum nequitia Cleri & impietas filiorum, ut imperio se abdicaret & monasterium intraret.

q) Divisiones & uniones variæ hic intervenerunt non confundendæ. Quod ut melius intelligi possit, ante omnia præmitto tabulam Genealogicam posterorum Caroli Magni.

I. *Carolus* Magnus.

Pipinus. | II. *Ludovicus Pius.*

Bernardus. | III. *Lotharius.* Pipinus. Ludovicus Germanicus, & Bavaricus. V. *Carolus* Calvus.

IV. *Ludovicus II.* Lotharius. Carolus. (VI) *Carolomannus.* Ludovicus. VI. (VII) *Carolus.* Craſſus. (VI) *Ludovicus* (III) Balbus.

VII. (VIII.) *Arnolphus* Nothus. | Carolus ſimplex.

IIX. (IX) *Ludovicus* III. (IV.) | Ludovicus IV.

Lotharius.

Ludovicus V.

73

Nunc ex Lehmanni Chronico Spirensi, Boxhornii historia universali & Conringii de finibus imperii libro I. successiones, divisiones & reuniones ita summatim cape. Carolus M. jam ætate gravis fractusque, Ludovicum Pium consortem imperii, Bernardum vero, ex Pipino filio jam mortuo nepotem, Regem Italiæ constituit. Patre mortuo Ludovicus Pius, exemplo patris, filiis suis regna distribuit: Lotharium maximum natu, Imperatorem simulque Regem Franciæ renunciat, Pipinum Aquitaniæ, Ludovicum Bavariæ. Atque hæc est prima divisio, quæ a Ludovico Pio ipso facta est. Bernardus Italiæ Rex, Francorum regnum ob Pipinum patrem, filium Caroli Magni natu majorem, sibi deberi ratus, bello invadit Ludovicum Pium & filios, sed a suis mox destitutus, seque & exercitum tradit patruo. Tum ut rebellis judicio declaratus, excæcatur, atque paulo post moritur, Italiamque ita Ludovicus Pius nanciscitur, qui Lothario filio hoc regnum tradit. Tres autem Ludovici filii patrem oppugnant, eoque in colloquium pellecto fraudibus, comprehendunt eum, piaculo ab Episcopis infamatum, arma imperiique insignia solenniter ponere jubent, ac pulla deinde veste circumducunt & ostendunt. Mox a proceribus politicis restitutus Ludovicus, filiis ignoscit. Lotharius in Italia Pontifici gravis, aliaque facinora committens, a patre Ludovico post correptionem, secunda vice in gratiam recipitur, & tutor

& tutor filii Caroli Calvi, quem Pipini loco, per eos dies mortui, Regem Aquitaniæ dederat, constituitur. Atque hæc est secunda imperii divisio, a Ludovico Pio facta. Post mortem patris Lotharius fratribus annunciari curavit: Regni interesse, divisionem a patre factam non admittere. Quodsi tamen se ejus imperio submittere, & debito ac submisso modo regna hactenus possessa ab ipso petere velint, se Ludovico Bavariam, Carolo Aquitaniam in feuda concessurum. Hi contra portiones suas a patre acceptas ampliare studentes, bello cum Lothario decertare malunt, eumque victum ad novam imperii paterni divisionem adigunt. Anno igitur 842. hi tres fratres Imperium Francorum pacto sic diviserunt. Carolo pars occidentalis a Britannico Oceano usque ad Mosam fluvium obtigit, Ludovico pars orientalis, id est omnis Germania usque ad Rhenum, & nonnullæ civitates trans Rhenum cum adjacentibus pagis ob copiam vini. Lotharius Imperator medius inter utrasque regnum Austrasiæ sortitus est, quod ejus nomine Lotharingia appellatur, totamque provinciam, nec non omnia regna Italiæ cum ipsa Roma. Hæc est tertia divisio regnorum, inter filios Ludovici Pii post mortem patris. Lotharius Austrasiæ regnum ordinans, filium Ludovicum admodum juvenem in Italiam mittit, Regem & simul Imperatorem a se primo, mox & a Pontifice pronunciatum. Tum monasticam sibi quietem moliens,

ftens, relictis Ludovico imperio, & Italia reliquis filiis, Lotharingiam Lothario, Carolo Burgundiam Provinciamque seu Galliam Narbonensem assignat. En quartam regni Carolini seu Francici & quidem tertiæ ipsius partis divisionem, & simul observa, tum Imperium in sola Italia substitisse, observa & illud, hunc Ludovicum II. Imperatorem Ludovici Pii nepotem, sæpe a vulgaribus historicis cum patruo Ludovico Seniore, Ludovici Pii filio, Rege Germaniæ & Bavariæ confundi, & bella ab hoc cum fratre Carolo Calvo gesta, Ludovico II. Imperatori adscribi. Cæterum illa subdivisio regni Lotharii seu tertiæ partis regni Carolini, videtur mox coaluisse vivente Ludovico I. cum scriptores referant, fratres ejus ante ipsum obiisse sine liberis. (Conring. de Fin. l. IX. p. 76.) Post hos extincto etiam sine liberis Ludovico II. anno 876. si non unicus, saltem primarius heres erat patruus natu major Ludovicus Germanicus, cujus filium natu maximum Carolomannum, Ludovicus II. sibi successorem esse voluerat: Sed artibus Johannis IIX. Papæ, & muneribus Caroli Calvi regis Galliæ, factum est, ut & Imperatoria dignitas & Italiæ regnum ad Carolum hunc perveniret, qui fratre Ludovico Germanico paulo post mortuo, etiam nepotum ex fratre regnis inhiavit, quod effecit, ut non diu Imperatorio titulo & regno Italiæ gauderet, Carolomanno Italiam intrante, & post fugam Caroli, ac Johannis Pontificis sub custodia detentio-

tentionem, fidelitatem juratam ab optimatibus Romanorum recipiente, & usque ad annum 880. Italiam omnem tenente. Secesserat equidem Johannes in Galliam liberatus ex carcere, ibique Caroli Calvi post fugam illam mox extincti, filium Ludovicum Balbum Imperatorem Romanum coronaverat, unde & a scriptoribus Pontificiis, Ludovicus hic sub charactere tertii in catalogo imperatorum ponitur. Sed uti hic Ludovicus titulum habuit sine re, Carolomanno rem ipsam, ut diximus, detinente, a titulo tamen, quod a Pontifice coronatus non esset, abstinente, ita meretur jure Ludovicus Balbus ex catalogo Imperatorum omitti. Ludovici Germanici filii, post mortem patris, portiones a patre adhuc vivente ipsis assignatas suscipiunt, (quæ quinta subdivisio regni Carolini est;) Carolomannus Bavariam, Pannoniam, Bohemiam, Carinthiam, Moraviam; Ludovicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam, Lotharingiam, Carolus Sueviam & quasdam civitates Lotharingiæ, Wormatiam, Spiram Nemetum, Moguntium, ob vini copiam accepit. (*Conring. I. 5. 35. seq. Lehmann III. 45. 260.*) ut mirer, Boxhornium, dum in eo est, ut Historicorum vulgarium, Ludovicum Germanicum, cum Ludovico II. imperatore miscentium negligentiam arguat, filiis his Ludovici Germanici, immiscere quartum Pipinum Aquitaniæ Ducem *p. 482.* & sic satis aperte fratrem Ludovici Germanici, in filiorum

classes

classes rejicere. Carolomanno successit non tantum in regno Italiæ Carolus frater Crassus, sed & a Pontifice Johanne Imperator creatus est, quin imo & Ludovico fratre sine liberis mortuo, duæ tertiæ regni Carolini, nempe portio Lotharii & Ludovici Germanici, in Carolo Crasso unita fuit. Deerat adhuc Francia occidentalis, portio Caroli Calvi & post ejus obitum Ludovici Balbi. Reliquerat Ludovicus Balbus duos filios nothos, & uxorem gravidam, ex qua posthumus natus Carolus Simplex, unde dissensiones procerum Francorum, quibusdam filiis duobus Ludovici Balbi nothis faventibus, quibusdam invasori Bosoni, quibusdam Ludovico Carolomanni fratri, qui & ipse a filiis istis Ludovici Balbi, per pactum, portionem Lotharingiæ a Carolo Calvo possessam recepit: & porro filiis istis duobus Balbi mortuis, Franci Carolum Crassum ad capiendam portionem occidentalem Franciæ, necessitate sic urgente ultro invitant, qui adeo per quatuor annos tutelam quidem gessit Caroli Simplicis, sed regnum tamen Caroli non tutorio nomine, ut quidam volunt, sed summa potestate administravit, ut adeo per illud tempus in Carolo Crasso totum imperium Francicum fuerit unitum. Sed non diu mansit illa unio. Carolus Crassus uxorem adulterii suspectam cum Cancellario suo Episcopo quodam publice repudiat. Jure an injuria non dixerim. Hoc constat, ab illo tempore animos procerum ecclesiasticorum potissimum

ſimum ab illo eſſe alienatos, ut ſub ſpecie mente capti depoſitus, & Arnulphus Carolomanni filius nothus, initio tutor ipſi conſtitutus, poſtea imperator declaratus fuerit. Ipſe vero Carolus Craſſus ab omnibus derelictus in ſumma miſeria mortuus eſt. In Italia jam vivo Carolo variæ turbæ ortæ, ut Pontifex decreverit, ſi Carolus Craſſus non relictis liberis decederet, regni Italiæ imperiique fortuna penes Italos eſſet. Quare mortuo Carolo ſeceſſiones factæ, aliis Italiæ proceribus Berengarium, aliis Vidonem Imperatorem & Italiæ regem deſignantibus: quin & Franciæ occidentalis Principes tutelam Caroli ſimplicis & regni illius adminiſtrationem Arnulpho ademerunt, electo Ottone Comite Pariſienſi, regis minorennis tutore, unde ab eo tempore Francia occidentalis perpetuo ab imperio & regno Germaniæ divulſa manſit. Italiam tamen recuperavit armis Arnulphus, ſed ex parte & ad tempus, veneno mox infectus & miſerando morborum genere extinctus, ſub cujus filio minorenne Ludovico Germania ab Hungaris vaſtata, ipſeque Ludovicus, ultimus Carolinæ ſtirpis in Germania rex, in florente ætate extinctus eſt. [†Addatur Dn. Cocceji *juris publ. prudent. cap. 5. ſect. 2.*] His diſtincte notatis facilior erit intellectus eorum, quæ Autor noſter hoc paragrapho & alibi diſſerit.

r) Notat

liquo corpore imperii Francici Germania *r*) & peculiarem ſibi regem accepit, Ludovicum, Pii filium. Cum Germania poſt coaluit magna Galliæ Belgicæ pars, ad Rhenum vergens, Teutonicis fere populis inſeſſa, quæ a Lothario, itidem Pii filio, Lotharingiæ nomen eſt ſortita; etſi hodie modica duntaxat regni Lotharii portio iſthoc vocabulo inſigniatur. *) Cæte-

r) Notat Dn. Kulpiſ. *p. 58.* hoc demum poſt tempora Arnulfi factum eſſe, cum tempore Caroli Craſſi iterum unita fuerit Francia occidentalis cum Germania, ut modo memoravimus. Nollem tamen quicquam mutare in Autore, cum iſta unio fuerit fere momentanea, non vera, quippe cum Carolus Simplex non fuerit unquam a ſucceſſione patris excluſus, &, quod Carolus Craſſus non adminiſtraverit ut tutor, ſed plena poteſtate, magis factum inferat, quam jus. † Interim tamen ipſe Autor ad hoc dubium tollendum in editione poſthuma hæc verba inſeruit: *Et quanquam mox ſub Carolo Craſſo cum reliqua Francia iterum coaluit; non longo tamen poſt tempore, Arnulfo Rege ab iſta iterum avulſa eſt, ac deinceps ſuas res ſibi ſeorſim Germania habuit.*

*) Adde Francopolitæ wahren Bericht vom alten Königreich Lothringen.

s) Dejecit

Cæterum inter exitialia bella, quibus Caroli posteri inter sese collidebantur, non solum enormia sumsit incrementa procerum Germaniæ potentia, sed etiam ipsa stirps Carolina demum penitus fuit extincta, aut saltem regno Francorum dejecta *s*) (nam hodieque & Comites Palatini ad Rhenum, & Duces Lotharingiæ, a Carolo *t*) stemma suum deducunt,) ac Germani ex suæ nationis proceribus sibi Reges legerunt. Ex quo tempore Germania suas sibi res seorsim habuit, nec cum Francia communi imperio est usa. Porro quia Germanorum respublica populari usu nomine Sacri Romani Imperii *u*) solet

F

s) Dejecit Hugo Capetus Carolum Lotharingiæ Ducem, Ludovici V. ultimi regis Galliæ patruum. *Kulp. p. 58.*

t) Scilicet per stirpem fœmininam. Neque hi solum, sed & Archiduces Austriæ, Reges Hispaniæ, Domus Burbonica, Principes Hasiiæ. *Kulp. pag. 59.*

u) Recte dicit: populari usu. Neque enim in titulis mysteria quærenda sunt. Monet in libello politico Bœclerus: in consideratione rerumpublicarum non hærendum esse in titulis, ceremoniis, aut schemate externo, sed res ipsas & ju-

ſolet denotari, operæ pretium puto erit, paucis inquirere, quomodo hunc titulum primum nacta ſit? quid per eum ipſi acceſſerit? & quo jure eundem gerat? Ad quod ſolide intelligendum, neceſſum erit, paucis repetere, ad quam conditionem antiquum Imperium Romanorum ante Carolum redactum fuerit.

X. Quem-

& jura conſideranda eſſe. Mirum igitur, quod hujus moniti oblitus, tantis curis conſcripſerit diſſertationem adverſus Blondellum, de Sacro Romano Imperio, annexam ipſius Notitiæ Imperii, niſi tempore excuſaretur, quia tum adhuc ſcriptores Germanici cortici communiter inhærebant, donec Autor noſter putamina frangeret, & nucleum diſciplinæ exhiberet. Taceo, quod iſta diſquiſitio, pro more Bœcleri rhetorice magis affectus excitare intendat, quam juſtis ratiocinationibus, & obſervata bonæ diſputationis methodo rem ipſam tractet, & ſæpe Blondello, (præprimis in quæſtione de titulo *Romani*, non tam titulum quam rem ipſam impugnanti,) non exacte contradicat. Mererentur ſingulæ paginæ cenſuram, ſi noſtra intereſſet, & non potius diſceptationis vanitas abſtinere juberet, quæ vel ex his Bœcleri verbis intelligi poteſt: (*p. m. 248.*) *Quin imo ea ipſa publice omnibus inſita perſuaſio, de* Romani *Imperii eminentiâ, ſanctitate, perpetuitate, videtur perfeciſſe,*

ut

X. Quemadmodum igitur populus Romanus, poſtquam nobiliſſimam orbis terrarum partem jugo ſuo ſubjecerat, demum ambitione paucorum præpotentium civium in bella civilia ruerit, & exinde ſub unius dominatum pervenerit, in vulgus notum eſt. Cæterum Auguſtus, Monarchiæ Romanæ conditor, *x)* uti ope militum Imperium quæſiverat; ita per eosdem idem ſibi ſervandum eſſe facile perſpiciebat. Inde utut circa multa regni negotia nonnulla poteſtatis ſpecies ſenatui relicta;

 cu-

ut per tot æmulationes & certamina, duraret in hunc diem & pervigeret tanti nominis majeſtas, quod venerantur omnes foris Chriſtianæ poteſtates, adeo, ut ſi cui Chriſtianorum cætera potentiſſimo hic titulus accedere poſſet, citra omnem tergiverſationem primo illum loco poſiturus eſſet. Sed proſpectum eſt legibus moribusque, quos Deus ſervet, ne tituli incomparabilis decus externis poſſit opibus accedere. Optime igitur de doctrina ſtatus Imperii Romani meritus eſt Autor, quod in ſeqq. §§. viam oſtenderit, omittendi in poſterum inanes quæſtiones.

x) Nihil muto, etſi Pacificus id neget, & *Auctorem* malit dicere ac *amplificatorem. Diſc. 6. §. 2. p. 149.* Conditoris vox latior, & de Julio, & de Auguſto, & de Tiberio prædicari poteſt.

y) Con-

curam tamen rei militaris ſibi ſoli ſepoſuit, eamque nomine Imperatorio non obſcure præ ſe tulit. Enimvero tanquam præcipuum regni arcanum, curatisſimis ſimulacris involvendum, & a vulgi militaris intelligentia ſubmovendum erat, penes milites eſſe, Imperatores ſolio admovere & deturbare. Quod poſtquam evulgatum fuit, non minus miſera ipſius imperii, quam Imperatorum conditio extitit. Illud enim frequentibus bellis inteſtinis debilitatum, ex libidine avari aut turbidi vulgi ſæpe pesſimos homines cervicibus ſuis imponi ſenſit, ſæpe optimos rectores immani ſcelere ſibi immature eripi luxit. *y*) Neque his ſat firma transmittendi ad poſteros ſuos Imperii ſpes; & precarius ſemper ſpiritus inter venales trahendus. Ergo revera vis Imperatores conſtituendi erat penes milites; (id quod uſu venire ſolet omnibus Monarchiis militaribus, ſeu ubi validus quispiam, isque perpetuus exercitus uno in loco alitur.) Senatus populúsque imbellia & vana nomina erant, illuden-

y) Conſule Herodianum. Et latius exponit Pacificus *d. Diſc. 6. §. 3.*

z) No-

illudendæ ſimplici plebeculæ retenta, quaſi univerſorum ultroneus conſenſus Imperium daret. Superſtructum iſtud militari licentiæ regnum, uti ad diuturnitatem erat ineptum; ita ejusdem ruinam inſigniter maturavit Conſtantinus M. & Theodoſius: z) ille fixa Byzantii ſede regni, & dimotis a ripa Rheni & Danubii in Orientem legionibus validisſimis: hic diviſo inter filios ignavisſimæ indolis Imperio, quos proditorum inſuper improbitas non parum affligebat. Exin duo pro uno regno extitere, nulli alii uſui, quam ut divulſus orienti occidens barbaris eo facilius ſuccumberet. Nec multo poſt Imperio occidentis finis impoſitus, capta & vaſtata

z) Notat hos defectus Zoſimus, potisſimum defectus Conſtantini. Effecit tamen favor Clericorum, neſcio quid ſancti & omnibus numeris abſoluti, ex Conſtantino effabricare intendentium, ut pene hic occœcati ſimus. Viſum reſtituere incepit Leunclavius, eruditisſima, & quæ ab omnibus legatur dignisſima Apologia Zoſimi. Fuſius nævos politicos Conſtantini & Theodoſii enarrat Pacificus *d. Diſc. 6. §. 4. p. 161. ſeq.* † Adde *Tom. 1. Obſ. ſelect. Halenſ. obſerv. 22. 23. 24.*

a) Ad-

per Gothos *a*) Roma; quæ & antea reliquis provinciis non deteriore jure, quam quo partæ fuerant, exciderat; & nunc propriæ libertatis jacturam experiebatur, regni Gothorum accessio facta.

XI. Post Gothorum opibus collapsis, Roma & magna Italiæ pars imperio Græcorum adjuncta; etsi ista ob antiqui venerationem fastigii, & quod Constantinopoleos sese matrem ferret, ad sociæ potius aut comparis, quam subjectæ modum tractaretur. Revera tamen summa Imperii penes Imperatores Græcos erat, qui id Romæ ac per alia Italiæ loca sibi parentia, missis Exarchis, exercebant. *b*) Sed paulatim

a) Adde Vandalos, Suevos, Alanos, Anglo-Saxones aliosque populos. Unde ex direptis imperii occidentalis provinciis varia regna exorta sunt: Francicum, Anglicum, Burgundionum, Alemannorum, Bojorum, Ost-Gothorum, West-Gothorum, Vandalorum. *Vide Pacif. Disc. 6. §. 4. 5. 6. p. m. 167. seqq.*

b) Sub Justiniano per Narsetem ultimus Gothorum rex victus & reliquiæ Gothorum ex Italia pulsæ sunt, mox tamen a Narsete Longobardi in Italiam vocati, eam paucis ditionibus exceptis, imperatoribus Græcis rursus ademerunt,

latim Pontifices cœperat hujus quoque Græci Imperii tædere. Causam ipsi referunt in libidinem Exarchorum, *c*) & quod nonnulli Græcorum Imperatorum in statuas sævierant; *d*) quæ tamen utilissimum

merunt, ad quas regendas postea Exarchi & primus a Justino II. Longinus, homo impurus & sceleratus, missi sunt. *Pacif. d.l.§.7.p.175.seqq.*

c) Confirmabant tum Exarchi Pontifices, quod indignum visum fuit ipsis, *Pacif. §.8.p.178.* qui & *p.180.* notat: non sequi: Ministri Imperatorum, Regum & Principum, sunt libidinibus dediti; E. sacerdotes ab obedientia illorum se eximere debent. Imo sacerdotum tum partes sunt, ex verbo DEI vitia illa taxare, & ut in viam redeant, monere.

d) Maximopere a Pontificibus causa imaginum contra Græcos imperatores defensa, ob nullam aliam rationem, quam quæ ab Autore hic indicatur. Utinam nec de nonnullis nostrorum eadem querela haberemus opus; videlicet imagines utilissimum judicari instrumentum, superficiariis pietatis ritibus imbuendæ plebeculæ, & quæ apud autorem seqvuntur. Nescio, quorum vitio factum sit, factum tamen esse scio, & monstrat quotidiana experientia, non paucos inter nos Lutheranos imaginum venerationi nimium deditos, parum abesse

judicabantur instrumentum, superficiariis pietatis ritibus imbuendæ rudi plebeculæ; postquam illa fere ad capienda solidiora inhabilis; & per solam animi puritatem, vitamque honeste exactam, Numine posse uti propitio sacerdotibus parum quæstuosum. Fortasse etiam credebatur, multum splendoris accessurum Ecclesiæ, si pe-

abesse a superstitione Pontificiorum. Commendari meretur Friderici Spanhemii *Historia imaginum adversus Maimburgium & Nat. Alexandrum restituta*, ubi nonsolum multa deprehendent nostri, de origine superstitionis erga imagines, & de fabulosa origine hæreseos iconoclasticæ, sed & alia præjudicia in historia sacra pariter & profana notata observabunt. Vindicavi non ita pridem Wenceslaum Imperatorem. Valde placuit, quod in hoc libro simili fere modo vindicatum viderim Constantinum Copronymum. Non errabo, si dixero, totam Historiam a panegyristis & clero Pontificio, a Plinii & Eusebii temporibus ad tempora reformationis, quanta quanta est, turbatam esse. Alibi monstravi, quam facile & quantis rationibus defendi possint paradoxa maxima v. g. optimum Imperatorem pejorem pessimo h. e. Trajanum vitiosiorem Juliano, Julianum virtuosiorem Constantino M. & quid non?

e) Acris

si pedetentim seculare sibi imperium stabiliret Pontifex, penes quem alias sacræ potestatis per orbem summa erat. Et sane ferendum non videbatur, mancipio imperii Græci, interdum virilitate diminuto, obnoxium vivere illum, quem Deus tanta cum autoritate suum in terris vicarium statuerat, ut ipsi, a negotiis ecclesiæ deinceps otioso, solis rebus civilibus invigilare vacaret; has quoque eidem delegaturus, ni constaret, sanctissimas Præsulum animas, divinarum dulcedine rerum delinitas, a profanis istis penitus abhorrere. *e*) Enimvero utut non metueretur longe remotus Græcorum imperator, quem alias sat distinebat ingruens per

e) Acris alias censor Autoris nostri Pacificus, ita §. 8. p. 181. *Sane Dn. de Monzambano noster vel hanc solam ob causam, quod Pontificis & Sacerdotum ambitionem in toto libello suo adeo scite perstringit, apud Evangelicos omnes immortalem nominis gloriam, per omnem seculorum memoriam, jure meritoque hactenus consecutus est, & adhuc in futurum consequetur.* Ego vero vereor, ut multi nostratium huic voto sint subscripturi. Utinam trabem nostram tolleremus, in festucis Pontificiorum lyncei.

f) Magnum

Orientem Saracenorum vis: terrebat tamen Longobardorum potentia, toti fine dubio Italiæ imminens, & jam ipſa Romæ ſuburbia afflans. Huic cum par Pontifex ſolus non eſſet, non occurrebant, qui validius poſſent auxilium ſedi Romanæ ferre, quam Francorum reges. Quos ad id promptisſimos reddebat favor gloriæ, illum ab aliorum injuriis vindicaſſe, per quem quicquid Chriſtianorum animos divinæ gratiæ irrigat, velut ex inexhauſto fonte diſpenſatur. Ac optime de Pipino Caroloque meritus fuerat Pontifex, dum Chilperici tonſuram adprobat. *f*) Quod factum

f) Magnum momentum habet in definienda quæſtione, quid titulo imperatoris Romani in reges Germaniæ translato, juris ſimul translatum fuerit, expenſio occaſionis & perſonarum paciſcentium. Officium Pipino & ſucceſſoribus præſtiterat Pontifex, in approbanda tonſura Chilperici. Pipinus bina vice Italiam ad inſtantiam Papæ ingreſſus Aiſtulpho Ravennam & alias urbes eripuerat, omnemque Exarchatum & Pentapolin eccleſiæ Romanæ dono dederat, quamvis Conſtantinopolitanus Cæſar antea rogaſſet, ut reſtitueret imperio, quod eſſet imperii, non eccleſiæ Romanæ. *Pacif. §. 9. p. 185. ſeq.* ubi ſimul errores politicos & Conſtanti-

factum quantivis ipsis esse debebat; cum alias facile conscientias eorundem scrupulus potuisset urgere: an jure subditus in Monachum radat Principem, qui id tantum videbatur peccasse, quod ministro præpotenti plus, quam regno expediebat, potentiæ indulsisset. Ac in eo cumprimis favebant Francis fata, quod tam plausibilem nanciscerentur occasionem, Italiam nostram invadendi, quæ sui desiderio semper transalpinos illos ussit.

XII. Postquam igitur Carolus per Italiam sibi subjecisset, quod ante Longobardorum fuerat, g) Pontifex, in quem ex

stantinopolitani Imperatoris & Pipini taxat. Notabilissima est epistola Papalis recensita *ibid. p. 186.* ex qua evidentissime constat, & Pontificem & Pipinum de alieno fuisse liberales. Carolus deinde triumphans, patris donationes Pontifici petenti confirmavit, & insuper Spoletano Ducatu & Benevento additis ampliavit, unde Patriciatus honore mactatus, & solenniter constitutum est, ut electio & confirmatio Pontificis penes Carolum esset.

g) Communis sententia est, jure belli Carolum acquisivisse regnum Longobardicum, de qua vide Kulpis. *p. 64. seqq.* ubi *p. 66.* respondet dissentientibus, concedendo, a Longobardis tan-

ex præda non parum redundasset, ut gratum se ostenderet, ac simul inposterum de stabili defensore sibi prospiceret, Imperatorem atque Augustum, acclamante ple-

tanquam invasoribus Italiæ ista Græcis illegitime fuisse erepta, in relatione tamen ad Francos ea invalide adduci, quippe qui ab ultimis possessoribus belli lege habuerint. Nam id extra controversiam esse, docente Grotio, ea, si jus gentium respiciamus, quæ hostibus per nos erepta sunt, non posse vindicari ab his, qui ante hostes nostros ea possederunt, & bello etiam injusto amiserunt; ergo ad hoc quidem ut jus Caroli in tuto collocaretur, non opus fuisse transactione cum Imperatoribus Græcis inita. [†Verum non videtur opus esse, ut ad ista argumenta confugiamus, cum id pro Carolo attulisse sufficiat,] neminem ipsi controversiam de regno Longobardico movisse, adeoque ex capite derelictionis ejus jus esse deducendum. Id non omittendum: Forte de justitia belli adversus Longobardos dubitari posse. Considera quæ habet doctissimus Fr. Spanheimius *in Hist. Imag. restituta Sect. 3. §. 1. p. 133. Gregorius* (Papa) *omnia seditionibus & bellis miscuerat adversus Leonem, tum & Luitprandum, Longobardorum laudatissimum regem, asserendo sibi temporali dominio, fotis etiam rebellibus in Luitprandum. Carolus Marcellus mona-*

plebe, ipsum declarat, saltem tanquam primarius civis, & sacerdotum ejus urbis Princeps, quos circa auspicanda ejusmodi negotia intervenire solenne habetur. Per isthunc titulum *) quid Carolus acceperit,

monasteria passim diripuerat, Episcopos sedibus moverat, ecclesiarum opes in usus belli, suorumque Ducum converterat, atque immunitates ecclesiasticas violarat &c. respexerat tamen Pontificem & ecclesiæ tandem donarat quædam &c. † Quod vero bellum Caroli M. adversus Desiderium attinet, plures hic subsunt causæ dubitandi de ejus justitia: (1) Filia Desiderii sine gravi causa a Carolo M. repudiata, (2) cupido auferendi liberis fratris mortui portionem regni paterni, (3) justa causa Desiderii defendendi filiam suam & ex filia nepotes, &c.

*) Videndum prius quid acceperit, dum patricius Romanorum factus fuit. Hic equidem video Schurtzfleischium secure asserere, illum Patriciatum jam summum in urbem Romam jus Carolo peperisse, *dissert. quid expediat imperio 49. §. 6. p. 8.* Conf. *disp. 39. p. 10.* quo supposito utique frivola esset assertio, si quis dicere vellet, Carolo istud summum jus in Romam patriciatus honore acquisitum postea diminutum esse, cum a Papa Imperator Romanorum proclamaretur. Sed rationem non apposuit Vir clarissimus, cur patriciatui huic Romanorum sum-

rit, non ita in aperto eſt. Sane dudum deſierat Roma eſſe ſedes antiqui imperii Romani, facta primum acceſſio regni Gothorum, & inde imperii orientalis. Ergo non pote-

ſummum jus in urbem Romam tribuat, neque eam conjecturis aſſequi valeo, etſi id bene capiam, quod alibi monet *diſſert. 8. p. 4.* diverſa eſſe Patricium Romanum & Patricium Romanorum, & minus dicere, qui Carolum Patricium Romanum dicant. Video equidem, ibidem aſſeri, quod ſumma Caroli M. poteſtas in Romam multis modis culta & agnita fuerit ab Hadriano I. Leone III. & Stephano V. Pontificibus Romanis: Docere hoc epiſtolas reverentiæ & obſequii erga Carolum Patricium atque Imperatorem monumenta. Sed mallem, ut iſtæ Epiſtolæ magis diſtincte fuiſſent deſignatæ. Sane in excerptis, quæ exhibet Cangius *in Gloſſario ſub voce Patricius* nil aliud apparet, quam patriciatum fuiſſe magnum honorem & magnam dignitatem dignitati conſulari aut præfecturæ urbis æquiparandam; ſummum jus in urbem Romam ei dignitati fuiſſe conjunctum, non apparet, ſed ſaltem, involuiſſe regimen aliquod & tutamen ac defenſionem urbis Romæ, imo & Hadrianum Papam in epiſtola aliqua ad Carolum expreſſe diſtinguere Patriciatum Caroli a Patriciatu D. Petri, atque Carolo objicere, quod ipſe faſſus ſit, honorem Patri-
ciatus

poterat a Romanis tunc in Carolum conferri, quod quondam ad imperium occidentale pertinuerat; nam id jure belli, cessio-

ciatus sui a Papa irrefragabiliter conservari, & plus amplius honorifice honorari &c. Quamvis id etiam non sit diffitendum, potestatem Caroli re ipsa tum temporis a nemine tanquam superiore dependisse, adeoque hoc intuitu summam dici posse. Vide omnino Muldenerum *de Prot. Imp. Eccl th. 3. lit. c.* ubi prolixe & erudite totam hanc de Patriciatus jure controversiam expedit. Sed tamen & hoc intuitu protectio & defensio summa dici potest. Igitur cum satis constet, Carolum ut Patricium Romanorum saltem habuisse tutelam cum regimine, & postea cum Carolus Imperator proclamaretur a Papa, nullam unquam constet mutationem & augmentum potestatis factam esse, manemus adhuc in defendenda opinione Autoris, sub hoc titulo Carolum constitutum supremum defensorem & protectorem seu advocatum Romanæ sedis &c. Neque obstant, quæ latius hic differit dissentiens Dn. Coccejus *c. 6. §. 7. seq.* Carolo M. imperium in urbem Romam ante proclamationem imperatoris jure belli tribuens, atque simul asserens, Romanos, plane impotentes, fuisse homines alieni juris & non liberos, ut in Carolum se non transferre potuerint; Carolum vero incredibili modestia & inaudito exemplo Ro-

cessionibus, aut per derelictionem, dudum in alienam ditionem transierat. *h*) Quin ipsa Roma sui juris non erat, adeoque alteri se donare non poterat. Unde & Carolus illud vocabulum usurpare dubitavit, prius-

Romam libertate & territorio donasse. Hic uti consentimus, Romanos non fuisse sui juris, ita in eo potissimum dissentiendi causam nos habere putamus, quod non putemus, Carolum jure belli acquisivisse Romam. Loca autorum a Dn. Coccejo adducta, facile admittunt interpretationem utrique hypothesi faventem; ipse vero in deductione assertionis suæ semper omittit recensere res gestas inter Pontifices & patrem Caroli Pipinum, tum & sæpe nimio saltu transit a Gothis statim ad tempora Caroli, omisso statu Romæ sub Longobardis. Denique non putandum est, jus summæ defensionis & protectionis esse jus miserum, cum sit gradus proximus ad summum imperium. Quod vero hic nullum talem effectum habuerit, in causa est, quod patronus clienti majorem honorem externum perpetuo adhibuerit, quam cliens patrono &c. Postquam hæc scripseram, incidi in Werlhofii dissert. *de origine imperii Germanici*, ac deprehendi *ibidem in th. 6. lit. a. pag. 7. seq.* plurima suppeditari ad illustrationem observationis præsentis facientia.

h) Explicat ista latius Pacificus *p. 12. p. 197. seq.*

i) Adde

priusquam transactio super ea re cum Imperatoribus Græcis intercesfiffet. *i*) In qua hi quidem non adeo erant difficiles, deficientibus viribus, & quod Francos habere

G amicos

i) Adde *Obr.p.12.seq.* ubi fusius deducit, Romam non fuisse sui juris, & tamen ex desertione Græcorum Imperatorum, titulum Caroli defendere nititur. [† Sed si rem exactius pensites, nequaquam dici potuit, imperium in urbem Romam & reliquas Exarchatus partes illo tempore pro re derelicta haberi potuisse, ubi potissimum considerari debet,] non esse desertionem, quatenus ea pro derelictione sumitur, certe sumi debet, quoties rem, quam libenter retineremus, retinere ob deficientiam virium aut aliam necessitatem non possumus. Res tempestatis tempore non deseruntur saltem sed & ejiciuntur, & tamen pro derelictis non possunt haberi. [† Accedit, quod Pontifex in causa esset, quod Imperatores Græci opem ferre non possent, cum ob controversiam de cultu imaginum, maximas turbas in imperio Græco excitasset.] Nil magis indultum erat Pontifici per impotentiam Græcorum Imperatorum, quam ut Romani sine crimine alienam opem implorare possent, qua imploratione non sua, sed Imperatorum suorum negotia gerebant. Quodsi Carolus non aliter, quam sub conditione transferendæ potestatis suscipere voluisset,

& tum

amicos expediret, ne Calabria quoque ipsos exuerent, & quæ alia adhuc ipsis opportuna loca Græci tenebant. Ergo vix restat aliud, *) quam ut dicamus, sub titulo

& tum Græci Imperatores non potuissent suppetias ferre, ut summa fuerit necessitas, uti propioribus temporibus simile exemplum in Prussia habemus, tum forte ex derelictione argumentum sumi posset. Utrum ante transactionem cum Græcis, titulum istum usurpaverit Carolus nec ne, qua in re iterum ab Autore dissentit Obr. *p. 14.* parum ad rem facit. Solent statim usurpare Principes titulos, etiam in re dubia, & tamen majoris securitatis ergo transactiones quærere. Conf. Pacif. *p. 193.*

*) Hæc verba & quæ sequuntur usque ad versiculum finalem: *Cæterum Carolus* &c. expunxit Autor in editione posthuma, & loco eorum posuit sequentia: *Sed & quicquid juris Carolo in urbem Romam ac circumjectas regiones competebat, id non demum ex ista acclamatione partum fuerat, sed jam ante ipsi in easdem jus quæsitum erat vel jure belli vindicatis sibi, quæ Longobardi antea tenuerant, vel ultronea submissione validum sibi defensorem adsciscentium. Sic ut vix appareat, quid solidi in Carolum tunc collatum sit, aut conferri potuerit; nisi quod Pontifex populusque Romanus repetitum ex antiqua Roma statu splendidissimum Imperatoris & Augusti titulum novo Principi per adulationem*

tulo ſplendidisſimo Imperatoris, ex ſtatu antiquæ Romæ repetito, utut diſpari ſenſu, Carolum fuiſſe conſtitutum ſupremum defenſorem & protectorem ſeu Advoca-
G 2 tum

nem, aut teſtandæ venerationi circumpoſuerit. Quale autem jus illud fuerit, quod Carolo tunc in Romanam urbem, ac circumjecta competebat, in diverſa abeunt ſcriptores, prout in Cæſarem aut Pontificem ſtudio feruntur. Id in confeſſo eſt, a Carolo eccleſiam ſedemve Romanam multis terris ac poteſtate aliqua in ipſam urbem fuiſſe donatam. Illud ambigitur, utrum Carolus ſupremi jus imperii in iſtas ſibi reſervarit, ſolis proventibus, ac inferiore quapiam jurisdictione in Pontificem & eccleſiam Romanam collata: an vero plenum dominium iſtarum rerum in ſedem Romanam contulerit, ſolo defenſoris, protectoris, ſeu Advocati munere ſibi retento. Circa quæ in effectu parum intereſſe videtur. Sane qui ſemel eccleſiæ quid donarunt Principes, haud videntur aliud quid juris in hoc ſibi reſervaſſe, quam quod ad idem defendendum & conſervandum pertineat. Defenſoris autem & Advocati munus eſt, ſedem Romanam, ejusque bona contra quosvis defendere, & ſi quæ intrinſecæ turbæ oriantur, in dedecus aut damnum eccleſiæ redundaturæ, autoritate ſua componere. Cui viciſſim incumbit, majeſtatem defenſoris comiter colere, ac inprimis, neminem ipſo invito in ſede iſta collocare. Unde defenſoris aut Advocati jus non excedit, per pravas artes Pontificatui immiſſos expellere, eccleſiæ ſubverſionem aut

tum ſedis Romanæ, & bonorum, quæ ad ipſam ex uſurpatione Pontificum aut aliorum liberalitate ſpectabant. *l*) Iſta defenſio aut protectio, an ſummi imperii, prout a poli-

aut dedecus inſigne molientes in ordinem redigere, aut Romanos, aliosve in Pontificem inſurgentes compeſcere, ſumtibus in eam rem factis, e ditionibus eccleſiæ, repetitis. Sed qui utique contendunt, Carolum Pontificem cum urbe Roma, bonisque ad ſedem Romanam ſpectantibus, in ſubjecti loco habuiſſe, ac in hac exercuiſſe plenam imperii vim, quæ in ferendis legibus, indicendis tributis, conſtituendis magiſtratibus, jure dicundo, aliisque ſimilibus ſeſe exſerit; illi viderint, quomodo cum hisce donationem a Carolo factam concilient. Sane veroſimilius videtur, ab iſto tempore ſedem Romanam peculiaris inſtar civitatis conſtituiſſe, neque cum regno Francorum in unam rempublicam proprie loquendo coaluiſſe. Apparet, autorem hic quoad ſenſum ipſum doctrinæ ſuæ parum vel nihil mutaſſe, ſaltem eam magis perſpicue proponere & ſubinde verbis emollire voluiſſe. Neque ſic tamen applauſum eorum, qui veterum magiſtrorum doctrinis adſueti ſunt, aut circumſtantiarum variarum ex hiſtoria hic ſupponendarum ignari, conſecutus eſt, etſi res ipſa negotiorum civilium vel paululum expertis ſit planisſima.

l) Quod ſi verum eſt, Carolum, cum Imperator renunciatus eſſet, juramentum ſedi Romanæ

a politicis illud definitur, vim habuerit, uti quidem plurimi Germanicorum scriptorum, Cæsaris magnitudini studentium, contendunt, mihi dubium videtur; *)

G 3 neque

manæ secundum formulam, quam ex Ordine Romano refert Pacificus, *p. 192.* præstitisse, res minus habet dubii, cum illa expresse in *protectionem* & *defensionem* concepta sit. Verum est, protectio & defensio summum imperium non infert, infert tamen ex parte protegendi, ut majestatem protectoris comiter colat. Quæ clausula satis occasionum præbet protectori, ut protectum subinde violatæ reverentiæ reum facere, & sic vel in pœnam aut vindictam, id quod residuum est libertatis adimere possit. Hospes plane in historia Romana esset, qui ignoraret, plerisque regibus ope hujus clausulæ summum imperium paulatim ademtum. Et posset observatio hæc exemplis, etiam ex ipso imperio Germanico desumtis, etiam modernis declarari, si foret opus.

*) Neque id patitur donatio a majoribus Caroli in Papam facta, & postea a Carolo repetita. Quod vero ab aliis affertur, *ex juribus a Carolo in Romam exercitis judicare deberi de sensu factæ donationis*, duplici modo impingit. Nam præterquam, quod jura a Carolo in Romam aut Pontifices Romanos exercita jura protectionis non excedant, nec præcise summum imperium

neque enim verosimile est, pios illos Principes imperium proprie dictum voluisse *m*) sumere in eum, de cujus sanctitate sibi tam ample persuaserant: aut in bona ecclesiæ a se donata plus sibi juris tribuere, quam quod ad eadem conservanda aut defendenda pertinet. Igitur potius judicaverim, spe-

rium inferant, videtur hic a talia objicientibus supponi, acsi Carolus noster primus fuerit, qui Pontifici Romam &c. donaverit. Ut taceam, periculosum esse, si quis sensum pacti & conventionis ex facto subsequente unius partis (ut quod conventioni plane adversum esse potest) indagare velit. Quæ hactenus *ad* §. *hunc* 12. notavimus, confirmabuntur per ea, quæ de rebus gestis inter Pontifices & Caroli Magni majores diligenter excerpsit Muldenerus in *dissertatione de protectione imperatoris anno 1698. hic habita thesi 3.* etsi in conclusione ipsa videatur a nobis aliquo modo dissentire.

m) Potuissent adeo Germanici Reges, occasione protectionis hujus Romam sibi facile subjicere, si voluissent, voluntatem autem exclusit nimia superstitio erga Clerum, vel etiam interesse, quod ipse Carolus & successores ex superstitione hac sentirent vel sibi promitterent, quamvis spe sua fraude Pontificum fuerint frustrati.

n) Non

ſpecie quadam duntaxat fœderis inæqualis, quod interdum longius, interdum propius *n*) a conditione veræ ſubjectionis

n) Non diſſentit adeo, vel certe non valde diſſentit autor, a contradicentibus Obrechto *p. 14.* & Kulpiſio *p. 67.* non aliud fœdus inæquale admittentibus, quam quod cum diminutione majeſtatis conjunctum eſt. Quamvis plus ultra videatur iviſſe Kulpiſius, aſſerens, fœdera cum diminutione ſummi imperii, in effectu ſubjectionem in inferiori, in ſuperiore fœderato imperium involvere. Puto enim differentiam eſſe inter diminutionem & translationem imperii. Ita capitulationes ſæpe poteſtatem Imperatoris diminuerunt, non ſemper transtulerunt. Nec repugnaret, credo, autori, opinio eorum ap. Obrecht. *p. 15.* qui non aliter ſedem Romanam Pontificum arbitrio relictam volunt, quam quomodo alii cuivis utile dominium habenti, bona feudalia vel emphyteuticaria permittuntur, a quorum mente etiam non videtur ipſe Obrechtus eſſe alienus. Etenim ſi Carolus hoc titulo nil præter dominium directum accepit, ſummum imperium non accepit, cum ingens differentia ſit inter Vaſallum & ſubditum. Diſcurſus denique Pacifici *ad hunc §. paſſim, potiſſimum §. 15. p. 212. ſeq.* adeo non oberit autori, ut potius oſtendat, ipſum naturam fœderis inæqualis non omnino habuiſſe perſpectam,

civilis abit, sedem Romanam, ejusque bona Carolo fuisse adjuncta. Leges huc potissimum redire videntur, ut Carolns quidem sedem Romanam, ejusque bona contra quoslibet invasores defendat, & si quæ intrinsecæ turbæ oriantur, in dedecus aut damnum ecclesiæ redundaturæ, autoritate sua componat. Ex adverso sedes Romana majestatem Caroli comiter colat, nec sine authoritate ipsius; quidquam suscipiat, quod ad summam rerum faciat; inter quæ præcipuum est, ut ne quis invito ipso, sedi Romanæ præficeretur. o)

Ex

spectam, & ea loco probationis afferre, de quibus nulla est controversia, quædam vero jucunde, sed parum convenienter, de concessa primum Carolo expectativa, seu candidatura imperii, & tum subsecuta justa promotione adducere.

o) Adeo hic nulla cum superioribus subest contradictio, ut volunt Obr. *d. p. 14.* & Kulpis. *d. p. 67.* ut necesse sit, viros eruditissimos non recordatos fuisse juris, quod defensio & protectio transfert in Principes, sed forte respexisse ad jura defensoris privati aut judicialis. Quamvis nec adeo crude hæc sint capienda, quæ autor de non suscipiendo quoquam, quod ad summam rerum faciat, differit. Videntur enim hæc ita intelligenda, ut nihil potuerit innovari

in

Ex quibus adparet, ab isto tempore sedem Romanam peculiaris instar civitatis constituisse, neque cum regno Francorum in unam rempublicam proprie loquendo coaluisse. Deinde Carolum sedem Romanam, & quæ bona ad eandem spectabant, in subjectorum numero non habuisse, aut in eandem usurpasse vim imperii, quæ sese exserit in ferendis legibus, indicendis tributis, constituendis magistratibus, jure dicundo, aliisque similibus. *p*) Nam id defensoris aut Advocati jus non excedit, per pravas artes Pontificatui immissos

in summa rerum, quorsum pertinet statim explicatio in verbis: *inter quæ præcipuum est.*

p) Provocat hic Obrecht. *p.* 15. & Kulpisius *p.* 68. ad Conringium, quod Carolus exercuerit omnia regalia, etiam ab autore negata. Ante omnia tamen videndum esset, an hoc exercitium fuerit ordinarium, an extraordinarium. Nam extraordinaria exercitia etiam possunt competere defensori vel protectori. Potissimum momentum faceret jus indicendi tributa, ad quod tamen autor in verbis mox sequentibus: *qui jure suo sumtus in eam rem factos e ditionibus ecclesiæ repetit*, respondere vel illud præcavere voluisse videtur, præprimis cum hæc verba in editione ea, ad quam commentatus est Pacificus, non extent, sed ultimæ Obrechti videantur propria.

q)Co-

expellere, ecclesiæ subversionem aut dedecus insigne molientes in ordinem redigere, aut Romanos aliosve in Pontificem insurgentes compescere, qui jure suo sumtus in eam rem factos, e ditionibus ecclesiæ repetit. Cæterum Carolus, & nonnulli ex ipsius posteris, uti Imperatoris & Augusti vocabulo sic satis sibi videntur placuisse, & ob id inter reliquos Reges, haut quidquam repugnantes, primum sibi locum asseruisse, q) ita, quantum mihi constat,

q) Confer Pacificum §. *16. p. 216.* Jac. Andr. Crusium *de jure proëdriarum lib. 3. cap. 2. p. 365. seqq.* ubi tamen multa immiscentur, quæ hodiernæ in melius emendatæ philosophiæ & politicæ se parum probabunt. Scilicet: Præjudicium est; sapiens istud Lactantii: (*Contentione de dignitate nihil fœdius esse, nihil arrogantius, nihil a sapienti ratione semotius esse;*) item Salvatoris monitum de non affectanda proëdria, & væ Pharisæis ob lites de proëdria indictum, tanti non esse, ut Limnæum, & cum eo JCtos alios Christianos inducere possint, ut autores ulli velint existere vel minimum jactare de suo jure, & honore instar decoctoris cedere; si enim eum injustum & crudelem dicamus, qui sanguinem negligit suum, illaudabilem illum, qui bona sua non conservat nec defendit, cur non omnium

ſtat, ſub ſtirpe Carolina regnum Francorum tituli Romano Imperii fuiſſe inſignitum, nuſpiam legitur.

XIII.

omnium abjectisſimum habeamus illum, qui honorem, alterum iſtum ſanguinem non calide fovet, & a ſe vel majoribus ſuis bene partum non bene propugnet. *Limn. IV. 9. 34. ſeq.* Plura referre pudet, ita in medio, qui ubique jactatur, flore Chriſtianismi, deſiimus eſſe Chriſtiani. Deſiimus eſſe prudentes: Dum de honore vanisſimo diſceptatur, alia amittimus, quæ etiam ſecundum humanam prudentiam plus in receſſu habent. Imo deſiimus eſſe Juris-Conſulti. Chartam & tempus perderemus, ſi ſingulis regulis in quæſtionibus de jure proëdrias a Dd. propoſitis debitam cenſuram addere vellemus. *Vid. Limn. d. l. 4. c. 9. per integr. Cruſ. d. l. l. 1. cap. 6.* Pleræque tales ſunt, ut ipſi qui eas proferunt iis diffidant, aut tot limitationibus eas circumſcribant, ut in dubio lector maneat, in quo fuit antea. In omnibus fere confunduntur aut miſcentur certe controverſiæ eorum, qui ſuperiorem habent, cum diſceptationibus eorum, qui nemini niſi DEO ſubjecti ſunt, quæ tamen ante omnia erant ſeparandæ. Poſteriores quod concernit, jam accurate deduxit Pufend. *de J. N. & G. l. 8. c. 4. §. 15. ſeqq.* ex obligatione perfecta, quæ in altero jus proprie dictum præſupponit, regem revera talem

non

XIII. Vergente Caroli prosapia, & Germani suam rempublicam a regno Francorum disjunxere, & Italiam gravissimæ exer-

non teneri loco cedere alteri regi tanquam digniori, utut hic antiquitate regni atque familiæ amplitudine & opulentia ditionum ac potentia, qualitate potestatis, qua imperium in suo regno gerit, & splendore tituli præpolleat; neque civitatem liberam alteri civitati liberæ, licet antiquiori aut potentiori. Quin nec civitatem popularem in se videri dignitate inferiorem civitate monarchica, quamvis in civitate democratica nemo unus reperiatur, qui cum rege comparari possit; unde nec civitatis liberæ legatum necessario legato regis loco cedere teneri, quamvis omnino legatus civitatis liberæ cedere debeat cuicunque regi aut principi, cui summum sit imperium, quia in dignitate vicaria & delegata tantum splendoris esse non possit, quantum in originaria, (etsi quoad hanc ultimam assertionem, forte quædam dubia moveri possint.) Honor est res extra commercium, coactionem respuens uti liberalitas, misericordia: Ordo vero inter eos qui in libertate naturali vivunt, non nisi arbitrarius est. Unde male huc applicantur jura de petitorio aut possessorio judicio. De præscriptione tamen ex antiqua possesssione, paulo difficilior videtur inspectio, præprimis cum præscriptio centena-

ria

exercuerunt turbæ, dum ex veterum ruina opum alii novas sibi extructum eunt. Inter istas dum statui suo nondum satis con-

ria aut etiam diuturnior haud dubie juris Gentium sit. Neque Pufendorfius hunc prætextum *d. l.* tetigit. Sed tamen ea, quæ modo de honore & ordine diximus, litem tollent. Præscriptio est rerum, quæ sunt in commercio, & quæ non sunt meri arbitrii, ergo præscriptionum jura, etiam quatenus juris Gentium sunt, male ad præcedentiam inter Principes applicantur. Sæpe metus potentiæ, spes lucri, superstitio, causæ sunt, cur alteri honor exhibeatur. His cessantibus quo jure ejusdem venerationis continuationem quis postularet. In specie quod Imperatorum Romanorum præcedentiam attinet, Zieglerus jam notavit *de juribus Majestatis l. 1. c. 3. §. 17. p. m. 77.* ortam videri primum ex amplitudine & multitudine provinciarum regni Germanici, tempore Ottonum maxime formidabilis; quamvis & superstitio multum ad id contulisse videatur, ut defensor ejus, qui Vicarius DEI credebatur, etiam crederetur esse caput Christianorum regum. [† Adde, quod multi reges Europæ ex Germania orti sint, & ab Imperatore Romano regiam dignitatem fuerint consecuti. Confer Dn. Coccej. *c. 8. §. 25.*] Nec videtur Imperatoribus Romanis facile mota iri controversia ab ullo regum, de præcedentia nunc

confidunt Pontifices, & vero rex Germaniæ Otto primus, devicto Berengario, regnum sibi Italiæ subjecisset, Pontifici consul-

nunc per septingentos annos quiete possessa, non ob præscriptionem, sed quod ii, qui quicquid in jure proëdrias ambitionis & vanitatis est, cum ipso jure præcedentiæ ab Imperatoribus libenter ad se transferrent, quacunque spe Imperii Romani aut regni Germaniæ aliquando adipiscendi, & ita amore interesse proprii detineantur, ne quicquam moveant. Non turbare debent disceptationes Scholasticæ, in favorem regis Galliæ ab Auberio & forte aliis motæ. Rarissime norunt homines de schola, quem utilitatis suæ scopum posuerint Principes, & cum in honorem Principum suorum controversias movent, sæpe aberrant, nec gratiam, quam captant, consequuntur. Nec adeo imperii Romani aut Imperatoris interest, ejusmodi autores refutari. Non est ut calamum timeat princeps, qui gladio superior est. Quod si potestate careat, nil juvabunt deductiones ex utroque jure, etiamsi responsis collegiorum juridicorum sint corroboratæ. Opera tamen danda iis, qui vel doctrinæ vel otii eruditi gratia has controversias tractant, ne jus naturale & positivum Romanum & Germanicum misceant, & ut ab argumentis evidenter impertinentibus abstineant. His notatis facile judicium ferri potest de

consultissimum visum, Ottonem sibi defensorem adsciscere, eodem fere, quo antea

de nonnullis assertionibus, in disputatione Crusii & Auberii ex utraque parte occurrentibus, *d. lib. 3. Crusii c. 2.* quales sunt: Imperatores Romanos ex Germanica natione successisse in locum Imperatorum Romanorum veterum, E. & successisse in jus. *n. 1. seq.* In demonstranda prærogativa regis Galliæ præ Imperatore omittendum esse possessorium, & rem tractandam in petitorio, maxime, quia præscriptio ab Imperatoribus Romanis introducta sit, & proinde liberos populos non obliget, cum regalia etiam non magis possint præscribi, quam res fisci & ecclesiæ. *n. 36. seq.* In dubio in favorem possidentis esse pronunciandum, nec temere possessorium tanquam potius esse omittendum, *n. 39. seq.* Imperatoriam dignitatem esse inventum humani intellectus & ens rationis, reges vero a Deo institutos: Christum regem regum dici, non Imperatorem. *n. 48.* Regnum Galliæ imperium dictum, quia Carolus Crassus & Calvus dicti sint Imperatores Romani & Franciæ. *n. 57. &c.* Solet & statua Danielis in medium adduci, & possent inde conjecturæ pro & contra proëdriam Romani Imperatoris adduci. *Conf. ibid. n. 43.* nisi magna adhuc sub judice lis esset, utrum per quartam monarchiam intelligatur Romana, aut nisi certo constaret, longe

confidunt Pontifices, & vero rex Germaniæ Otto primus, devicto Berengario, regnum sibi Italiæ subjecisset, Pontifici consul-

nunc per septingentos annos quiete possessa, non ob præscriptionem, sed quod ii, qui quicquid in jure proëdrias ambitionis & vanitatis est, cum ipso jure præcedentiæ ab Imperatoribus libenter ad se transferrent, quacunque spe Imperii Romani aut regni Germaniæ aliquando adipiscendi, & ita amore interesse proprii detineantur, ne quicquam moveant. Non turbare debent disceptationes Scholasticæ, in favorem regis Galliæ ab Auberio & forte aliis motæ. Rarissime norunt homines de schola, quem utilitatis suæ scopum posuerint Principes, & cum in honorem Principum suorum controversias movent, sæpe aberrant, nec gratiam, quam captant, consequuntur. Nec adeo imperii Romani aut Imperatoris interest, ejusmodi autores refutari. Non est ut calamum timeat princeps, qui gladio superior est. Quodsi potestate careat, nil juvabunt deductiones ex utroque jure, etiamsi responsis collegiorum juridicorum sint corroboratæ. Opera tamen danda iis, qui vel doctrinæ vel otii eruditi gratia has controversias tractant, ne jus naturale & positivum Romanum & Germanicum misceant, & ut ab argumentis evidenter impertinentibus abstineant. His notatis facile judicium ferri potest de

consultissimum visum, Ottonem sibi defensorem adsciscere, eodem fere, quo antea

de nonnullis assertionibus, in disputatione Crusii & Auberii ex utraque parte occurrentibus, *d. lib. 3. Crusii c. 2.* quales sunt: Imperatores Romanos ex Germanica natione successisse in locum Imperatorum Romanorum veterum, E. & successisse in jus. *n. 1. seq.* In demonstranda prærogativa regis Galliæ præ Imperatore omittendum esse possessorium, & rem tractandam in petitorio, maxime, quia præscriptio ab Imperatoribus Romanis introducta sit, & proinde liberos populos non obliget, cum regalia etiam non magis possint præscribi, quam res fisci & ecclesiæ. *n. 36. seq.* In dubio in favorem possidentis esse pronunciandum, nec temere possessorium tanquam potius esse omittendum, *n. 39. seq.* Imperatoriam dignitatem esse inventum humani intellectus & ens rationis, reges vero a Deo institutos: Christum regem regum dici, non Imperatorem. *n. 48.* Regnum Galliæ imperium dictum, quia Carolus Crassus & Calvus dicti sint Imperatores Romani & Franciæ. *n. 57. &c.* Solet & statua Danielis in medium adduci, & possent inde conjecturæ pro & contra proëdriam Romani Imperatoris adduci. *Conf. ibid. n. 43.* nisi magna adhuc sub judice lis esset, utrum per quartam monarchiam intelligatur Romana, aut nisi certo constaret, longe

antea Carolum, jure, r) & quidem, ut deinceps protectio illa sedis Romanæ regno Germaniæ ita conjuncta foret, ut qui eo regno potiretur, ad hanc quoque statim jus

longe aliud quid intendisse Deum, quam præcedentias per istam visionem ordinare.

r) Urget hic iterum Obr. *p. 15.* & Kulpis. *p. 70.* ab aliis jam monstratum, plenum jus summi Imperii & acquisitum & exercitum ab Ottone III. nec aliter sedem Romanam Pontificum arbitrio relictam, quam feudum. Conf. Pacif. *§. 17. p. 218. seq.* Hic præter ea quæ *ad §. præced. lit. n.* hac de re jam notavimus; nota, quod jus protectionis, quale autor Carolo & Ottoni adscribit, & prout idem exposuimus antea, plus inferat, quam dominium directum, clientela vero Romano Pontifici minus det quam dominium utile, utpote cum protectionis jus imperio, clientela subjectioni propior sit, quam dominium directum aut utile. Frustra igitur metuerunt commentatores autoris nostri, ne per ejus philosophiam quid detrahatur juribus Imperatoriis. Pinguius jus est in protectione & advocatia Regibus & Principibus competente, quam in ea, quæ magistratibus inferioribus summæ potestatis ministris ratione peculiaris officii incumbit, quæ non sunt confundenda. Juri protegendi regio tacite inest clausula de majestate protectoris comiter colenda

jus nancisceretur: Cæterum postquam non pauci ex antiquis illis Germanorum Regibus, jus istud qualecunque in sedem Romanam sat mascule exercerent, *s*)

H &vero

colenda a Cliente. &c. Vellem & illud pensitari. Si Roma cum districtu Pontifici fuit in feudum data, nulla spes fuisset, dominium utile ad Imperatores rediturum, quia Pontifices non extingvuntur, cum non desit unquam noviter electus. Ex capite Feloniæ vero nunquam Imperatores voluerunt auferre, cum millies occasionem habuerint, & notabile hic maxime exemplum Caroli V. de quo infra *ad §. seq. lit. b.* † In editione posthuma equidem autor scripsit, *Pontificem Ottonem sibi defensorem*, *AN PRINCIPEM adscivisse.* Sed propterea tamen non recessit a priori sententia, cum jam supra inculcaverit, inter defensorem & Principem in effectu parum interesse.

s) Quid hic a temporibus Ottonum ad tempora Henrici IV. gestum sit inter Imperatores & Papas, summatim exponit Pacif. §. *17. p. 221. -- 224.* ab Henrico IV. ad Maximilianum I. §. *18. p. 233. -- 251.* inde ad reformationem *§. 19. p. 252. -- 256.* In eo tamen larvas sibi fingit, quas oppugnet, dum *p. 224.* autorem taxat, quod inter causas collapsæ potestatis imperatoriæ referat etiam, quod Imperatores jus suum in Pontifices mascu-

& vero interea non istius solum, sed & Episcoporum per Germaniam potentia immensum glisceret, *t*) Germanicæ quoque protectionis fastidium Pontifices cœpit subire. In causa erat, quibusvis nationibus *u*) infixa adversus extraneam dominationem aversatio; & indignum erat, prudentia celebres Italos, (nam quod exteri nobis tribuunt, id non agnoscere ignavum foret;) crassorum istorum Germanorum ferocia imperia respicere. *x*) Urebat

mascule exercuerint, cum tamen autor cogitare debuisset, eum dolo non facere, qui jure suo utatur. Non intelligit differentiam inter causam & occasionem, non intelligit, quid inferat particula *postquam*, ab autore hic adhibita, & in mox sequenti versiculo *a causis* aperte distincta, qui sententiam a Pacifico oppugnatam pro sententia autoris haberi velit.

t) Notabimus ad *cap. 3. §. 6.*

u) Ita est. Intempestive adeo in Pontifices invehitur Pacif. *p. 226.* quod easdem inclinationes & ipsi secuti sint, officio bonorum sacerdotum non functi.

x) Et hic parum apte notatur a Pacif. *p. 227.* valde turpiter se dare autorem in laude Italorum &c. sibi soli cum Italis suis sapientem, & in Carolos Ottones insigniter injurium,

bat quoque Vicarium Christi diutius velut sub tutela esse, qui jamdudum omnibus leges ferre pruriebat. Igitur excutiendo isti oneri hæc via initur, ut negotium Regibus Germanorum facesseretur modo per Italiam modo per ipsam Germaniam *y*) operam strenuam navantibus Episcopis; subinde quoque in eosdem fulmina emitterentur, quorum istis seculis maximus terror. Sic tandem Teutonicos Reges Italiæ*) tædium

um, quod illos crassos Germanos vocaverit. Sane personæ inservit autor, tacite præsumptionem Italorum de se, sed & stultitiam nostram exteros subinde admirantem taxat. Format ipse Pacificus hanc sibi objectionem, eamque per suum: *quicquid hujus sit*, non solvit, sed rumpit, more scriptorum sui similium.

y) Modo etiam per Palæstinam ablegantibus Pontificibus Imperatores & alios Principes Europæ sub religionis specie in Orientem, ut interim ipsi tanto securius partis per fas & nefas insistere possent, nec Ottones timerent. *Pacif. p. 235.*

*) Meretur peculiarem disquisitionem, quatenus reges Germaniæ censeri debeant, regnum Germaniæ pro derelicto habuisse. Ubi multas meditationes suppeditabit dissertatio Schurtzfleischiana *de jure Augusti in Italiam.* Adde Itterum *in tractatu de feudis imperii.*

z) Vult

paulatim cepit, iidemq; contenti deinceps suo regno, sedem Romanam arbitrio Pontificum reliquerunt; id quod hi tot seculis per varias artes magnosque Europæ motus quæsierant. Quin & diu coronationem Romanam omisere. Retinetur tamen antiquus titulus Imperatorum Romanorum, & dum regnum ipsis defertur, primo loco defensio sedis Romanæ injungitur. *z*)

Abs

z) Vult Obrechtus *p. 15.* inspici debere Limnæum *ad Capitul. Carol. V. p. 133. seqq.* declarantem videlicet seposita cavillatione, quomodo intelligi debeat, quando in Imperatoria Capitulatione defensio sedis Romanæ Cæsari electo injungatur. Sed vereor, ut Obrechto faveat discursus Limnæi. Potius ad doctrinam autoris quadrat. Dicit *n. 5. seq.* Carolum M. specialem advocatiam suscepisse, & juramentum protectionis præstitisse, & simul accepisse politicam administrationem omnium bonorum temporalium, tanquam tali advocato competentem. Hoc a posterioribus Cæsaribus minime adversum fuisse, eosque putasse, per advocatiam ecclesiæ intelligi tuitionem & propagationem universalis ecclesiæ seu religionis Christianæ. Debere adeo ex necessitate Romanam ecclesiam Imperatori observantiam clientelarem &c. † Adde Mulden. *de Protectione Imperatoris th. 3. lit. e. f. g.*

a) *Capit.*

Abs qua tamen cura Electores Protestantes otiosos ipsos esse jubent. *a*)

XIV. Ex quibus adparet, puerilem valde errare errorem, qui credunt, regnum Germanorum in antiqui illius Romani imperii vicem subiisse, & hoc in illo continuari; *b*) cum illud imperium, cujus sedes Roma erat, dudum fuerit destructum,

 ante-

a) *Capit. Leopold. art. 1. repetito in Capitul. Josephi.* Et expiravit ipso jure ex doctrina correlatorum hoc onus advocatiæ, quamprimum Pontifices observantiam clientelarem & cultum majestatis denegarunt Imperatoribus Romanis, jam diu ante reformationem, ut adeo non opus esse videri posset, ut Electores Protestantes ex capite religionis id Imperatori remiserint, & contra id protestati fuerint, nisi, ut modo ex Limnæo monitum, communis hujus juris interpretatio vitiosa postulasset illam protestationem. Cæterum jucundus hic est Pacificus *p. 232*, monens, si aliquando arbitrio omnium Imperii ordinum perpetua capitulatio condenda foret, articulus ille tamdiu suspendatur, donec Papa ad bonam frugem redeat, ac omnia mala & abusus tollat, ubi & alia consilia de articulis quibusdam in odium Papæ isti capitulationi inserendis, non rogatus suppeditat.

b) Consentiunt Obr. *p. 15*, Kulpis. *p. 72*.

c) Pote-

antequam Germania unius inſtar regni habere cœpiſſet. Imperium autem illud Romanum, in Carolum & Ottonem collatum, (quod nihil aliud quam advocatiam ſive protectionem ſedis Romanæ notare videtur,) c) ſucceſſu temporis regno Germanorum nomen ſuum adfricuit, utut ditiones eccleſiæ cum regno Germaniæ nunquam in unam civitatem coaluerint, multo minus Carolus aut Otto ſua regna Romæ, velut ſedi imperii aut Metropoli, ſubjecerint. d) Scilicet cum crederetur, in vocabulo Imperatoris Romani, ob amplitudinem antiqui iſtius Imperii, eximii quid ſplendoris ineſſe, e) reges Germanorum

c) Poterat omitti, quia id jam demonſtratum §. *12.* ubi ſimul reſpondimus diſſentientibus, ut adeo non opus ſit, de novo quicquam monere de eo quod Kulpiſius hic *p. 72.* cauſam intrinſecam, cur nomen Romani imperii ſucceſſu temporis regno Germanorum fuerit additum, in eo conſiſtere ait, quod Ottoni & omnibus ab eo Imperatoribus Germanicis *imperium* in urbem Romam quæſitum ſit, Romani vero imperii titulum non abſurde ſibi vendicare poſſe rempublicam, cui Roma ſubſit.

d) Confer Obr. p. 15.

e) Vide quæ ſupra jam occupavimus *ad §. 9.* occa-

norum isto solo nomine notari frequens erat. Cui consequens erat, ut Germania quoque, velut nobiliori nomine, Imperium Romanum inciperet vocari. Distinctionem tamen Romani Imperii a regno

occasione dissertationis Bœclerianæ de Sacro Romano imperio, ad quam non solum Obrechtus & Kulpisius sæpe *ad hos* §§. provocant, eamque sub nomine vindiciarum Anti-Blondellianarum citant, sed & Kulpisius *hic p. 73.* ita eam deprædicat, ut optimo jure & sine omni contradictione reipublicæ Germanicæ & Sacri, & Romani, & imperii titulum convenire dicat, postquam *tam profunda eruditione* illud ostenderit Bœclerus *in nunquam satis laudatis* Vindiciis Anti-Blondellianis. Doleo, diversum plane judicium me de ea dedisse supra. Nihil tamen muto. Judicet lector, quodnam judicium minori præjudicio latum sit, & cogitet, de gustibus (etiam mentis) non esse disputandum. Specimen tamen inde in suum commentarium transtulit Kulpisius. Nonnullos causam im-„ pulsivam & exteriorem, cur Germanicum re-„ gnum dicatur Imperium Romanum in nudæ,„ *præcedentiæ* acquisitione collocare, quod tamen,„ ipse minus probet, hanc enim ut inter cæteros,„ populos Europæos sibi assereret Germania, „ non opus fuisse accersere nomen Imperii Ro-„ mani, cum *ex aliis rationibus* hæc ipsi fuisset,„ com-

Germaniæ, haud obſcure arguit diſtincta coro-

competitura, quod non ſolum *potentiſſima* a lon-,,
go tempore habeatur, ſed & *mater ſit aliarum* ,,
gentium, ex qua Galli, Hiſpani, Angli, Dani, ,,
Sueci ac cæteri fere omnes prodierint, omni-,,
no autem rationi ſanæ conſentaneum eſſe, ut,,
mater populorum cæteris præferatur. Verius dici,,,
quia Imperium Romanum ratione dignitatis, ,,
antiquitatis & *ſacrorum* præcipue *vaticiniorum* ,,
cum arcana quadam *veneratione* inter gentes ,,
Europæas intelligi ſemper conſueverit, cau-,,
ſam eſſe ſubnatam Germanis, ut ſibi titulum,,,
dignitatem quandam & præeminentiam ſin-,,
gularem denotantem, quem jure poterant,,,
actu ſumerent. Hic ego quidem non video,
quomodo poſterior illa ratio a priori, quam re-
jicit Kulpiſius, differat, aut quomodo præce-
dentia, dignitas, veneratio &c. inter ſe ſint ſe-
cernendæ. Multo minus, credo, iſta nota a men-
te autoris erit aliena. Cæterum quæ de cauſis
præcedentiæ aut venerationis addit, facile di-
judicari potuerunt ex præoccupatis jam *ad* §. *12.*
lit. q. Præcipue non adeo bene videntur cohæ-
rere, quæ de potentia & matre gentium ur-
gentur. Et forte ſi iſta maternitas, ut ita dicam,
jus præcedentiæ tribueret, controverſiam mo-
verent Sueci propter Atlantidem Rudbeckii,
de quo libro vide Tenzelium in Colloquiis
Menſtruis anni 1690. menſe Februario, Mar-
tio, Majo, Junio.

f) Diſ.

coronatio & inauguratio. *f*) Et recentiores Cæsares a Maximiliano I. post nomen

 Im-

f) Dissentit Obr. *p. 15. seq.* Distinctam coro-„ nationem & inaugurationem plerumque re-„ gna & imperia non reipsa distincta, sed di-„ verso duntaxat jure atque titulo acquisita no-„ tare, observareque Æneam Sylvium, regni „ quoque Arelatensis nomine olim peculiarem „ coronam suscipi consuevisse, idemque, puta-„ re, futurum esse, si quod ulterius regni domi-„ nium ad Imperatorem devolveretur. „ Sed vereor, ut hæc contra autorem quicquam. Si per imperia reipsa distincta intelligit, quæ diversos reges habent, aut diversa capita, non pugnat cum autore, qui de hoc sensu non est exponendus. Si vero intelligit per diversa regna re distincta, quæ quidem communem superiorem habent, sed tamen singula suis iisque diversis legibus reguntur, ita ut nullum alteri sit unitum & incorporatum, veritati absonum videtur, distinctam coronationem & inaugurationem denotare quandoque regna diverso titulo saltem acquisita, (& unita tamen) neque pro hac sententia facit aliquid Æneæ Sylvii locus, nisi prius probatum fuerit, eo tempore, quo regni Arelatensis nomine peculiaris corona fuerit suscepta, id cum regno Germaniæ fuisse unitum, aut ei incorporatum.

g) Nec

Imperatoris Romanorum, expresse subjungunt regis Germaniæ titulum. Quin & hodie Germanis suam rempublicam solenne est vocare Imperium Romanorum Teutonicæ nationis. Quæ tamen formula contrarium sibi ipsi sensum videtur habere, postquam satis liquet, modernam Germanorum rempublicam cum antiquo Romanorum imperio unum & idem non esse. *g*) Reti-

g) Nec hic quicquam mutandum esse arbitror, etsi dissentiant *Obr. p. 16. Kulpis. p. 73. Pacif. p. 272.* Nec infert argumentatio Obrechti. „Sicut alias infrequens non est, ut diversa re„gna uni capiti subjecta in unius reipublicæ im„periive corpus non connectantur, ita, cum „Teutonicæ nationi subjectum sit qualecunque „hodie Romanum imperium superest, a con„tradictione facile liberabitur formula, impe„rium Romanorum Teutonicæ nationis. Initio enim non solemus dicere v. g. regnum Hungaricum aut Bohemicum nationis Germanicæ, etsi sint hæc tria regna sub communi capite. Deinde *κρινόμενον* est, an præter titulum quicquam ex imperio Romano sit regibus Germaniæ hodie subjectum. Istud vero consilium suo autori relinquendum, quod suppeditat Pacificus *p. 273.* „Longe apertius majestatem „suam Imperatores post tempora Ottonis M. osten-

Retinent tamen receptum ſemel vocabulum reges Germaniæ, utut dudum & coronationem Romanam omiſerint, & vix quidquam ex antiquæ illius advocatiæ juribus uſurpaverint, quia Principibus ſolenne eſt, re citius quam titulo cedere. An, ne illud quicquid eſt juris, lapſu temporum expiret, ſed ſolo tituli uſu conſervetur, *b*) per occaſionem aliam iterum exercendum.

XV. Cæ-

oſtenſuros fuiſſe, ſi ſe appellaſſent primo loco,, ob prærogativam inter omnes Chriſtianos,, Principes *Imperatores*, dein reges Germaniæ,,, ac tertio loco dominos imperii Romani, id,, eſt in Papam ejusque patrimonium ac cives,, Romanos. Tum enim Germaniam jus &,, autoritatem ſuam apertius ſignificaturam fu-,, iſſe, nec unquam prono errore imperii Roma-,, ni ſubditam credi potuiſſe, cujus ſit domina.,,

b) Nihil inter Principes magis uſitatum, quam ut intuitu regnorum aliorum ea poſſidentium, præſcriptionem interrumpant, ne videantur conſenſiſſe aut jura ſua deſeruiſſe, a qua dereli-ctione præſumta, quanta quanta eſt, dependet præſcriptio quatenus juris Gentium eſt. Unde contra Pontificios ſcriptores, Papæ jura contra Imperatorem ex capite præſcriptionis defendere volentes, Conringius varia urget *de finibus Impe-*

XV. Cæterum ex titulo Imperii Romani non

Imperii lib. 1. cap. 21. quæ in summam contrahit Bœclerus *in Notit. imperii l. 2. c. 2. p. m. 17.* Sunt autem 1. retentus constanter titulus Romanorum Imperatoris, 2. jus coronationis Romanæ, 3. petitio Pontificum, a novis Cæsaribus donationes sibi antea factas confirmari desiderantium, (quamvis Conring. *p. 454.* non adducit exemplum, unde apparere possit de quo tempore loquatur,) 4. creatio Equitum Romæ & in aliis locis Papalibus, item Comitum Palatii Lateranensis. Ista quidem contra Bellarminum, possessionem Pontificum quietam ab octingentis annis repetentem, valitura essent. At quid contra doctrinam Dn. Henniges inde inferri possit, non video, statuentis *in annotatis ad Beckeri Jus publ. lib. 1. c. 2. p. m. 35.* præscriptio„nem Pontificum ab eo tempore numerandam, „quo illi libere res administraverint, & con„temptu ac negligentia Cæsarum in quieta „possessione relicti sint, quod post obitum Lu„dovici Bavari vel Caroli IV. videatur contigis„se: Nihil enim memoratu dignum vel a Si„gismundo vel Friderico pro revocandis Im„perii juribus gestum esse. Maximilianum „quoque, quanquam interdum de receptione „cogitaverit, aliis tamen negotiis impeditum, „cum sæpe expediundis rebus favore Pontifi„cum opus haberet, connivere coactum esse: „Caro-

non modo nihil emolumenti, sed & pluri-

Carolum V. cum Pontifice ut libero Principe „ semper egisse, sollicitum magis, ut nihil porro „ donaret, quod ad Imperium pertinet, quam „ ut pristini juris quicquam recuperaret. Id „ institutum ita mansisse ad nostra tempora, „ Imperatoribus studio se itinere Italiæ & coro- „ natione Pontificia abstinentibus. Hoc modo „ plus quam ducentis annis Pontifices quietis- „ sime & continue res suas gerentes, liberæ ci- „ vitatis more haud dubie præscripsisse, sciente „ imperio & silente. Hinc imperio sibi penitus „ acquisito jam etiam bono titulo inhærere pos- „ sessioni, ne quicquam obligatos ad restituen- „ dum. Nobis vero bona ejus ex catalogo re- „ rum Imperii eluenda esse. „ Scilicet ab illis temporibus duæ ultimæ rationes Conringii, de creatis equitibus & confirmatione donationum, locum non invenient. Quod si forte in titulo Comitum Palatii *Lateranensis* mysterium quærat Conringius, facilis responsio, comites hos in urbe Roma nullum jus exercuisse, certe non exercere: Jus vero coronandi derelictum simul est, si totum jus, cujus causa coronatio facta derelictum est. Ergo solus titulus Imperatoris Romani restat. Sed hic primo demonstrandum foret, hoc animo hunc titulum retineri, non, ut autor noster in præcedentibus, in memoriam antiqui istius splendoris & eminentiæ. Sane ut recte

plurimum damni & incommodi in Germa-

recte hic notat, solenne Principibus, re citius quam titulo cedere. Alii Principes, ad interrumpendam aliorum præscriptionem, titulos antea non usurpatos titulis suis addunt. Horum exempla adeo parum convenienter ad retentum titulum Imperatoris Romani antiquum applicantur. Deinde notum, protestationem facto contrariam nihil operari, & factorum, præprimis quæ voluntatem enixe declarant, potior ratio, quam verborum dicis gratia prolatorum. Hactenus cum Pontifice, & vel a temporibus Caroli V. tanquam cum justo possessore toties se offerentibus occasionibus actum. Pontifices astutiores in conservanda sua qualicunque prætensione contra imperatores, si verum, quod nescio ubi vel audivi vel legi, eos, quoties ad Imperatores scribunt, non titulum dare: *electo Romanorum Imperatori*, sed: *electo in Romanorum Imperatorem*, evidenter ita Candidatum quasi imperii ab Imperatore, ex sua certe hypothesi, distinguentes. Aliter ad rationes Conringii respondet Henniges *d. l. p. 36.* ex quibus tamen id notes, Clementis captivitatem „nihil ad hanc rem; quippe belli jure ut in hostem animadversum esse; de imperii jure nullam inter Carolum & Pontificem controversiam fuisse. Refert Pacificus *p. 230.* Carolum V. Roma capta numisma cudi curasse, hac inscriptio-

maniam redundasse, in aprico est. *i*) Habent hoc omnes *l*) sacerdotes, ut manus sem-

scriptione: *In spem prisci honoris.* Si intendisset hac inscriptione antiquam protectionem sub Imperatorio titulo Ottonibus datam resuscitare, quid *spei* mentionem injicere fuisset opus, cum rem parta victoria in manibus haberet. Quæ vero Pacificus alibi *p. 259. seqq.* de deficientia tituli, bonæ fidei, & aliorum requisitorum contra præscriptionem Pontificum differit, innuunt, quod naturam præscriptionis juris Gentium plane non intellexerit, eamque ad normam juris Romani parum apte exegerit.

i) Consentit & latius explicat Pacif. *p. 274. seq.* †Adde Conring. *de G. I. R. c. 12. §. 23.* Contra hanc sententiam autem ab aliis frustra affertur; ex doctrina Conringii & autoris illud saltem sequi, titulum imperii Romani Germanici *ex accidenti* fuisse noxium. Ita pleræque res noxiæ, si non omnes, *ex accidenti* tales sunt. Sic solemus in Germanico proverbio dicere: Es ist ihm was nütze / wie dem Kinde ein spitzig Höltzgen. Quis hic æquo animo ferret exceptionem, etiam infantibus talia *ex accidenti* saltem noxia esse.

l) Durior locutio: Credo tamen sensit de pluribus. Nam dantur per DEI gratiam sacerdotes vere pii, quamvis pauciores, in omnibus tribus religionibus, ut adeo observationem merea-

ſemper paratas gerant ad accipiendum, nunquam ad dandum. Et cum alii clientes patronos ſuos muneribus demulceant, ſacerdos cliens, ni ultro donis deliniatur, ringitur, ſuamque benedictionem in immenſum imputat. Et judicaverim, priſcos illos Principes, ut tantas opes in Clerum per Germaniam cumularent, non parum fuiſſe motos, quod ſibi potiſſimum a Deo injunctum crederent providere, ut iſti ordini quam lautiſſime eſſet proſpectum. Sic quantas opes prodegit Germania in profectiones ad capeſſendam coronam Romanam? Quantum auri & virorum ab-

mereatur hæc expresſio, etſi autorem de ſacerdotibus Italicis aut Pontificiis velis explicare, niſi vocem *omnis* ſumere velis de generibus ſingulorum; non de ſingulis generum. Unde dubito, an vera prædixerit Pacificus *p. 276.* omnes „Evangelicos, qui in lectionem egregii libelli „Autoris noſtri incidunt, merito ipſi mirificas „gratias acturos eſſe, quod adeo argute Papæ „ac ſacerdotum Romanenſium arrogantiam „pariter atque avaritiam Italiæ ſuæ oſtendere „voluerit. † Inde etiam autor in editione poſthuma, pro *omnes ſacerdotes* emendavit: *omnes FERE ſacerdotes.*

m) Urget

absumserunt expeditiones in Italiam, compescendis turbis a Pontifice motis, aut ad eundem contra refractarios protegendum? Nec enim unquam extranei valde gavisi sunt Italiam tentavisse; nisi quod Hispanos, tamdiu visceribus nostris inhærentes, depellere hactenus nequivimus. Denique nemo unquam Ptincipum sæpius anathemate fuit perstrictus, nemo crebrioribus sacerdotum seditionibus agitatus, quam Germanorum Imperatores. *m*)

m) Urget Obr. *p. 16.* Pericula & incommoda „ hic recensita pridem evanuisse, obsoleta non „ minus excommunicatione Pontificia, quam „ Romanis expeditionibus. Neque tamen „ quenquam Germaniæ nostræ consulturum, „ ut incomparabilis fastigii majestatem abjiciat, „ quam ex actis superiorum temporum constet, „ maximos quosque Principes ejusdem detri- „ menti periculo libentissime fuisse redemturos. „ Sed ad hæc non difficulter pro autore reponi poterit: ex obsoletis excommunicationibus & expeditionibus saltem probari nullum subesse damnum, non probari emolumenti aliquid ex titulo imperi Romani in rempublicam Germaniæ redundare. Expeditiones Romanas vel ideo expirasse, quod Imperatores jam per secula aliquot cognoverint, nihil commodi per coro-

Cujus rei præcipuæ causæ fuisse videntur, quod vel crederetur, ad sedem Romanam rationes suas potissimnm referre debere istos, qui eo titulo præ cæteris superbirent; vel ut alieni imperii impatiens ordo abs matre

---

coronationem illam in Germaniam redundare, & quod, ut modo ostensum, ipsum illud quale quale jus, per corona ionem vel ejus occasione exercendum, tanquam onerosum & damnosum dereliquerint. Huic agnitioni principia Augustanæ Confessionis de potestate Papæ multum contulisse, & simul excommunicationes Papales vilescere incepisse; hinc autem prudentioribus affectum moveri, si audiant, jus illud pristinum titulo Imperatoris Romani cohærens, *incomparabilis fastigii majestatem* appellari. Non miscendum esse jus Imperatoris in Regnum Germaniæ cum jure in Romam & Pontificem, neque confundenda tempora antiquiora cum hodiernis, ubi ærarium Regni Germanici & potestas Imperatoris valde diminuta aut restricta sunt: igitur non mirandum, quod superioribus temporibus maximi Principes periculo illorum detrimentorum regnum Germaniæ fuissent redemturi. Quodsi etiam iidem Principes periculo detrimentorum jus in urbem Romam redemturi fuissent, superstitionem illorum temporum & vanas doctrinas non dare normam, ut inde de commodis & incommodis hodiernis judi-

matre sua invisam secularium auctoritatem amoliretur. Quanquam hæc, sanctissimæ sedis reverentia, velim intelligi, cujus judicio hæc omnia devotissime submitto.

judicetur. Forte etiam illos Principes superiorum temporum, sub prætextu illius tituli & vanæ persuasionis ei cohærentis, intendisse supprimere libertatem Germaniæ, aut affectasse Monarchiam universalem. Nec defuturos hodie tales Principes, qui similia tentaturi sint, si titulum hunc adipisci possint. Politicum non considerare in definiendis quæstionibus, quid huic Principi, vanis principiis & doctrinis subnixo, expediat, sed quid expediat Statui Imperii Germaniæ ex natura rei. Ipse Pacificus, alias in eo totus, ut antiquas persuasiones stabiliat, in hoc puncto *Disc. 6. in fine p. 274. seq.* cum Autore consentire videtur, certe non dissentit ab eo. Etsi pro more parum sibi constans *praced. p. 263.* parum apte & cum voto scripserit: *Rebus Germanicis intra Germaniam & versus Turciam & ,, Galliam bene constitutis, tempus aliquando futurum, ,, ut Pontifex superbus ad Apostolicam & vere Christianam humilitatem, si non aliter, ferro & armis ,, cogatur, juraque Imperii pristina ab eo repetantur. ,, Quod DEUS faxit!* Das wäre ein herrlicher Römer-Zug / daß man dem Vater Pabst einmahl ,, wieder *Civiles subjectionis mores* ,, lehrete. ,,

CAPUT II.

De Membris, ex quibus jam Imperium Germanicum componitur.

I. Status Imperii quinam dicantur, & qualiter suffragia ferant.

II. Statum esse aliquem, quomodo probetur.

III. Familiæ Austriacæ Origines atque incrementa.

IV. Itemque privilegia qualia sint.

V. Familia Comitum Palatinorum Rheni & Ducum Bavariæ, quas terras possideat, & in quas lineas dividatur.

VI. Ad Duces Saxoniæ quænam provinciæ pertineant, & quibus ramis illi secernantur.

VII. Marchienes Brandenburgici quam late imperent: & in quas lineas eorum familia dispescatur.

IIX. Familiæ Principum reliquæ quænam sint, & in quas lineas abierint.

IX. De novis Principibus Imperii a Ferdinando II. creatis.

X. De Episcoporum & Abbatum in Germania statu ac conditione.

XI. Archi-Episcopi, Episcopi, & Abbates sive Prælati, qui Principum dignitate fulgent, recensentur. Reliqui Prælati quomodo dividantur.

XII. Comitum ac Baronum conditio, divisio ac suffragiorum numerus.

XIII. De Civitatibus Imperii Liberis, earumque conditione vel certa vel dubia.

XIV. De

XIV. De Equestris Ordinis distinctione, ejusque libertate ac juribus.

XV. Divisio Imperii in decem Circulos quomodo cœperit, & quale ejus institutum.

POstquam igitur semel ope Francorum coaluere populi Germaniæ, validissimum semper inter Europæos corpus constituere visi sunt; quod nec hodie mole sua conspicuum esse desiit, utut non modicæ partes in aliorum ditionem concesserint, aut in separatas sese civitates segregaverint. Quanto angustius jam, quam olim, a Germanis imperitetur, luculenter executus est *Hermannus Conringius, a)* Vir rerum patriarum peritissimus,

a) Adde quæ erudite & distincte de triplici finium consideratione, Geographica, Politica & Juridica disserit Kulpisius *hic §. 76. seq.* [† In consideratione juridica potissima quæstio est de Italia avulsa, tum de Arelatensi seu Burgundiæ regno de Lotharingia, de Prussia, de Belgicis provinciis, de Livonia, de Helvetiis, & hodie potissimum de Alsatia. Vide Kulpis. *p. 81. seq.*] Insuper & modo editam Magnifici Cocceji juris publici prudentiam, vel ob insignem diligentiam in deducenda historia septem provinciarum Germaniæ & nexus earundem cum regno Germaniæ, raro judicio conjunctam valde com-

peculiari libro de *Finibus Imperii Germanici*. Nobis præsentia duntaxat observasse propositum fuit. Ergo qui inter primaria *b*) ejus Imperii membra censentur, *Statuum Imperii* vocabulo designantur; qui scilicet sessionem, ut loquuntur, *c*) seu jus suffragii feren-

commendo. Ex ista enim antiquitate, ut hinc inde monebimus, multarum difficilium controversiarum intellectus & decisio dependet, maximam partem vero ipsa suo modo de mutatis finibus & origine statuum hodiernorum historia.

b) Notat Autorem Pacificus *Disc.7.p.277.* quod primaria dixerit, cum status absolute & simpliciter tantum membra imperii dici debeant. Sed sciendum, subditos cujusque regni non esse membra nobiliora, esse tamen membra, uti pedes sunt membra corporis: Adeoque cum divisio membrorum sit analogica, & terminus analogicus simpliciter positus denotet analogatum nobilissimum, nulla pugna, sive Status dicantur membra simpliciter, sive cum addito primaria. Quæ vero Pacificus de definitione civis Aristotelica admiscet, aliena sunt, cum aliud sit civis, aliud membrum. Nec impediit nota hæc Pacifici, quo minus Obrechtus Status vocaverit membra primaria. *p. 17.*

c) Quilibet videt, verba hæc: *ut loquuntur*, ab autore ad mitigandam duram *sessionis* pro jure suffra-

ferendi in Comitiis obtinent. Quanquam ſunt non pauci, qui ab aliis eximuntur, *d*) ſeu quorum jus *) quo immediatos ſeſe

ſuffragii acceptionem, non ad negandam definitionem Statuum, quod ſint, quibus jus ſuffragii competat. Unde rurſus Pacificus *pag.* *279. ſeq.* larvas oppugnat, dum rationem, cur Autor iſtam definitionem negaverit, hanc ſibi fingit, quod alias Democratia eſſet Imperium, ſimulque multa magno tædio legentium de hac Autoris ratione ex *cap. 6. §. 3.* & modo memorata definitione civis Ariſtotelica differit, de quibus adeo commodior erit dicendi locus ad §. *3. cap. 6.* Cæterum dubia ab aliis circa definitionem mota, eorumque reſolutionem vide apud Obrecht. *p. 17. -- 20.* Kulpiſ. *de Legat. Imper. cap. 4.* §. *4.-- 10. p. 54. -- 66.* Eſſe hoc genuinum requiſitum Status Imperii, & inde ſuperioritatem territorialem fluere, ſummatim probavi *in diſſ. de feudis oblatis, cap. 2.*

d) Conf. Obr. *p. 19.* Kulpiſ. *p. 213.* Catalogum exemtorum *anni 1568.* vide apud Vitriarium *in Jur. Publ. II. V. 4.*

*) In editione poſthuma: *Seu quorum perſonam alii potentiores Ordines in Comitiis referunt, idque vel publice ab omnibus, quorum intereſt, conceſſo, vel ambiguo adhuc jure, dum quibusdam ſuper immediato ſtatu ab aliis controverſia quidem movetur*

Status ferunt, alii potentiores Status, in dubium vocant, & eorum in Comitiis personam referunt. Id quod eo tendit, ut hi istos inter Status suos provinciales revocare velint. Sed & circa Principes potissimum observandum, regulariter domui alicui Principali in Comitiis certum suffragiorum numerum competere. e) Aliæ enim

tur, hi tamen ipsis, quorum exemtio tentatur, vel Imperio contradicentibus.

e) [† Addit editio posthuma: *prout ditiones possidet, quibus e consuetudine jus suffragii adhæret.* Scilicet] hoc de votis intelligendum esse vult Obrecht *p. 20.* quæ familiæ alicui aut lineæ communiter & pro indiviso competunt, non quæ referuntur ad ipsorum Statuum personas, quod exemplis declarat. Unde commodius dici posset cum Kulpisio *p. 213.* neque *linearum* hic, sed unice *territoriorum* considerationem, ad formandas regulas de numero votorum adhibendam esse, quorsum & ipse Obr. *p. 21.* inclinat. Non tamen id semper factum, sed quandoque neglectum votorum numerum fuisse, exemplo Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium ostendit Bertram *de Comit. §. 42.* & Lampadius *III. §. 5.* De domo Brandenburgica vide Limn. *Tom. I. Addit. p. 852. – 855.* Mirum autem, cur neglecta fuerit ita occasio augendi votorum numerum,

enim domus ſeu familiæ unum duntaxat ſuffragium obtinent, aliæ duo, aliæ tria, aliæ quatuor, aliæ quinque. In quibusdam porro Principatibus primogenitus totam ditionem ſortitur, reliqui apanagio coguntur eſſe contenti; in aliis omnes fratres ad aliquam, utut non ſemper æqualem, cum primogenito, portionem admittuntur. Ubi prius obtinet, primogenitus reliquorum fratrum perſonam ſolus refert; vel potius nulla eorum habetur ratio: ubi poſterius, ſinguli quidem venire ad Comitia poſſunt, ſed ſuffragium duntaxat unum ferent, *f*) de quo inter ipſos eſt conveniendum.

merum, cum intereſſe Principum ipſorum majorem hujus augmenti quærendi curam videbatur requiſiviſſe, ut ipſe Bertramus jam monuit. Sed potuerunt etiam rationes ſubfuiſſe incommodorum quorundam, ex multiplicatione votorum oriundorum, commoda ſuperantium.

f) Si ſcilicet ditiones iſtas poſſideant pro indiviſo. At ſi diviſerint territoria, ita, ut ſinguli de ſua parte inveſtiti ſint, ſinguli quoque peculiare in Comitiis votum olim aliquando obtinuerunt, ut exemplo domus Saxonicæ & Bran-

II. Cæterum ut quis probet, se Statum esse Imperii, duo judicantur vulgo sufficere; ut sit inscriptus matriculæ sive albo Ordinum, & ut, quæ Imperio sunt solvendæ collectæ, eas in publicum, non autem in alterius

Brandenburgicæ, intuitu Linearum Vinariensis & Coburgensis, item Culmbacensis & Onolsbacensis, probavit Bertram *d. l.* §. *41.* [† Unde & Autor in editione posthuma loco verborum *ubi posterius* &c. sequentia posuit: *Sed posteriore casu, ubi a pluribus una ditio suffragii capax pro indivisa possidetur, singuli quidem venire ad Comitia possunt, sed suffragium duntaxat unum ferunt, de quo inter ipsos est conveniendum. Sed ubi singuli seorsim de sua portione sessionis jure dotata sunt investiti, singuli quoque suffragium ferunt.*] An autem inde regula formari possit augendorum votorum per divisionem ejusmodi territoriorum, quorsum inclinare videtur Obr. *p. 22.* valde dubito. Non enim videre possum, qua ratione diminutio potestatis per divisionem territoriorum, augere possit potestatem & autoritatem in comitiis per pluralitatem votorum, & quidem in præjudicium aliorum Principum aut Statuum, nisi quis dicere velit, non semper attendi votorum pluralitatem in concluso comitiorum. *Vid.* Herden Grundfeste *II. 5. p. m. 122.* Certe in dispositione Testamentaria Johannis Georgii I. Electoris Saxoniæ, & subsecuta transactione fra-

alterius Status ærarium inferat. Etsi planissimum heic est ad possessionem provocare. Nam aliqui contendunt, se per errorem in alterius ærarium suam portionem intulisse; alii contra, nonnullos per me-

fraterna multiplicatio votorum non placuit. Interesse reipublicæ Germanicæ, ut hoc modo vota multiplicentur, putat Bertram *d. th. 41.* & post eum Limnæus *IX. 1. 54.* Ego non arbitror, Quo plura enim vota, eo plures dissensiones; quo plures territoriorum divisiones, eo magis a vi unita receditur, eo laxius compages Imperii cohærere incipit. Urget Bertram *argum. Recess. Imp. Spirens. de anno 1570. §.* Nachdem auch noch etliche Reichs-Stände *162. verbis:* Daß das Reich an seinen Gliedern und Stimmen gestärcket werde. Sed (1) d. §. loquitur de casu alio, & ubi Status quidam, quibus nemo controversiam sessionis & voti fecerat, non comparuerunt. (2) Mutila adducuntur verba d. §. ita enim sonant: Damit das Reich an seinen Gliedern/ Stimmen/ und Anlagen gestärcket würde. Hæc verba: und Anlagen non debebant omitti, cum cuilibet appareat, daß man die Stärckung von denen Anlagen erwartet/ nicht von den Stimmen. (3) Unde cadit argumentatio, cum per multiplicationem votorum, de qua nos agimus, non augeantur contributiones. (4) Et in *d. §.* suspenditur judicium, an ea quæ ibi disponuntur, perti-

meram usurpationem, præterito ærario provinciali, ad publicum provolasse; prout quisque inter Ordines referri, aut alterum

pertineant ad interesse Imperii, verbis: Doch in dem / des Reichs und anderer Interessenten Nothdurfft zu bedencken. Imputavit Autor in Epistola ad fratrem Limnæo, quod febriculosam juris Civilis notitiam ubique ostendat. Id non injuria factum vel hic locus testari potest. Addidit ille pro probanda sententia Bertrami, eam scilicet esse favorabilem, *arg. l. 7. §. 2. ff. de bon. damn.* In §. 2. nihil est, quod huc referri possit. Haud dubie sphalma est, & in mente habuit §. 3. cujus hæc sunt verba: *Si plures filios damnatus habeat, feruntur exempla, per quæ pluribus liberis omnia bona damnati concessa sunt. Sed & D. Hadrianus in hac sententia rescripsit.* Favorabilem *apud me causam liberorum Albini, filiorum numerus facit:* cum ampliari imperium hominum adjectione potius, quam pecuniarum copia malim: *ideoque illis paterna sua concedi volo, quæ manifestabunt tot possessores, etiamsi acceperint universa.* Jam judica Lector, vos autem, auditores, id observate. Multos JCtos sine ratione sæpissime ad argumenta ex legibus provocare: inter illa vero argumenta pleraque ita esse comparata, ut nec per torturam autorum medius terminus, verosimiliter saltem concludens, possit elici. Hoc vitium cavete.

g) Ad-

rum inde excludere laborat. *g*) Nec vero ulla adhuc extat matricula, in qua nihil deficiat aut redundet, & circa quam non aliqui quid controversiæ soleant movere. Etsi pro authentica *h*) videatur declarata illa,

g) Adde: aliquando victos ex conditionibus pactorum pacis in ærarium Imperii solvisse sine nota Status; Regem Bohemiæ onera non ferre, Statum tamen esse; contulisse item & ad conferendum invitari Hanseatici fœderis urbes, plerasque provinciales. [† Recess. Imper. de anno 1566. §. Ob denn nicht allein.] Pacif. *Disc. 7. §. 4. pag. 285.*

h) Ostenderunt jam Obrecht. *p. 23.* & Kulpis. *p. 216.* ex Mauritii dissertatione de Matricula, in hac materia maxime commendanda, quod pro authentica Matricula haberi mereatur Matricula de anno 1521. exhibita a Gastelio *de Statu publ. Europ. c. 38.* cujus supplementa sint matriculæ, quarum hic autor mentionem facit. Ex quibus simul nota, non confundendam matriculam Imperii, cum matricula Cameræ aut albo Cameræ. [† Vide Cortrejum *de Matriculis p. 187.*] Cæterum per *authenticam* hic autor & commentatores intelligunt eam, quæ communi consensu Imperatoris & Statuum facta est, non eam, quæ nullo defectu laboret, ut vel ex verbis proxime præcedentibus liquet. Unde frustra iterum notat Autorem Pacificus *Disc. 7. §. ult. pag. 288.*

De

illa, quæ anno superioris seculi LI. LVI. & LXVI. promulgata fuit. *) Ego judicarim, antiquissimas illas matriculas, quæ plurimos inter Ordines Imperii referunt, qui dudum a Comitiis exularunt, esse potius recensiones eorum, qui in Comitiis tunc præsentes fuerunt, quam instrumenta, publica autoritate confecta, ex quibus in utramque partem indubia argumenta possint deduci. i) Sed & ex varietate ista matricularum videor liquido colligere, antiquissimis temporibus non fuisse certum Ordinum numerum, sed comitia adire licuisse, quicunque aliquod in republica momentum, opibus aut prudentia, se putabat facere. l) Postea paulatim tenuiores, quos

De renovatione matriculæ per instrumentum pacis *art. 8. §. 4.* inter argumenta Comitiorum futurorum relata, non facile autem expectanda, vid. Kulpisius *p. 216.*

*) Adde Vitriarium *lib. 1. cap. 12. §. 3. seq.* ibique notas Pfeffingeri.

i) Consentit Obrecht. *p. 23.*

l) Dissentit Obrecht. *p. 23.* Nihil muto. Non enim id autor vult, quasi pro lubitu olim in comitiis comparuerint, qui voluerint, (de quo casu videtur sensisse Obrechtus,) sed quod olim, ubi

quos privatarum rerum cura publico vacare non permittebat, ultro emansisse; *m*) alios per potentiores exclusos, donec ad eum, qui nunc est, numerum fuit perventum. Nobis matriculam aliquam integram huc transcribere tædio est. Præcipuos tamen Ordinum recensere necessum fuerit, ut exinde de magnitudine totius corporis judicari queat.

III. Inter Principes seculares primum locum deferimus familiæ Austriacæ, non tam ob antiquitatem, *n*) quam ob ditionum ampli-

ubi comparitio in comitiis & votum non habebat adjunctum præcise characterem eminentiæ, vel hodiernæ superioritatis territorialis, admissi etiam fuerint ad comitia, præprimis ubi ærarium locuplotandum esset, ditiores quicunque, etiam mediati. †Confer modo dicta *lit. g. in fine.*

m) Et hic dissentit Obrecht. *p. 24.* Sed autor de facto loquitur, non de jure & an licentiam habuerint. Autoris sententia corroborari potest ex adducto lit. f. §. *162. Rec. Imp. de anno 1570.*

n) Separandæ sunt in discursibus autoris de Domo Austriaca distinctæ quæstiones. Multa vera sunt, quæ non convenit scribere. Ergo si quæ non decet scripsisse, non statim sunt falsa. Tum qui durius quid semel profert contra alios, ejus innocenter dicta solent etiam durius accipi.

Sic

amplitudinem opulentiamque, *) & quod fasti-

Sic h. l. non ea mens est autoris, ac si non sit antiqua satis Familia Austriaca, sed quod ob antiquitatem illam non primum ei locum deferat, nam & aliæ familiæ antiquitatem jactant. Kulpis. *p. 218.* qui *p. seq.* post Obrechtum *p. 24.* antiquitatem Domus Austriacæ exponit, & hic tamen scriptorum Genealogicorum adulationes notans. † Unde & in editione autoris posthuma sic legitur: *non tam ob antiquitatem, qua etiam aliæ familiæ se jactant.*

*) Austria Norici antiqui portio & pars quondam orientalis (unde & nomen accepit) Pannoniæ olim ab Augusto cum reliqua Pannonia tributaria, tum a Tiberio in provinciam redacta fuit. Postea a reliqua Pannonia separata regno Bavariæ accessit & Carolus M. everso Bojorum regno omnem quoque Austriam suæ ditionis fecit. Henricus Auceps primus sejuncta a Bojoaria Austria in Marchionatum erexit, eumque Comiti Babebergensi tanquam feudum Ducatus Bavarici concessit, cujus familia etiam usque ad tempora Rudolphi Habsburgici Austriam possedit. Sub Conrado III. & cum Henricus Superbus Dux Bavariæ Ducatibus suis spoliaretur, Imperator Ducatum Bavariæ Leopoldo Marchioni Austriæ dedit, a cujus successore Henrico Marchione Austriaco Patruo Friderici I. Imperatoris, cum Henrici Superbi filius Hen-

ſaſtigium Imperatorium per aliquot jam ſecula inſederit. Hanc inuſitata quædam fati clementia ex tenuibus initiis ad invidendam magnitudinem provexit. Rudolphus erat Habſpurgi Comes, modicas

K opes,

Henricus Leo Ducatum Bavariæ repeteret, interpoſitione Friderici Imperatoris lis ita ſopita fuit, ut Auſtriacus Leoni quidem Bavariam cederet, ſed Auſtria ex Marchionatu in Ducatum eveheretur, aque fidelitate Ducibus Bavariæ præſtanda eximeretur. (Obrecht. *p.28. ſeq.* diploma Friderici exhibet.) Ultimo Auſtriæ herede Friderico, cum Conradino, regnum Neapolitanum vindicante, miſeranda morte extincto, Ottocaro Regi Bohemiæ Auſtriam ad ſe rapienti Rudolphus I. Imperator eam ademit, & filio Alberto tradidit, ex quo tempore in familia ejus Auſtria permanſit. Archi-Ducatus quando e Ducatu factus fuerit, diſſentiunt. Megiſero a Carolo M. id deducenti reſpondit Kulpiſius *p.225.* Pontus Heuterus Fridericum II. Imperatorem ejus rei autorem eſſe, demonſtrare voluit, Kulpiſius *p.226.* Obrecht. *p.27.* de quo tamen alii dubitant. Certe Fridericus III. Imperator adhuc titulo Archi-Ducis abſtinuit, & Maximilianus I. eo demum uſus eſt. Helvic. Sinold. Schüz. *jur. publ. l.1. tit. 8. poſit.1. p.255.* qui & Hippoliti a Lapide ſcommata in hanc familiam

opes, nec supra dignitatis suæ mensuram, in Helvetia & vicino tractu possidens, sed bello strenuus. Fuerat *) eo tempore per lustra

miliam *de Rat. Status part. 3. cap. 2.* summatim exponit & refutat. Summa hæc est: tenuem esse originem, tenuia merita Austriacorum, facta multa Imperio exitiosa, augmenta potentiæ matrimoniis potius quam pietati debita &c. Et hunc Hippolitum præ oculis habuisse in hoc §. autorem, nullum est dubium, ea partim intentione, ut ad quædam ipse pro Domo Austriaca responderet, quædam etiam ex Hippolito repeteret. Huc pertinet statim, quod ab initio dicit: *non tam ob antiquitatem* &c.

*) Loco horum, & quæ ad finem hujus paragraphi sequuntur verborum ita emendatum legitur in editione posthuma: *Hic Electorum suffragiis idoneus judicabatur, qui confusissimum quatuor fere lustrorum interregno Germaniæ Statum repararet. Hic uti rempublicam sat egregie constituit: ita circa stabiliendas & amplificandas Domus suæ res non minus felicitatis quam industriæ fuit. Nam & per nuptias filiarum primariis Germaniæ familiis sese innexuit, novis suis rebus in decus simul atque subsidium. Parando debinc familiæ suæ peculiari patrimonio sat facultatis præbuit dignitas Imperatoria, cui cum feuda vacantia in alios conferre liceat, quo minus & suorum rationem habeant, nemo sanus vitio dederit. Ita in Albertum filium collata Austria, Stiria,* *Car-*

lustra fere quatuor, durante interregno, perturbatissimus Germaniæ Status. Conveniunt ergo primarii Principes, malis

K 2 istis,

Carniola, Vindorum Marchia, & alia quadam ditiones, quas devicto Ottocaro Bohemiæ Regi earum usurpatori eripuerat. Quibus dein plurimæ aliæ ditiones accesserunt fere per matrimonia, circa quæ vix alia familia felicior unquam fuisse legitur. Cum opibus reliquos Principes exsuperarent, par quoque fuerat eosdem tituli splendore cæteros Duces eminere. Sed & quia invidiosum nimis erat, recentem familiam præ antiquis priorem in comitiis locum occupare, nec illis tamen cedere placebat; igitur primum sibi locum inter Principes Ecclesiasticos cepere, qui separato a Principibus secularibus scamno sedent. Hi enim cum ex inferiore utplurimum prosapia ad fastigium Principale ascendant, non adeo pertinaciter super loco cum ipsis erant certaturi. Quo ipso & directorium, quod vocant, in senatu Principum alternis vicibus cum Archi-Episcopo Salisburgensi exercendum obtinuerunt. Sic ergo Austriaci ditione sua complectuntur pleramque Germaniæ partem, qua illa ad meridiem & orientem vergit: quam regnum Bohemiæ, ac provincia Austriacæ proprie dictæ componunt. Accedit regnum Hungariæ jam quoque hereditario jure, postquam felicibus Leopoldi Imperatoris armis major ejusdem pars è Barbarorum manibus erepta fuit. Cæterum res ipsa ostendit, quod hanc mutationem autor non tam susceperit, ut propter monita commentatorum

istis, creato Imperatore, medicinam facturi. Mentionem de Rudolpho injicit Wernerus Moguntinus, *o*) quem Romam eun-

torum erronea emendaret, quæ hic non subsunt, sed ut verba satyrica in factum temperaret, ac controversiam obscurissimam de singulis electionis Rudolphi I. circumstantiis evitaret.

o)Non convenire scriptores in modo, quo Rudolphus fuerit electus, fatetur, qui primus ea de re autori nostro litem movit Martinus Schookius *differt. ult. n. 5. p. 144.* ubi tamen ex Alberti Argentinensis Chronico rem fere eodem modo narrat, quo Autor, & simul addit: huic Alberto præ aliis omnibus tanquam coætaneo videri fidem habendam: Ex quo etiam ita recenset Lehmann. *Chron. Spir. lib. 5. cap. 104.* Quodsi accurate locum Alberti Argentinensis pensites, apparebit, isti nonobstare quæ idem Schookius *p. 144.* ex vetusto quodam chronico Argentoratensi refert, Burggravium Noribergensem, parum inter se concordibus Principibus Rudolphum proposuisse; præprimis, si supponamus, plures deliberationes super ista electione fuisse habitas. Unde facile jam responderi potest stricturis Kulpisii *p. 228.* Neque enim apparet, qua ratione asseri possit, in contemtum hic dici, quæ autor de Moguntini persuasione adduxit. Quæ vero ex autore fragmenti adducuntur

aliæ

euntem antea Rudolphus comiter ab Argentina ad Alpes usque deduxerat, sapientiamque & magnanimitatem ejus multis extollit. Mox in suam quoque sententiam pertrahit Coloniensem & Trevirensem.

aliæ circumstantiæ de Ludovico Palatino, dubium relinquunt, an illi autori major fides habenda, quam Alberto Argentinensi. Sane Pacificus, etsi omnia conquirens, unde taxare autorem posset, hoc tamen loco autoris tradita probat *p. 293.* & verosimiliter valde adducit, Paparum interfuisse, ne amplius reges Germanorum ultra montes in Italiam tendant, ibique more antecessorum jura sua strenue asserant. Hinc ipsorum consiliis tempore interregni Anti-Cæsares fuisse electos, ut bello intestino gravati Imperatores obliviscerentur rerum in Italia. Igitur & cum Wernero Moguntino, tanquam Germaniæ Archi-Cancellario, & inter Episcopos Germaniæ, Imperatores istis temporibus mirifice vexantes, Primario, consilium fuisse agitatum, ut Imperatores tenuis fortunæ & Episcopis obnoxii in posterum eligerentur. Inde vero non mirum, quod Rudolphus, favorem Werneri per salvum conductum aucupatus, a Wernero fuerit reliquis Electoribus commendatus, & ab Ecclesiasticis mox approbatus, &c.

Quid isthoc in Rudolphum studio spectaverit Moguntinus, non difficulter conjectabit, qui paulo profundius sacerdotum ingenia inspexit. Scilicet obnoxium sibi fore sperabat, *p*) quem eminentior prosapia

p) Somnium autoris hoc esse, audacter nimis pronunciavit Schookius *d. Exerc. 12. n. 5. p. 147.* Nec probat sententiam Schookii ingenium Rudolphi, mox ab electione manifestatum, dum proceres fidelitatis juramentum sub prætextu absentiæ sceptri, detrectantes vel differre conantes, ad signum crucis jurare adegit. Etenim in hoc facto, antequam de animo Rudolphi erga Ecclesiasticos judicium ferri possit, videndum esset: an Ecclesiastici detrectaverint, an omnes ordines? an ex contemtu Rudolphi, an vero ex intempestiva solennitatum observatione id factum? An repugnantes antea, an statim consentientes consilium Rudolphi approbaverint? Deinde potuit Rudolphus spem Moguntini & Papæ elusisse, & tamen potuit Moguntinus aliter de ipso sperasse, quod dicit autor. Quæ duo sane non sunt sibi adversa. Unde miror, doctissimum Kulpisium *p. 223.* censuram istam Schookii repetiisse, addito elogio: autoris sententiam ex conjectura desumtam esse, cui rei gestæ veritas refragetur, cum Rudolphus eo fuerit ingenio, ut dominatum super illum spera-

pia ad rem ſuo arbitrio gerendam non-dum animabat, quique ipſi tantum benefi-

 cium

ſperare nemo potuerit. Oblitus fuit Vir celebris, ſæpe ſperare homines, ubi ſpe ſua excidunt, non conſideravit, aliud eſſe; dominari alicujus ingenio, quod nunquam dixit autor, aliud: obnoxium ſibi quem reddere. Et forte ſpes illa vel Moguntini, vel Papæ non plane fuit de nihilo. Fuit Rudolphus vir prudens, fuit vir ſtrenuus & talis, quali opus habebat eo tempore Germania: Fuit denique ita temperatus, ut naturali propenſione eum, vel ob facetum ingenium omnibus notum, non poſſim non amare. Sed fuit tamen homo. Ipſe Pacificus, adulationis hic oblitus, de Rudolpho notat *p. 295.* quod a ſacerdotibus forte deceptus, Imperii jura Romæ & in Italia aſſerere non perrexerit, Auſtriæ ſuæ amplificandæ nimium fortasſis intentus. Notat Lehmannus Chron. Spir. *lib. 5. cap. 106.* quomodo grandem congeſſerit pecuniam, libertatem civitatibus Italiæ vendendo, avaritiæ propterea, teſte Cuſpiniano & Trithemio, & male adminiſtrati Imperii accuſatus. Noluit & Romæ coronari, prætexens illud vulpis Æſopicæ: *quia me veſtigia terrent &c.* Sed ſolent Principes cauſas actionum ſuarum raro manifeſtare. Metus iſte potuit prætextu-loco eſſe, conventio tacita cum Pontificeeurtr Moguntino, & ſpectatum ſimul intaso eſſe p

prium

cium erat debiturus. Sed quare ex reliquis Principibus eam dignitatem nemo af-

---

prium vera causa. Quod enim affertur, Rudolphum dignitatem illam nullo modo affectasse, quod Burggravio Noribergensi nuncio iratus fuerit, *vid. Kulpis. p. 223.* parum movebit eum, qui mores hominum novit, & Saulis recordatur, post electionem Samuelis se occultantis. Dico, *potuit esse*, non, *fuit*. Medio itinere in similibus incedendum, ne conjecturas verosimiles pro certo veris venditemus, neve etiam axioma adulatorium Pacifici sequamur, qui *p. 295.* in mediis censuris de Rudolpho parum pertinenter jactat: *De actis Rudolphi, Domus Austriacæ conditoris, ac Romuli, reverentius esse credere, quam scire.* Miserum servitutis genus, si facta retro a multis seculis nullo modo examinare permissum sit, sique crimen læsæ majestatis ab adulatoribus vocetur, liberior censura de factis Majorum, etiam nostrorum, aut nostrorum Principum. Et genus & proavi & quæ non fecimus ipsi, (sive bona sint sive mala,) non sunt nostra putanda. Quid prodessent Imperatori moderno virtutes Rudolphi, si ipse iis destitueretur. Jam cum propriarum virtutum radiis fulgeat, stultus foret, & palpabilis adulator, qui ei suadere vellet, non ferendam esse notam, modestam præprimis, nævorum quorundam in Rudolpho aut aliis majoribus.

q) Lo-

affectaverit, *q*) mirum videri posſit, ni quosdam dicamus abſterruiſſe confuſam Germaniæ faciem, quam abs ſe componi poſſe diffidebant. Fortaſſe etiam nonnulli ob ætatem nondum ſatis confirmatam tantæ moli incapaces judicati. Epiſcopis ergo aſſenſi ſunt etiam Principes ſeculares, ita tamen, ut Dux Bavariæ, idemque Comes Palatinus, & Saxo & Marchio Brandenburgicus filias ſibi Rudolphi in uxores ſtipularentur. *r*) Hoc modo Rudolphus

K 5 ſta-

q) Loquitur de Principibus Germaniæ autor, vel maxime de eligentibus, qui hic memorantur, loquitur de affectatione. Unde non obſtant, quæ Schookius *d. diſſ. 12. §. 2. 3. 4.* de aliis Imperii Candidatis a Meynhardo conſeſſui commendatis, item de Alphonſo Rege Caſtellæ, & Richardo Cornubiæ Comite, Ottocaro Bohemiæ Rege, & Henrico inferioris Bojoariæ Regulo ex aliis memorat: quæ ſimul oſtendunt, quam varie ab hiſtoricis referatur electio Rudolphi, ut pari jure, ſi non majori, quæ ex iſtis contra autorem afferuntur, negare poſſis, quo aſſeruntur, præprimis cum Schookius ipſe de Henrico illo dubitet. Quamvis poſt Schookium iſta repetant Obr. *p. 26.* & Kulp. *p. 223.*

r) Mutata ſunt in hac editione, quæ in prioribus ita poſita erant: *ita tamen, ut Saxo & Burg-*

gravius

ſtatim primariis familiis per affinitates eſt innexus, novis ſuis rebus in decus ſimul atque ſubſidium. Parando dein familiæ ſuæ peculiari patrimonio ſat facultatis præbuit dignitas Imperatoria. Vacante feudo aliquo, quis propior erat, quam filius, in quem id denuo conferretur? Sibi ipſi enim dare, valde invidioſum fuerat. *s*) Hoc modo parta Auſtria, Stiria, Carniola, Vindorum Marchia, & aliæ quædam ditiones. *t*) His plura acceſſere aliorum Imperatorum indulgentia; prout opulenti frequentius donis quam tenues coluntur. Tam opimo patrimonio inſtructus facile erat divitum nuptiarum facultatem nanciſci. *u*) Et quia puellas in amorem ſponſorum

gravius Noribergicus, filias ſibi Rudolphi in uxores ſtipularentur. Quod & idem fecit Dux Bavariæ, qui tunc iſtis Principibus aderat. Monuerat autem Schookius *d. Ex. 12. §. 7. 8. 9.* de Burggravio Noribergenſi, (de quo ibidem plura,) & poſt hunc Obr. *p. 26.*

s) Poterat hoc monitum paulo acerbius omitti.

t) Adde Obr. *p. 26.* Kulpiſ. *p. 224.*

u) Scommata Gallica & eorundem eliſionem vide apud Pacificum *Diſc. 7. §. 1. p. 295. ſeq.* † Ita partus etiam Ducatus Burgundiæ, de quo ſic tenen-

ſorum non opes tantum, ſed & præfulgens dignitas inflammare ſolent; abs duro quo-

---

tenendum: Burgundiones origine Germani, gente Vandali veteres ſedes apud mare habuerunt; inde a ſinu Codani profecti regiones priſci Romanorum Imperii infeſtarunt, & pleraſque in poteſtatem ſuam redegerunt; primi adeo inter Germanos, qui in Romanæ ditionis provinciis regnum condiderint poſt Valentiniani I. Imperatoris tempora. Prima regni Burgundionum ſedes fuit in Germania prima, concedente id, ſed ex metu magis, Imperatore Honorio. Mox ſub rege Gundicario per Aetium Romanæ militiæ præfectum eo adacti ſunt, ut e Germania prima excederent, & in Sabaudiam habitandi cauſa deducerentur. Ibi Chriſtianiſmum profesſi ſub eodem rege novas turbas Romanis facientes ab eodem Aetio penitus vincuntur, ipſis tamen hoc permittente, ut novas ſedes in Gallia inferiori, qua Sequani & Ædni jacent, impetrarent a Valentiniano III. ubi ad Ararim Rhodanumque novum regnum Burgundicum condunt, conſtituto primo rege Gundeucho, cujus ſucceſſor Gundebaldus autor eſt, quæ circumfertur, legis Burgundionum. Gundeuchi neptis Crotildis, cum nupſiſſet Clodovæo Magno Francorum regi, hic ad magnum Galliæ Imperium adſpirans, facile belli prætextus invenit adverſus affines, atque ſic

quoque patre filius impetrare poterat, ut præ reliquis Ducibus ſibi aliquid eximii tituli

---

ſic regnum Burgundionum cum regno Franciæ poſtea unitum & in provinciam redactum eſt. Tum ſub regibus Merovingis regnum Franciæ dividentibus, regnum Burgundiæ jam cum Auſtraſia, jam cum Neuſtria conjunctum fuit, donec Carolus Martellus, Major domus, Pipinum filium rectorem Neuſtriæ Burgundiæque imponeret; hic vero rex Franciæ creatus Carolo filio Burgundiam in partitione regni tribuit; ſub quo, toto Franciæ regno rurſus potiente, & Magni nomen adepto, ipſe Burgundiam per præfectos adminiſtrari ſolitam Carolo (filio natu maximo, ſed ante patrem poſtea mortuo) attribuit. Porro poſt multa bella filiorum Ludovici tandem convenitur inter eos, ut Lothario præter dignitatem imperii Auſtraſia cum titulo regis Burgundiæ atque inferiori hujus parte obtingeret; inter Lotharii filios Carolo regnum Burgundiæ per pactum aſſignatum fuit. Hoc ſine liberis mortuo Burgundia inter fratres ejus ſuperſtites Ludovicum II. Imperatorem & Lotharium juniorem diviſa eſt. Poſtea Lothario juniore mortuo Ludovicus II. equidem inauguratus eſt rex Burgundiæ, ſed tamen pacto iterum Burgundiam diviſit cum Carolo Calvo, ut hic inſignem eamque remotiorem Burgundiæ partem haberet, partem Rheno

tituli adponeret, x) Et tamen laude digna Austriacorum hinc solertia. Nam ut recens

Rheno propinquiorem Ludovicus II. retineret. Carolus Calvus Viennam Bosoni uxoris fratri regendam commisit, cui altius evecto primates Burgundici, apud Mantulam, quæ ditionis Viennensis est, congregati, Burgundiæ regnum, quod ab eo prensari sciebant, capessendum obtulerunt, Hic Boso a Caroli Calvi agnatis propterea bello petitus & in angustias redactus dedita Vienna tum urbis hujus, tum Burgundiæ Cisararicæ jacturam fecit. An trans Juram regnaverit, incertum est, hoc certum, provinciam Arelatensem cum metropoli ejusdem nominis in fide Bosonis mansisse, quæ cum solum fuerit Burgundiæ portio, per contemtum ab adversariis *provinciæ* regulus dictus, & inde *provinciæ* nomen ejus territorio tributum. Successu vero temporis a scriptoribus, quod antea regnum Burgundicum dicebatur, regnum *Arelatense* vocari cœpit. Vide hæc singula latius exponentem Celeb. Schurtzfleisch. *differt. integra X. de veteri regno populoque Burgundionum.* Reliqua fata regni Burgundici pete partim ex positionibus ad §. fin. dictæ dissertationis, partim ex Illustris Cocceji *cap. 5. §. 23.--38.*

x) Titulum Archiducalem jam minimum a temporibus Friderici II. Austriacis fuisse indultum, ostendunt Obr. *p. 27.* & Kulp. *p. 225. seq.*

y) Et

recens familia priorem præ antiquis locum in Comitiis occuparet, invidiosum nimis erat; neque tamen illis cedere placebat. Igitur sibi primum locum inter Principes Ecclesiasticos cepere, *y)* qui separato a Principibus secularibus scamno sedent. Hi enim, cum ex inferiori, *z)* ut plurimum, prosapia ad fastigium principale ascendant, non adeo pertinaciter super loco cum ipsis erant certaturi.*) Quanquam ista modestia illis non sine præmio fuit. Nam eo modo in senatu Principum directorium, quod vocant, alternis vicibus cum Archiepiscopo Salisburgensi exer-

y) Et hanc sedem datam esse Austriacis a Friderico I. ostendit Kulp. *p. 226.* & Obr. *p. 27.*

z) Puta Nobilium, Comitum &c. Alia ratio est eorum, qui ex ignobili & vili prosapia dignitatibus ecclesiasticis etiam non principalibus admoventur. Hic enim vulgatum illud: Asperius nihil est, humili, cum surgit in altum; obtinet sæpe, & hinc tot lites Clericorum super præcedentia, contemtu &c.

*) Imo hæc ratio jam cessat, nec præsumenda, si Austriaci privilegium hoc ab Imperatoribus acceperunt. Clerus enim Pontificius omnibus Laicis controversiam movit ratione præcedentiæ.

a) Non

ercendum, obtinuerunt. *a*) Iſta tamen tantum abeſt, ut abs quoquam cordato vitio ipſis verti queant, ut potius ſummæ ſtupiditatis deberent argui, ſi occaſione ſeſe præbente in commodum ſuum non ſolerter fuiſſent uſi. Sic ergo Auſtriaci ditione ſua complectuntur pleramque Germaniæ partem, qua illa ad Orientem vergit. Accedit regnum Hungariæ paulo minus *b*) quam hæreditario jure ad eandem ſpectans; quod inter alia huic quoque fini hactenus inſerviit, ut propugnaculi inſtar reliquis ditionibus Auſtriacis contra irruptiones Turcarum prætexeretur; & ut

a) Non tamen hodie absque proteſtatione Salisburgenſis. Autor der Grundfeſte *p. m.* 119.

b) Addit Kulpiſ. *p.* 227. hodie *fere* hæreditarium eſſe, inſertumque familiæ Auſtriacæ, diplomate non ita pridem publicato, cum conjurationes in caput Cæſaris eſſent detectæ. An autem differentia ſit inter *fere* hæreditarium, & *paulo minus* quam hæreditarium, neſcio. Certe portiones Hungariæ, felicibus armis Leopoldi Turcis ademtæ, ſecundum naturam bello acquiſitorum hæreditariis bonis adſcribi poſſunt. In alia omnia abit Pacificus *d. diſs.* 7. §. 2. multa alia huc non pertinentia, ut mitiſſime loquar, ibidem per totum §. admiſcens.

c) De-

ut terrore belli Turcici pecunia Germani emungerentur. c)

IV. Probe autem obſervandum, Auſtriacos in ſua familia dignitatem Cæſaream tamdiu continuaſſe, non ſolum quod vix ulla ſit præter ipſam per Germaniam domus, quæ ejus faſtigii ſplendorem propriis reditibus tolerare queat: ſed etiam quod opes ſuas ita diſpoſuerint, ut nullo negotio peculiarem rempublicam conſtituere poſſent, d) ſi contingat, alium ad Cæſa-

c) Debuiſſet iſtud ſcomma omitti, hauſtum haud dubie ab Hippolitho a Lapide, ut Pacificus *p. 300.* & Obrechtus *p. 27.* notarunt. Notat tamen ſimul Pacificus, olim fortasſis veritatem interdum huic opinioni prævaluiſſe: Habere aliquid ex iniquo omne magnum exemplum: hodie ordines Imperii loco pecuniæ milites in bellum Turcicum mittere: antehac forte in eo genere eſſe peccatum: hodie tamen ſatis huic ſuſpicioni prævifum &c. Unde quam maxime hic non decorum a falſo ſeparandum. Omnes eo nævo laboramus, ut data occaſione promoveamus commodum privatum, prætextu publici.

d) Nota: autor hic ſemper loquitur quid facere posſint ſi velint, non quid velint aut velle de-

Cæsareum munus vocari. De talibus enim
L sibi

debeant. Non historica est ejus observatio, nec moralis, sed politica. Unde uno ictu cadunt, quæ contra autorem Pacificus *Disc. 8. §. 4. p. 302. seq.* movet, quasi sibi persuasum habuerit, quod Carolus V. in privilegiis Austriacis *id sibi proposuerit*, ut Austria separatam rempublicam constituere posset; cum tamen illa privilegia ambitionem quidem aliquam spirent, non vero separationem *intendant*, *(p. 306.)* neque evincere ab autore allata quod Austriaci *velint* instituere rempublicam separatam; *(p. 309.)* suspiciones esse ingeniosas autoris cogitationes, nequaquam probationes in jure, (quasi pro tribunali ageret scriptor politicus;) Nos erubescere sine lege & ratione loqui; probationem incumbere Severino nostro; eam expediturum esse in illo Pentecostis festo, quando nivis altitudo hastam erectam æquabit *(p. 311. 312.)* & quæ sunt hujus furfuris alia. Et revera nescivit, quid ageret Pacificus, dum *p. 307.* dixit, Carolum V. istis privilegiis forte intendisse, ut si aliquando ad lineam Bavaricam perveniret Imperium, Austriaci tali prærogativa gauderent, ut Imperatori Bavaro non equidem in totum, sed in tantum obstricti manerent. Obrechti *p. 28. seq.* & Kulpisii *p. 228.* objectiones eo tendunt: 1. Privilegia Austriaca jam a Friderico I. esse indulta, a Carolo V. saltem repetita, 2. ea talia esse,

ſibi proſpexere *) privilegiis, ut, ubi alterius Imperatoris autoritatem agnoſcere diſpliceat, ſtatim dicere queant, ſibi cum Germanico Imperio nihil negotii eſſe, ſuas ditiones ſeparatam efficere civitatem, aut ſal-

eſſe, ut & reliqui Status non minora poſſideant, quorum tamen ſeparatio non timenda ſit. Quod 1. attinet, exinde ſaltem id probaretur, non ea intentione Carolum V. hæc privilegia repetiiſſe, ut ſucceſſores ſe imperio Germaniæ eximerent, de quo tamen, ut monitum, non eſt quæſtio; non probaretur, haud eſſe talia, ut hæc exemtio contingere poſſit, aut, (quæ autor in noviore hac editione addidit,) ut tantum non precario Majeſtatem Imperatoris colerent. Quoad 2. falſum eſt, reliquos Status habere tanta privilegia, ſi quis Auſtriacæ domus immunitatem ab oneribus, ritus inveſtiturarum, liberam comparitionem in comitiis, excluſionem Imperii a feudis Auſtriacis, privilegium reſpectu bannitorum, creationes Baronum & Comitum, liberam de territoriis diſpoſitionem &c. conſideret. Deinde ſi haberent, nihil inferretur contra autorem, metum ſeparationis non a ſolis privilegiis, ſed & amplitudine territoriorum deducentis.

*) Poſthuma editio melius: *ipſis eſt proſpectum.*

*) Sen-

ſaltem ſe non precario *) & quantum ipſis arrideat, Majeſtatem Imperatoris agnoſcere. Id quod non ſolum corpus Imperii inſigniter eſſet mutilaturum, avulſa tam inſigni parte; ſed etiam ad ſimilia molienda invitaturum, qui propriis ſeſe opibus ſubſiſtere poſſe confiderent. Imo exemplo ſemel introducto, etiam tenuiores diſpari eſſe conditione faſtidient. Sic demum ad faciem noſtræ Italiæ redigeretur Germania; quæ tamen an eodem modo ſeſe ſit conſervatura, mihi valde dubium videtur. Iſthæc autem non temere fingi, facile agnoſcet, qui noverit, regno Bohemiæ *e*)

*) Senſus eſt, ut editio poſthuma exprimit: *aut ſe non niſi precario* &c.

e) Nihil contra autorem faciunt, ſed potius aſſertionem ejus confirmant collectanea Pacifici *p. 310.* de juribus regni Bohemiæ. Goldaſti opus de regno Bohemiæ, continet quidem multa erudita, ſed non omnino tamen promiſcue aſſumenda, verum multa ſecundum affectum & intentionem ſcriptoris dijudicanda. †Conf. Dn. Coccej. *c. 3. n. 50. ſeq.* item *cap. 12. §. 14. ſeq.* Aliud dicendum hodie poſt acta comitialia anni 1708. per quæ regnum Bohemiæ arctiori vinculo cum imperio fuit conjunctum. Confer infra dicenda

cum reliqua Germania nihil fere esse negotii, nisi in electione Imperatoris; aut qui pleraque privilegia domus Austriacæ paulo attentius consideraverit. Pauca capita ex privilegio Caroli V, *f*) excerpsisse sufficiet; in cujus exordio non dissimulat communem hominibus affectum, ut suis familiis quam optime cupiant. Jubet Austriam esse feudum perpetuum, quod nulli Imperatorum ab ea familia tollere liceat. Jubet Austriæ Ducem esse Consiliarium Im-

da *ad. cap. 5. §. 2.* Sed & ante illud novum conclusum editio posthuma omisit verba: *nisi in electione Imperatoris.* Unde non immerito occasio sumi possit inquirendi, ad quem gradum unionis regni Bohemiæ cum regno Germaniæ res per illud conclusum perducta fuerit.

f) Possent etiam adversus ea, quæ Obrechtus de privilegiis Friderici I. Henrico Marchioni Austriæ, in præmium quasi cessarum prætensionum in Ducatum Bavariæ, concessis *p. 28. seq.* affert, dubia moveri in favorem autoris; non concessa esse illa privilegia provinciæ & territorio, sed familiæ Henrici. Hac igitur extincta, novam concessionem esse, non repetitionem, quæ subsequentibus temporibus a Carolo V. fuit expedita, ubi tamen pristina causa concessionis non subfuerit &c.

*) Edi-

Imperii, ita ut ipſo inſcio nihil decerni queat. Et tamen ipſum ejusque ditiones ab omnibus Imperii oneribus immunes declarat, utut Imperium iſtis tutelam præſtare debeat. Ergo in favorabilibus eſt membrum Imperii, in odioſis non item. Dux Auſtriæ non tenetur inveſtituram petere extra ſuas ditiones, ſed illa ipſi intra easdem debet offerri. Scilicet quia ob nudam recognitionem feudalem inferiorem ſe Imperio *) agnoſcere non vult: quaſi ultro rogandus ſit, ut Imperii Vaſallus audire velit.**) Et inſignia, quibus, dum feudum accipit, utitur, ſatis arguunt, agendum cum ipſo tanquam æquali, non tanquam ſubjecto.***) Poteſt quoque ad comitia comparere, ſi velit; ſi nolit non tenetur. ****) Quæ geſſerit in ſua ditione, Imperatori corrigere non licet. Imperio

*) Editio poſthuma: *obnoxium ſe Imperatori.*

**) Editio poſthuma loco *velit*, poſuit: *non dedignetur.*

***) Edit. poſth. ſic emendat: *magis tanquam cum æquali, quam cum ſubjecto.*

****) In editione poſthuma hic paragraphus plane eſt omiſſus.

b) Sunt

in Austria feudum obtinere non conceditur. Subditi ipsius ad extranea judicia non trahuntur; a sententiis ejusdem provocatio non datur. Licet ipsi citra periculum receptare banno notatum, ut tamen actori requirenti justitiam administrari curet. Sed ab Austriaco proscriptus, ab alio, aut alibi quam in Austria, non absolvitur. Tributa nova in ditionibus suis pro arbitrio indicit. In ditionibus itidem suis Comites, Barones & Nobiles creat; id quod in Germania alias summi Imperii esse creditur. Denique ne obscurum sit, ipsum nihil juris Imperio in suas ditiones concedere, deficientibus masculis, ad fœminas devolvi easdem cautum est, aut si ne fœminæ quidem supersint, licebit easdem ultimo possessori transferre aut alienare, quocunque placuerit. Plura addere nihil attinet. Nam ista etiam modice sapientibus sufficere possunt, quibus satis constat, quam facile eludantur speciosa juris vocabula, hominibus scholasticis tanto cum fervore jactata, g) ubi

g) Sunt hæc verba huic editioni addita, quibus verosimiliter autor respexit ad objectiones Paci-

ubi quis aliorum vires tuto contemnere

L 4 va-

Pacifici a Lapide *Disc. 8. §. 4. p. 302.* Bona Imperii non esse in marsupio solius Imperatoris, „ ut illa possit e fenestra velut ejicere: Et quam-„ vis privilegia tantum valeant, quantum con-„ suetudo & præscriptio, tamen non attendi„ ea, si sint contra utilitatem publicam: Non„ posse Imperatori vigore reservati in conceden-„ dis privilegiis tantam competere potestatem,„ ut Imperium contra titulum Germanicum zu„ allen Zeiten Mehrer des Reichs angustare, impe-„ riique Aquilæ pro lubitu pennas extrahere„ queat, ut ita semper Augustus, tandem in„ hominem Platonicum i. e. animal bipes im-„ plume degeneret: Nullum privatum esse„ Dominum membrorum, nec abuti rebus su-„ is in perniciem reipublicæ debere; quid sta-„ tuendum de Imperatore, si is membra Impe-„ rii incorporata, sub prætextu privilegii, suæ„ potestatis redderet; Cæsarem tanquam Tuto-„ rem Imperii, sine consensu ordinum tanquam„ contutorum provincias alienare non posse, si„ nolit Vitricus audire; per ejusmodi interpre-„ tationem privilegii, Imperium ingens incur-„ rere damnum, utilitatemque Germaniæ pu-„ blicam maximopere lædi, aliisque ad similia„ molienda fenestram aperiri, eoque pacto Im-„ perii majestatem puerilibus crepundiis non„ absimilem reddi; licere equidem privilegia„

ple-

valet.*) Sic simplices valde oportuit ef-

„ plenissime interpretari, modo non absurda „ in statum publicum redundent: privilegia „ ista in totum ex Imperatoris & Imperii bene„ ficio profluxisse, adeoque civiliter, non Judai„ ce interpretanda esse, acsi emancipatio per „ ea ab Imperii summa potestate facta sit: Au„ striam esse in perpetua Imperii tutela, & Au„ striæ Ducem, vi privilegii, perpetuum Con„ siliarium Imperii intimum, &c. Hæc sunt ista speciosa juris vocabula, hominibus scholasticis tanto cum fervore jactata.

*) Editio posthuma: *tuto despicit.* Addantur ibidem & sequentia: *Quæ tamen haud quicquam ad invidiam isti Domui faciendam moventur; cum in laude utique habendum sit, fortunæ sese ultro prebentis favore ad opes suas stabiliendas dextre uti calluisse. Equidem non desunt, quibus hæc interpretatio ideo displicet, quod privilegia ista in Austriacos a Friderico I. Imperatore jam collata fuerint, diu antequam Habsburgici Cæsarea dignitate potirentur; adeoque antequam per rerum naturam cogitatio suscipi posset de hac dignitate per hæcce privilegia penes istas stabilienda. Quibus addunt aliqui, ista onerosa admodum titulo parta ac ingenti Germaniæ bono cessisse: quia scilicet Henricus Marchio Austriæ jure suo in Bavariam destiterit, cui antea controversia cum Henrico Leone Saxone agitabatur cum perturbatione totius Germaniæ. Nam cum privilegium Friderici I. Henrico Mar-*

Marchioni, post Duci Austriæ ob peculiarem causam concessum sit, non potuit istud ejusdem personam & familiam egredi. Nequaquam autem illud collatum fuit in ipsam provinciam Austriam, ita ut quicunque deinceps eadem potiretur, ex alio jure, quam quod ab Henrico isto derivatum fuit, eodem utique gauderet. Nam Henricus Marchio jure in Bavariam cesserat, non Ordines provinciales Austriæ. Multo minus in familiam Habsburgicam cadunt rationes illæ, quas Fridericus I. adducit; quæ nullum unquam jus in Bavariam habuit, nec ejus cessione tranquillitatem Germaniæ restituit, tanto privilegio pensandam. Unde & eadem, cum post extinctam priorem Austriacam familiam istis provinciis potiretur, prioris hujus familiæ privilegia ob peculiarem causam concessa vindicare sibi non potuit, nisi postquam a suis Cæsaribus in ipsam collata sunt; quibus minus invidiosum judicatum, id suis tribuere, quod priores ejus provinciæ possessores obtinuerant; præsertim cum nemo reperiretur, qui isti concessioni contradiceret. Ac nihil obstat, non eandem intentionem fuisse ejus, qui privilegium ab initio dedit aut accepit, qualis est ejus, qui postea ad usum prioribus non cogitatum id applicare callet. Ac sane si Fridericus I. ejusmodi interpretationem & effectum istius privilegii prævidere potuisset, graviter eo concesso in munus Imperatorium peccasset, quippe proximo gradu ad destruendum Imperium structo. Nam si omnes Principes tali privilegio gauderent, dudum in scopas dissolutas abiisset Germania. Sicuti & a nullo alio Imperatore ulli Ordinum, quantum mihi constat, datum fuit; quod nec in ullum cadere potest, nisi qui Imperatorium fastigium suæ familiæ velut desponsare instituit.

esse, *) qui non animadverterint ludi-
bri-

*) Hæc verba usque ad versiculum: *Hodie mascula stirps*, in editione posthuma ita sunt emendata: *Laxius adhuc cum Germania cohærent provinciæ Belgicæ, quas Carolus V. Cæsar Imperio sub Circuli Burgundici vocabulo innectere instituit, pollicitus ad publica onera tantundem illas collaturas, quantum duo Electores. Cujus instituti ea præcipue ratio videtur, ut Germani eo nomine obstrictos sese crederent ad mittenda auxilia, si quando istæ provinciæ a Gallis impeterentur; utque adeo Germania omnibus bellis, queis Austriaca Domus cum Gallia fere continuis colliditur, immisceretur. Forte & hoc modo animos addere voluerat Ordinibus, ut lubenter ad bellum Turcicum conferre pecunias vellent Ordines, in quod tunc pleraque ista tributa erogabantur, si & ipse Cæsar ditiones suas in partem oneris vocaret. An & illud tunc spectavit, ut Philippo filio ad imperium adspiranti objici non posset, ipsum in Germania nil ditionum habere, postquam Austriacum in Germania patrimonium Ferdinando cesserat? Sed quacunque ratio subegerit, ea conjunctio fere effectu carere visa fuit, nisi quod Burgundiæ nomine in comitiis suffragium fertur. Nam & ita ample Belgarum libertati cavendum fuit, ut tota illa corruptio ad solam fere causam tributorum, quæ pro communi tutela Germaniæ essent necessaria, adstringeretur; quæ & ipsa tamen Belgæ conferre abnuerunt: ac vicissim Germaniæ Ordines nunquam se obligatos crediderunt, ad partem bellorum Belgicorum capessendam, velut ad se nihil spectantium.*

b) Si

brium *b*) Caroli V. Belgium ſuum partem Imperii declarantis, magnifica cum pollicitatione, ut illud Imperio tantundem penderet, quam duo Electores. Nam iſta omnia inſumebantur in bellum Turcicum, adeoque ad conſervationem ditionum Auſtriacarum. Et cum rationes tributi ad bellum Turcicum in manu Auſtriacorum fuerint, non valde rigidos habituri erant exactores Belgæ, ſi in portione ſua conferenda eſſent paulo ſegniores. Sic ut facile fuiſſet Italo alicui credere, pollicitatione ſua Carolum V. Germanis duntaxat voluiſ-

b) Si a circumſtantiis ſpecialibus abſtrahamus, conjecturæ autoris non eſſent a vero abſimiles, ſed ſi conſideremus, quæ Obrechtus hic adduxit *p. 30. ſeq.* (Status Imperii Carolum V. non ſine acri contentione eo perduxiſſe, ut „ Belgium ſuum partem Imperii declararet; „ Belgicas item provincias pridem in Imperii ob-„ ſequio fuiſſe, & ad comitia fuiſſe vocatas, àq; „ Maximiliano id actum, ut uno Burgundici cir-„ culi titulo in corpus Imperii cooptarentur; pol-„ licitationem Caroli a Statibus Imperii, ut adver-„ ſam juribus Imperii jam ante competentibus, „ fuiſſe aliquoties impugnatam;) „ excuſabitur Carolus, ut eum ab imputationibus ſpecioſis autoris liberemus. *Conf. Kulpiſ. p. 229.*

i) Et

voluisse animum addere; ut eo promptius pro alienis rebus servandis sua erogarent, cum videant ipsos dominos in patrimonii sui commodum aliquam oneris partem non defugere, etsi negotium istud effectu caruit, Ordinibus Belgii tributa conferre abnuentibus. Quanquam & alia fortasse ratio fuit, ut scilicet Philippo filio, ad Imperium adspiranti, *i*) objici non posset, ipsum nullas in Germania habere ditiones, postquam Austriacorum in Germania patrimonium Ferdinando cessserat. An, ut eo nomine Germani obstrictos sese crederent ad mittenda auxilia, si quando Belgium a Rege Galliæ impeteretur. Hodie mascula stirps *) ejus domus ad

i) Et ab hac suspicione Carolum V. liberat Obr. *p. 32.* ostendens: Ferdinandum pridem creatum Regem Romanorum, & ante hanc promissionem jam a fratre sollicitatum, ut Philippo dignitatem Regis Romanorum cederet, repulsam ei dedisse.

*) Editio posthuma: *Hodie mascula ejus Domus stirps, quæ ad duos tantum redacta erat per Leopoldum Cæsarem, velut revirescere in Josepho & Carolo cæpit, cum Carolus Hispaniarum Rex optata prole beari non potue-*

ad duos tantum redacta eſt, Leopoldum *l*) Cæſa-

potuerit. Et tum verba finalia: *Illi autem* &c. plane ſunt omiſſa.

l) Poterat Pacificus *p. 314. ſeq.* intempeſtivas cenſuras de laudatiſſimo Imperatore omittere. Habent Pontificii ſuas ſuperſtitiones, habemus & nos: uti vero inter noſtros dantur per DEI gratiam, qui a ſuperſtitionibus ſunt alieni, ita & inter eos qui in Catholica religione ſunt educati, multos dari|nullos dubito. Nec credo, nos cauſas habere, ut Principibus Catholicis exprobremus, quod Jeſuitis & Clero nimis ſint obnoxii, aut ut in Jeſuitarum inſidias invehamur aut in Patrem Laimermannum & alios ſimiles. Poſſunt & noſtri, ſi Clerici eſſe velint, h. e. ſi Miniſtrorum verbi officium genuinum negligant, & ſe ſolos populum DEI electum, reliquos vilem plebem eſſe opinentur, turbas multas in Politia & Eccleſia dare. Felix reſpublica, cui contingat Princeps ſapiens, Miniſter Status ſine avaritia, & Confeſſionarius aut conſcientiæ director ſine ambitione & qui ſit vir pacis nec hæretifex. Sed ut ad Imperatorem redeamus, uti intempeſtiva adulatio eſſet, viventis laudes publicare; ita magna virtutum ejus indicia ſunt, quod in privatorum conventibus, ubi liberiora ora eſſe ſolent, ubique, etiam apud Proteſtantes, ob inſignem clementiam & ſapientiæ amorem bene audiat, & nullum adeo ſit

Cæsarem, & Carolum Hispaniæ Regem; & de hujus quidem vivacitate pauci sibi ampliter pollicitantur: Illi autem ut fœcundum mascula prole matrimonium contingat, *m*) multos Germanorum optare audivi; quod metus sit, ne tam gloriosæ stirpis ultimus sumtuosis nimis certaminibus sepulcralibus sibi parentari postulet. *)

V. Fa-

sit dubium, fore, ut aliquando post fata posteritas eum bonis Principibus adscriptura sit, quæ demum vera laus est, ubi nimirum nulla neque metus neque adulationis suspicio subest.

m) Contigit jam per divinam gratiam, quæ ut Josephum Romanorum & Hungariæ Regem exoptatum cum Serenissimo Fratre, & in posterum conservare, atque micantes jam virtutum radios quotidie augere velit, tota optat Germania.

*) Politica hæc prædictio post mortem Caroli Regis Hispaniæ jam effectum sortita est, sumtuosis istis certaminibus sepulcralibus adhuc proh dolor! durantibus. Major metus suberat, totam Germaniam bello intestino implicatum iri, cum Josephus Imperator inexpectata morte in mediis istis turbis ad meliorem vitam raperetur. Sed prospexit tamen & huic metui divina providentia, ut Germania citra

turbas

V. Familia Comitum Palatinorum Rheni & Ducum Bavariæ *n*) circa antiquitatem nulli concesserit. Amplissimum quoque tractum ab Alpibus ad Mosellam us-

turbas in mediis istis turbis de optimi Imperatoris optimo Successore Carolo VI. sibi gratulari potuerit.

n) Vide Burgold. Part. I. Disc. 24. 25. 27. Rittershusii Tabulas Ducum Bavariæ & Comitum Palatinorum. † Adde omnino Dn. Coccejum *cap. 3. sect. 1. & 6.* In priore docet Bojorum originem & sedes antiquas, ac quomodo Rex Bavarus a Clodovæo Francorum Rege victus atque ab ab hoc Bavaria, primus in Germania Ducatus, proprii juris effectus fuerit: tum hujus Ducatus fata sub Carolingis & restitutionem ad priorem formulam sub Henrico I. ac succesiones usque ad Henricum Leonem: tum ejus dilacerationem in varias partes recenset, ac quomodo Palatinæ familiæ cesserit: denique ejus statum hodiernum memorat. In posteriore ab origine regni Francici monstrat, quod Comes Palatinus Rheni sub Merovingis idem fuerit ac Major Domus, subsequentibus vero temporibus a Palatio seu Sala, ubi conventus regni in terra Rhenensi sub Carolingis potissimum fuit, Comes Palatinus Rheni dictus, revera autem Dux istius provinciæ Rhenensis fuerit. Simul autem docet, quid sit Ducatus Franciæ, & quomodo desierit.

*) Ad-

usque,*) duosque insuper Ducatus **) in confinibus Belgii ditione amplectitur. In duas lineas dividitur, Rudolphinam & Wilhelminam.o) Hæc jam olim Ducatum Bava-

*) Adde ex editione posthuma: *etsi aliorum ditionibus hinc inde interstinctum*, i. e. Ducatu Wurtenbergico, Alsatia & parte Ducatus Lotharingici.

**) i. e. Ducatus Juliaci ac Montium.

o) Scilicet Ludovicus Severus Dux Bavariæ & Elector Palatinus mortuus 1275. duos reliquit filios, Rudolphum Comitem Palatinum Electorem, & Ludovicum Bavarum Imperatorem. Ex Rudolphi posteris descendunt moderni Comites Palatini, ex Ludovici posteris modernus Dux Bavariæ. Unde & linea Rudolfina ab isto Rudolfo sic nominata, denotat Comites Palatinos, linea Wilhelmina vero a posteris Ludovici pluribus hujus nominis sic dicta, denotat Duces Bavariæ. Etenim Wilhelmus I. Ludovici filius, Wilhelmus II. ejus nepos, Wilhelmus III. pronepos, Wilhelmus IV. trinepos, Wilhelmus V. trinepotis nepos, & simul moderni Bavariæ Electoris proavus fuit. Hæc omnia cum sint plana, jam facile intelliguntur monita Kulpisii *p. 231.* & Obr. *p. 33.* Ludovicum Imperatorem esse autorem lineæ Wilhelminæ; Instrumentum pacis ab usu recepto lineæ Wilhelmi-

Bavariæ obtinuit, divitiarum opinione ſemper celebris. Proximo bello prædæ nomine acceſſit dignitas Electoralis *p*) & ereptus cognato Palatinatus ſuperior. Sed & per integrum fere ſeculum Bavari obtinuere Electoratum Colonienſem, *q*) præter quem modernus *r*) poſſidet Epiſcopa-
M tum

helminæ receſſiſſe, & per eam ſolam Wilhelmi IV. & V. proſapiam intelligere, item: errare Sprengerum, dum originem Wilhelminæ lineæ a Wilhelmo I. Hollandiæ Comite, Ludovici filio, ſed ſine liberis mortuo deducit, &c.

p) De antiqua controverſia inter Palatinum & Bavarum ſuper Electoratu vid. Strauch. *Diſſ. Exot.* 3. Kulpiſium *p.* 232. Adde Inſtrum. Pacis *artic.* 4.

q) Quem etiam poſt mortem Maximiliani Henrici patrui anno 88. obtinuit, fruſtratis Cardinalis Fürſtenbergii artibus, moderni Electoris Bavariæ Maximiliani Emanuelis frater, Joſephus Clemens, Epiſcopus Friſingenſis & Ratisponenſis. † Poſtea vero, ut notum, hi duo fratres banno Imperiali notati ac Electoratibus privati ſunt. Atque ſic hac occaſione Elector Palatinus in priſtinum locum reſtitutus eſt.

r) Qui tum erat dictus Maximilianus Henricus. Sed & antecedentes plures Epiſcopatus poſſe-

tum Leodiensem & Hildesiensem. Linea Rudolphina in complures sese ramos scindit. *s*) Capiti familiæ, *) Electori Palatino, Pala-

possedisse ex Kulpis. *p.233.* & Lohmeyero *in Tabb. N. 4. & 5.* patet. Fuerunt igitur ab anno 1565. Duces Bavariæ Archiepiscopi Colonienses 1. Ernestus, 2. Ferdinandus, 3. Maximilianus Henricus, 3. Josephus Clemens, *Lohmeyer ibid.*

s) Vide Kulpis. *p. 33. seq.* Rittershus. *in Tabb. Com. Palat. lit. A. & B.* Lohmeyer *Tab. 6. seq.* De votis in comitiis Imperii Comitibus Palatinis competentibus & variis inde ortis controversiis vide Obr. *p. 34.* Kulpis. *p. 235. 401.--426. item 427.*

*) Hæc & quæ sequuntur ad finem paragraphi, ita nunc mutata sunt in editione posthuma: *Cujus caput, qui post priorem extinctam nunc est, præter Palatinatum inferiorem, fertilissimam & amœnitate nulli Germaniæ parti cedentem regionem Ducatus Juliaci & Montium obtinet, modica cum ditione Neoburgica ad Danubium. Ad Carolum XI. Sueciæ Regem Bipontinus Ducatus devolutus est, quem tamen Galli cavillatione feudorum Metensium usurpare instituerunt. Sunt præterea Palatini Lauterecienses seu Veldentini, Sulzbacenses & Birckenfeldenses ex parte etiam prægravem Gallorum viciniam experti.* Cæterum Rex Sueciæ per instrumentum pacis Ryswicense Ducatum Bipontinum a rege Galliæ recepit.

t) Post

Palatinatus inferior mansit, fertilissima regio, & amœnitate nulli Germaniæ parti cedens. Palatinus Neoburgicus, præter ditionem ad Danubium, Ducatus Juliaci & Montium jam tenet. Sunt præterea Palatini Sultzbacenses, Simmerenses, Bipontini, Birckenfeldenses, Lautrecenses, modicarum ditionum Domini. Dedit quoque familia Bipontina *t*) Suediæ Regem, Carolum Gustavum, a quo prognatus Carolus, hodie rerum potitur, ad quem post pacem Osnabrugensem *u*) spectant in Germania Ducatus Bremensis, Verdensis & Pomerania anterior, cum Stetino, nec non Principatus Rugiæ & Dominium Wismariæ. Floret quoque hæc familia hodie Principibus insigni laude celebribus. Nam uti Bavaros *x*) eximia pietas *y*) commen-

M 2 dat;

t) Post mortem novissimi Ducis Bipontini, Ducatus ad Regem Sueciæ successionis jure pervenit, sed possessio a Gallis interversa. Quæ super restitutione illius publice acta sint, refert Kulpis. *p. 394. seqq.*

u) *Art. 10. §. quarto ratione 9.*

x) Ad hos etiam pertinet Landgraviatus Leuchtenbergicus de quo vide Obr. *p. 33.*

y) Qui genium autoris & affectum ex hoc scripto

dat; ita Electorem Palatinum z) præter alias virtutes, rarissima sapientia inter ornamen-

scripto & aliunde novit, ei facile apparet, quod ironice ista ab ipso dicta sint, & pietatis vox pro superstitione posita, unde censura hic in autorem abstinere potuissent Pacific. *Disc. 8. §. 5. p. 317.* Schookius *Dissert. 3. th. 3. p. 22.* Eusebius de Vita Constantini *cap. 15. lib. 4.* scribit: *Quanta vero fidei vis divino quodam instinctu in ejus animo defixa fuit vel ex eo intelligi potest, quod in aureis nummis imaginem ita insculpi curavit, ut pansis manibus instar precantis cœlum contueri videretur. Quod genus nummi hac effigie sculpti per omnes imperii gentes volitabat.* Vel igitur Bavaris pietas Constantiniana non inferior tribuenda, quorum Ducati aureis Constantini nummis simillimi non ita pridem fuerunt, vel fatendum, jam Constantini temporibus fidem & pietatem tanquam in medio Papatu fuisse in his pseudosignis quæsitam. Sed ista quidem autor de Ferdinando Maria sensit. Modernus Elector strenuam operam navavit in bello Turcico & Gallico.

z) Carolum Ludovicum, patrem Raugraviorum ex Degenfeldia, Principem sapientissimum (*conf. Pacif. p. 217.*) cujus bigamiam uti non probo, ita ferre nequeo, quod clades & vastationes, quibus Palatinatus succubuit, isti nævo adscribantur communiter. Pertinet istud judicium ad

namenta suæ nationis collocat. Nec minus inter prudentissimos Germaniæ Principes numeratur Neoburgicus; *a*) cui nonnulli

ad reliquias Papatus. Sit Princeps parricida, perjurus, mollis, avarus, tollitur in cœlum cum Constantino, si modo Clericum in adulterio deprehensum paludamento suo obtegat, & ubique ei vivat obnoxius; omnesque calamitates vel plebi vel hæreticis quibusdam imputantur. At si Princeps vel tantillum licentiæ clericali frenum injicere aut a receptis opinionibus recedere tentet, etsi alias optimus, nullus casus, nulla vis divina occurret, quæ non vitiis Principis tota adscribatur. Plaudit vulgus Laicorum, cum nihil magis placeat iis, qui in communi reatu vivunt, quam si suas culpas videant ab aliis transferre in alios, sive innocentes, sive ex parte minima nocentes. Ita ludimus judiciis DEI.

a) Philippus Wilhelmus, post mortem Caroli (Caroli Ludovici filii) Elector *anno 1685*. Princeps prudentissimus, (conf. Pacif. *p. 318.*) & socer Imperatoris, Regis Hispaniæ, Portugalliæ &c. infelix tamen & a Gallo deturbatus, cujus filius Joh. Wilhelmus anno 90. patri successit. Lohmeyer *Tab. XII.* Kulpis. *p. 261. seq.* recenset pacta inter Carolum & Phil. Wilh. inita *p. 261. seq.* controversiam a Duce Veldentiano ratione successionis motam, & controversiam a rege Galliæ nomine Ducissæ Aurelianensis agitatam *p. 279. sq.*

coronam Polonicam *b*) augurabantur; non tam quod familiæ regiæ in Polonia per affinitatem sit innexus, quam quia dignissimus habebatur. Sed & Princeps Rupertus merito Neptuni terror cluebat.

VI. Du-

† Quarum ultima tandem per pacem Ryswicensem & arbitrium Pontificis decisa est. De utraque confer Giovanni Germaniam principem *lib. 4. c. 1. §. 22. & c. 3. §. 1. & 2.*

b) Anno 1669. post abdicationem Casimiri. Ubi post magnas Polonorum contentiones, variosque extraneorum ambitus, Ludovico Condæo cum filio Henrico Julio, Duce Enguiano, jam exclusis, Philippo Wilhelmo Palatino-Neoburgico Regum prædecessorum affini, & Carolo juniore Lotharingio, suffragiis & factionum affectu fere paribus, etiam valere jussis, tandem, ut ægre fieret his partibus mentione primum hujusmodi electionis a Gallica factione facta unanimiter eligitur Rex Piasteus Michael Korybutus Wiecnewiecky ab exrege pro adoptivo fere habitus, & regiis sumtibus peregrinatus, strenueque literas prosecutus. Hoc Leopoli Russiæ anno 1673. ut putant, veneno extincto, iterum spem succedendi habebat Philippus Wilhelmus Neoburgicus, sed per factionem Gallicam & metu inprimis, quod exercitui tanquam supremus regni Mareschallus præesset, eligebatur Johannes Sobieskius Rex.

c) Vi-

VI. Duces Saxoniæ *c)* meditullium fere Germaniæ insident. Ad ipsos jam *) pertinet Misnia, Thuringia, & modica ad

 Albim

c) Vide Lohmeyeri Tabulas. De controversia an jure Electoratus transmissus ad Fridericum Bellicosum præterito Erico V. Duce Lauenburgico agit Limn. *lib. 3. c. 10.* ubi etiam de transactione inter Electores Saxoniæ & Brandenburgicum superiori seculo inita ratione Burggrafiatus Magdeburgici. De præcedentia inter lineam Altenburgicam & Vinariensem vid. Kulpis. *p. 458.* & *p. 433.* de votis lineæ Ernestinæ, ut & *p. 434. seq.* de tentato voto Saxonico Querfurtensi. Conf. de votis Obr. *p. 36. 37.*

*) Saxones olim in Germania Thuringis successere & cum Frisiis ejusdem gentis & originis sunt. Dividebatur olim Saxonia in Ost- & Westphaliam: Status ejus popularis fuit ut aliorum populorum Germanicorum, mixtus tamen administratione optimatum, in quo etiam statu Carolus M. post victoriam reliquit, non autem in Ducatum erexit, neque adeo Saxonia ante Henrici I. tempora habuit Duces cum propria autoritate. Diversæ vero lineæ Ducatu hoc potitæ, unde successio Wittichindea, Billingia, Lotharii, Guelphica, denique post Henricum Leonem ubi Saxonia in plures Status divulsa, Ascania & hodienum regnans Misnica. Vid. Dn. Coccej. *cap. 3. sect. 3.*

d) Vid.

Albim regio, ſuperioris Saxoniæ nomine, ſuperior quoque & inferior Luſatia, nec non in Franconia Ducatus Coburgicus & Comitatus Hennebergicus. *d*) Regio alibi ubere agro, alibi metallis fœcundiſſima. Iſta familia in duas lineas dividitur, Albertinam & Erneſtinam. Ex illa erat noviſſime defunctus Elector *e*) cum tribus fratribus; *f*) inter quos ſecundo genitus ad vitam obtinebat Archiepiſcopatum Magdeburgicum. *g*) Ex hac erat Dux Altenburgicus, *h*) at-

d) *Vid. Obr. p. 35.*

e) Intelligitur Joh. Georg. II. Interim mortui ſunt Joh. Georg. III. Joh. Georg. IV. cui frater Dn. Fridericus Auguſtus ſucceſſit.

f) Auguſto, Chriſtiano, Mauritio, unde Duces Weiſſenfelſenſes, Martisburgenſes, Naumburgenſes. Huc pertinet teſtamentum Joh. Georg. I. & ſubſecuta transactio IV. fratrum. *Conf. Obr. p. 34.*

g) Nunc poſt mortem Auguſti ad Potent. Electorem Brandenburgicum translatum & in Ducatum mutatum ex conventione Inſtrum. Pacis. *art. XI. §. ſimiliter.*

h) Cujus Familia in Friderico Wilhelmo III. anno 1672. extincta & regio in Erneſtum Gothanum translata.

i) Septem

atque nunc sunt Duces Gothani, *i*) & qui ex quatuor fratribus Wimariensibus *l*) supersunt. Nec ulli ex omnibus puto sterile matrimonium contigit.

i) Septem Ernesti filii: Fridericus zu Gotha/ qui filium homonymum successorem reliquit, Albertus zu Coburg / Bernhardus zu Meinungen/ Henricus zu Romhild / Christianus zu Eisenberg/ Ernestus zu Eißfeld / Johannes Ernestus zu Salfeld. † Interim & in hac familia per mortem Alberti Coburgensis sine prole mascula &c. mutatio contigit.

l) Intelligit Johannem Ernestum Vinariæ, Adolphum Wilhelmum Isenaci; Johannem Georgium Marcosulæ, & Bernhardum Jenæ residentes. Nunc omnes quatuor mortui, & Adolphus quidem sine stirpe ditionem Isenacensem reliquit Joh. Georgio: Bernhardi vero filius Johannes Wilhelmus anno 90. etiam extinctus, ut adeo solum restent Johannis Ernesti Vinariensis filii duo, Wilhelmus Ernestus & Johannes Ernestus, & Johannis Georgii Isenacensis filii, Johannes Georgius & Johannes Wilhelmus. † Interim mortuus est Johannes Ernestus, sed relictis filiis. Item Johanne Georgio sine liberis mortuo Ducatum Isenacensem hodie tenet Johannes Wilhelmus.

*) In

VII. Subeunt inde Marchiones Brandenburgici. *) Caput familiæ Elector *m*) latis-

*) In provincia Vandalica a Slavis occupata Henricus I. Marchiam Brandeburgicam constituit, quæ adeo origine juris Germanici est, Slavis internecione cæsis & expugnata eorum metropoli Brenni arce. Eo ipso vero Marchio Brandenburgicus ut Dux provinciæ fuit consideratus, atque adeo causa apparet, cur Marchiones Misniæ & Lusatiæ non æque pro Statibus Imperii habeantur. Successiones variæ fuerunt, donec Sigismundus Imperator transferret ad Burggrafios Norimbergenses Comites Hohenzolleranos. Dn. Coccej. *cap. 3. sect. 5.* Cum vero sub Lothario II. Bavaria Saxoniæ jungeretur, & Henrico Superbo daretur, ac ita vacaret archiofficium Camerariatus, translatum id fuit ad Marchionem Brandenburgicum tanquam quartum Ducem provinciæ Germanicæ. Dn. Coccej. *c. 12. n. 7.*

m) Dum scriberet autor, sceptra tenebat adhuc Fridericus Wilhelmus gloriosissimæ memoriæ, Princeps qui per angusta, ut ex historia Pacis Monasteriensis constat, transierat per divinam clementiam ad augusta, & adversitatibus multis induratus multos divinæ benedictionis fructus sensit. Ita regulariter Principibus prodest ante felicitatem gustasse acerbiora, ita jucundum est adspicere augmenta rerum antea

latisſimarum ditionum Dominus eſt. Præter Boruſſiam, quæ extra Imperium Roma-

antea non magnarum. Indignatur Schookius, quod autor ſilentio præterierit laudes hujus Herois, ſaltem ut occaſionem arripere potuerit, ſub ſpecie laudum impertinentia quædam & frigida *Exerc. tertia* conſcribillare. Non laudare Principes viventes ſæpe modeſtia eſt, laudes eorum affectare, etiamſi vera dicas, adulatio eſt, impertinenter laudare inſania, & crimen. Nil difficilius, quam viventes ita prædicare, ut nec gratiam laudatorum perdas, nec adulationis ſuſpicionem incurras. Interim calumnias aliorum abſtergere potisſimum a mortuis, caritas eſt, imo debitum. Quorſum refero, quod Pacificus inculpet defunctum Electorem *Diſc. 8. §. 7. p. 321.* quod ſubditis ſuis Lutheranis æquo gravior viſus fuerit, quodque omnes Evangelici votis ardentibus optent, ut zelus ille tandem deferveſcat. Mendacium evidens. Cui haud dubie occaſionem dedit zelus intempeſtivus quorundam in & extra Marchiam, Chriſtianam intentionem optimi Electoris, rixas & injurias Chriſtianos non decentes exeſſe jubentis, ferre impotens. Fovit magnanimus Elector, fovet potentisſimus Elector modernus nos Lutheranos affectu paterno, quem utinam ex noſtris omnes, quod tamen multi faciunt, ſubmiſſo amore exciperent. Res ipſa loquitur, & ita ſuſpi-

manum jam collocatur, quamque nupera cum Polonis transactione tanquam supremus Princeps obtinet, *n*) subjectam habet Mar-

suspicionem adulationis non veretur calamus, ut certum sit, hominem etiam frontis impudentissimæ, veritatem hanc non negaturum, aut si negare ausus fuerit, non asserturum esse, quod Reformati meliorem tutelam sperare possint sub Principe Lutherano.

n) Originem controversiarum inter Polonos & Equites Ordinis Teutonici vide apud Johannem Casparum Venatorem in Historischen Bericht von Marianischen Teutschen Ritter-Orden. Lites potissimum cœperunt seculo 15. & anno 1466. pax inter Regem Poloniæ in bello superiorem & Magistrum Ordinis Teutonici inita, ut fidelitatem præstarent Magistri Ordinis regno Poloniæ, quam ut Ordini & Imperio Germanico præjudicantem successores non obstringere putatum est, donec Albertus Marchio Brandenburgicus ab Imperio derelictus, cum antea strenue per aliquot annos cum Polonis pugnasset, necessitate urgente per transactionem 1525. Prussiam Ducalem pro se & hæredibus a regno Poloniæ in feudum acceperit. [† Suasu Lutheri & Philippi. Hartknoch. Preuß. Kirchen-Historie *lib.2.p.267.*] Hanc transactionem Carolus V. 1530. nullam declarat ad instantiam ordinis, & 1532. Albertum banno ferit, hactenus tamen nondum

Marchiam, Pomeraniam ulteriorem, in Sile-

dum executione firmato, fruſtra eam in rem ſæpius ſollicitante ordine. Rationes vide apud Venatorem *d. l. p. 450. ſeq.* Poſt mortem Alberti ejus filius Albertus Fridericus 1553. inveſtituram Ducatus a Rege Poloniæ ſuſcipit, non contradicente Imperio, poſt quem agnati Johannes Sigismundus anno 1611. & Georgius Wilhelmus, anno 1621. item Fridericus Wilhelmus Electores anno 1641. Imperio nequaquam contradicente vel indignante ſimiliter inveſtiti ſunt. Sed anno 1657. per transactionem Welavienſem nexus feudalis remiſſus, & ſupremum Dominii vel, more loquendi recepto, ſouverenitatis jus in Fridericum Wilhelmum Electorem translatum fuit, *vide Kulp. p. 461.* & quidem interpoſita Leopoldi Imperatoris autoritate. *Imhof. lib. 2. c. 8. p. m. 67.* Igitur Borusſiam extra Imperium nunc conſtitutam eſſe per derelictionem ex negligentia, tempore eo quo Albertus cogebatur paciſci deductam oſtendit Conring. *de fin. lib. 2. c. 29.* qua ſuppoſita non opus eſt refugium quærere in præſcriptione ſeu derelictione præſumta ex diuturna & quieta poſſesſione, quod thema tractat Bœclerus *ad Grot. II. 4. 15.* Etſi vero Obr. putet *p. 37.* titulum hunc præſcriptionis per ea, quæ Bœclerus ibidem adduxit ſolide convelli, mihi tamen videntur alia omnia vel ex iſtis, quæ attulimus, patere.

Miror

Silesia Ducatum Crosnensem & Carnovien-

Miror potius, qua ratione Bœclerus omne fere robur interruptæ præscriptionis ponat in *art. 9. capit. Carol. V.* & repetitis in sequentibus capitulationibus, monitis de cura revocandi avulsa ab Imperio, quo tamen, meo quidem judicio nihil frigidius esse potest; nisi forte prætensiones Gallicas in omnia bona coronæ diu avulsa approbare velimus, quæ facile simili argumento stabilire quis posset. Et quamvis porro Henniges *ad Becker. p.* 47. moneat, Imperium jus sibi salvum velle in eam terram; & Imperatorem, quoties casus exigat, Magistro Ordinis Teutonici eam in feudum adhuc dare, qui se Borussiæ magistrum etiam scribat, tamen jam supra monuimus, tituli solam usurpationem præscriptionem non interrumpere. Unde valde placent, quæ habet *idem d. l.* „Borussia omnis no„bis periit nec sine culpa nostra, cum Albertus „Magister ordinis, tot annis privatis opibus „cum Polonis colluctatus semper opem & au„xilium Romani Imperii imploraret, irrito „eventu. Nam visi ordines in Comitiis anno „1512. habitis dubitare etiam, num ad Imperii „res pertineat Borussia. Impar ergo Polono„rum viribus & ab Imperio derelictus sibi tan„dem consulere cœpit, facta cum Polonis pace, „& Borussia titulo Ducatus a regno in feudum „accepta, quam ob rem immerito a Camera pro-

viensem, *o*) Ducatum Clivensem, ditionem Marcæ & Ravensburgii. Pro parte quoque Pomeraniæ, quæ Suecis concessa, & alias ad ipsum post extinctam familiam Ducum Pomeraniæ erat devoluta, tanquam æquipollens accepit Episcopatus Halberstadiensem, Mindensem & Caminensem, & nunc post obitum Augusti Saxonis Ducatum Magdeburgicum; ditiones amplas juxta & fertiles; & tamen credunt non-

proscriptus est, cum per se nullo modo stetisset, quin Imperium retineret provinciam, „ ni toties imploratis auxiliis frustratus fuisset. „ Imo habendæ grates fortunæ, quod provincia in Germanum Principem pervenit, nec „ regno Poloniæ sit incorporata. „ † Jam de hactenus dictis eo minus est dubium, postquam potentissimus Elector noster applaudente Imperio & universa Europa coronam Regiam capiti suo imposuit & ex Ducatu Regnum effecit, frustra protestante Magistro Ordinis Teutonici, cui adeo ob hactenus dicta non fuit difficile respondere. Utrum vero optima hæc causa ubique ex genuinis principiis fuerit deducta ac defensa, ad alias lectiones pertinet.

o) Seu Jägerndorffensem. Sed vide Imhoff. *d. l. 2. c. 8. p. 72. n. 17.* † Unde & in posthuma editione hic Ducatus omissus.

p) Ad-

nonnulli, maluisse eum pro hisce Pomeraniam integram retinere. *p*) Memini, cum nuper ex Germania reversus Patavii in conventu quodam, cui aliquot Marchiones ex Italia & Gallia *q*) intererant, narrarem, laudatum Principem ducenta milliaria Germanica in longitudinem posse conficere per suam ditionem, ut noctu in alieno territorio diversari necessum non haberet; (nam ea uno & altero in loco per intermedia territoria interrumpitur,) plerosque præsentium commune peregrinantibus vitium mihi impingere. Et periclitabatur fides mea apud nostrates, quos nescio quam ægre natale solum abs se dimittit, ni veteranus aliquis militum tribunus, qui diu in Germania stipendia fecerat, & quem in istius Principis aula quondam agno-

p) Adde Kulpis. *p. 462.*

q) Jucunda observatio & quam notatu dignam judicavit Kulpis. *p. 463.* ut adeo non opus habuerit Schookius *Ex. 3. §. 12. p. 29.* autori nostro censuram inferre, quasi abjecte de Marchionibus Germanis sentiat, quo nihil a mente autoris alienius. † Interim in editione posthuma, cum ibi autor personam Itali deposuerit, tota hæc observatio omissa.

r) Tres

agnoveram, subsidio dictis meis venisset. Nam erubescebant nonnulli, apud nos & in Gallia multos Marchionum titulo superbos incedere, qui vix ducenta jugera agri possiderent. Usque adeo ignorabant, toto cœlo Germanos Marggravios a nostratibus Marchesis differre. Sunt & alii Marchiones Brandenburgici in Franconia, & in Culmbacenses atque Onolzbacenses dispescuntur. r)

IIX. Familiis Electoralibus succedunt aliæ Principales s) adhuc superstites. Quarum cum nonnullas inter sese super præcedentia t) contendere norim, ita recensionis hujus ordinem velim accipi, ut ne quod

N

r) Tres lineæ, Electoralis, Culmbacensis sive Baruthensis & Onolsbacensis in filiis tribus Johannis Georgii Electoris exortæ sunt. Kulpis. *p. 459*. Lohmeyer *in Tabb.* De votis Domus Brandenburgicæ vide Obr. *p. 37*. Kulp. *p. 464*.

s) Quoad singulas familias hic recensitas præmitte Tabulas Rittershusii aut Lohmeyeri & Kulpisii Discursum *p. 463. seqq.*

t) Competentes aut alternantes super præcedentia vide in schemate ap. autorem Grund-feste. *p. 108*.

u) Dura

quod inanibus *u*) iſtis litigiis præjudicium creetur. Duces Brunſuicenſes*) & Luneburgenſes validisſimam in Saxonia inferiori ditionem posſident. *x*) In duos ſunt diviſi ramos, Wolfenbuttelanum & Cellenſem. Ad unum pertinet Ducatus Brunſvicenſis, quem jam regit Princeps ætate provecta. *y*) Ducatum Lunebur-gen-

u) Dura vox & quæ omitti poterat, ſi ſecundum decorum politicum rem examines, vera ſi ſecundum principia moralia. † Unde etiam in editione poſthuma fuit expuncta.

*) Cum Henricus Leo Ducatibus ſuis ſpoliatus eſſet, tandem Brunſvicum & Luneburgum ex Ducatu Saxonico recepit, ac ad filios transmiſit, in quorum favorem Fridericus II. civitatem Brunſvicum & caſtrum Luneburg cum acceſſionibus in Ducatum erexit anno 1235. Crevitque eo potentiæ Ducatus coemtis aliove jure quæſitis agris ac territoriis, ut ſæpe in quatuor pluresve Ducatus ſatis validos dividi potuerit. Dn. Coccej. *c. 3. §. 46.*

x) De votis Domus Brunſvicenſis & Luneburgenſis vide Obr. *p. 38.* Kulpiſ. *p. 467.*

y) Dum hæc ſcriberet autor, intelligebat Auguſtum rararum virtutum principem. Cui prope nonagenario anno 1660. ſucceſſit Rudolphus Auguſtus, maximus ſtudiorum æſtimator, qui

gensem duo fratres inter se divisere; quorum unus Cellis residet, †) alter Hannoveræ. z) Ex quibus hic jam Episcopatum Osnabrugensem *) etiam tenet. a) Mechel-

N 2 bur-

qui jam pulcherrimo exemplo pacificæ concordiæ serenissimum fratrem Antonium Ulricum ad communionem regiminis principalis vocavit, uterque jam in ætate provecta constituti. † Mortuo sine prole mascula Rudolpho Augusto, Antonius Ulricus nunc solus Ducatum Guelferbytanum possidet, Princeps clementissimus ac eruditissimus.

†) Georgius Wilhelmus. † Post cujus mortem Ducatus Cellensis iterum cum Hannoverano fuit unitus.

z) Ernestus Augustus. † Quo mortuo 1698. successit filius primogenitus Georgius Ludovicus, Princeps prudens, quem præsens ætas miratur, commendabit posteritas.

*) Qui secundum instrumentum pacis jam extra familiam, mortuo Ernesto Augusto, ad Ducem Lotharingicum est translatus.

a) Anno 1692. dignitate Electorali donatus fuit, contradicentibus pluribus. Vide *Miscellanea juris publici de Novemviratu.* Quæstiones in hoc negotio ventilatas notat Dn. Coccejus *in jur. publ. prud. c. 13. §. 3.* 1. An liceat? 2. An conducat? 3. An necessum sit? 4. An commode fieri pos-

posſit? 5. Cui liceat? 6. Quo modo? 7. An A.B. omnium Statuum conſenſu ſancita? 8. Num ſeptemviratus ex myſticis aut politicis conſiderationibus ſit conditus? Sed harum deciſio ad Principes eorumque conſiliarios pertinet, atque hoc tempore extra circulos noſtros eſt poſita. Tributum novo huic Electoratui archiofficium Vexilliferi, quod, quoniam non aulicum videtur ſed mere militare, quomodo emendari & functiones aulicæ eidem accommodari posſint, oſtendit Dn. Coccejus *d. l.* §. *16.* An vero per diſtinctionem inter functiones archiofficii hujus aulicas & alterius vexilli bellicas, lis quæ novo Electori cum Domo Würtenbergica intercedit, componi posſit, ut inclinare videtur Dn. Coccejus §. *17*, ego quidem dubito. Pertinent huc diſſertatio Obrechti *de Vexill. Imperii* & ſtricturæ in eam Kulpiſii *in diſcurſ. ad Monzamb. p. 478. ſeq.* pasſim occurrentes. † Sed per divinam providentiam omnes controverſiæ hactenus memoratæ ceſſant, poſtquam anno 1708. menſe Julio concluſo unanimi Imperii Electoratus hic approbatus, & Serenisſimus Elector menſe Novembr. ej. anni in collegium Electorale introductus fuit, qui etiam Comite Palatino in priſtinum locum reſtituto non ſolum officium Architheſaurariatus communi Electorum conſenſu ſuſcepit, sed & in nuperrima Caroli VI. electione omnibus officiis & juribus Electoralibus functus eſt.

*) Poſt-

burgensibus Ducibus*) mediocris a mari Baltico ad Albim tractus possidetur. In duas hodie lineas discesserunt, Suerinensem**) & Gustroviensem.***) Dux

 Wür-

*) Postquam Marchio Brandenburgicus ab Henrico I. constitutus, Slavos in provincia Vandalica subjugasset, qui reliqui fuere in hac provincia Slavi, olim in plures populos Ducesque distincti, pars in Pomeraniæ, pars in Obotritorum nomen sensim coivere, quorum sedes Meckelburgum. Postea vero Albertus Ursus cum Henrico Leone hos Slavos cæsos Poloniam versus rejecit, terramque Germanis implevit. Hinc cum geminus in his Meclenburgensium terris esset populus, Germani & Venedi, eorum Principes dicti sunt Duces Meckelnburgi & Principes Wendorum & a Carolo IV. anno 1348. terrâ in Ducatum erectâ inter Principes Imperii & Germaniæ indeque ad comitia recepti sunt. Dn. Coccej. *cap. 3. sect. 5. §. 77.*

**) Principatum Suerinensem ex gemino Episcopatu Suerinensi & Razeburgensi factum acquisiverunt Duces Meclenburgici per pacem Osnabrug. art. 12. ut damnum Wismariæ Suecis relictæ aliquo modo compensaretur.

***) De lite nupera, sed jam per arbitros decisa, ratione successionis, extant scripta varia, inter quæ præcipua sunt, quæ tangunt officium directo-

Würtenbergicus *) in Suevia ampla nec invalida regione gaudet. Ejus agnatus in extrema Germaniæ ora Comitatum Mumpelgardensem obtinet. Landgraviis quoque Hassiæ **) latum territorium subjicitur.

directorum ac ducum circularium in executione sententiarum.

*) Occiso Conradino ultimo Sueviæ Duce, divulsus quoque est Ducatus Sueviæ & totus nunc in plurimos Status divisus. Duo ejus Comitatus nunc Principum jure utuntur. Wurtenbergicus a Maximiliano I. anno 1494. in Ducatum erectus & Badensis in Marchionatum; Quando & a quo id factum sit, dubitatur. Dn. Coccej. *c. 3. §. 26. 27.* Alii tamen id ab Henrico Aucupe jam factum esse opinantur, Imhoff. *in notitia p. 312.* Alii jam ævo Conradi III. Marchionatus Badensis mentionem fieri dicunt. Schurzfleisch. *diss. de rebus Badensibus §. 7. & 8.*

**) Proscripto Henrico Leone Saxonia in plures Status divulsa, & jure proprio usa est Hassia, quæ regio una cum Thuringia unum Landgraviatum constituebat, sed postea inter Misnenses & Brabantinum sic divisus est, ut Hassia cum suffragio Henrico Brabantino cederet, unde & hodie Hassia sola, non Thuringia suffragio utitur. Dn. Coccej. *c. 3. §. 45.* & *c. 15. §. 23.*

*) De

citur. In duas lineas diſtingvuntur, Caſſellanam atque Darmſtadienſem. Marchiones Badenſes *) longum diſtrictum ad dextram Rheni ripam posſident; qui itidem in duas lineas ſeparantur, Durlacenſem & Badenſem, ſeu quæ Badenis præcipuam ſedem habet. Duces Holſatiæ **) partem Cherſoneſi Cimbricæ tenent, ob commoditatem maris utrinque alluentis opulentam. Quantum Holſatiæ ad Imperium Germanicum pertinet, a Rege Daniæ *b*) & Duce Gottorpienſi gubernatur,

 qui

*) De his modo dictum ad Wurtenbergicum Ducatum.

**) Olim Comitatus & indubia Saxoniæ pars, quin matrix fuit Ducibus ejus certo jure ſubjecta, ſed cum jam Henrico Leoni variæ lites intercederent cum Comite Holſatiæ, non mirum, quod Bernhardus Aſcanienſis cui Fridericus I. Ducatum Leonis Saxonicum dederat, ſed non ea amplitudine ut Leo poſſederat, in fide retinere non potuerit Comitem Holſatiæ, ſed & ipſa Holſatia jure proprio uti inciperet. Anno 1474. a Friderico III. in Ducatum regni Germanici erecta, ſed jus comitiorum anno 1570. demum nacta dicitur. Dn. Coccej. *d.c.3. §.45.* Helmold. *Chron. Slavic. p.288.* Meibom. *Introd. in Hiſtor. infer. Saxon. p. 38.*

b) Controverſia inter Regem Daniæ & Ducem Gottor

qui posterior etiam Episcopatu Lubecensi fruitur. Nam Ducatus Slesvicensis a Germania non dependet. *) Ad Ducem Saxo-Lauenburgicum *c*) modica in Saxonia

Gottorpiensem de qua Kulpis. *p. 502.* jam sopita & Dux restitutus est, per pacem Altonaviensem 1689. †Sed mox anno 1694. controversia illa renovata, & variis scriptis agitata, tandem anno 1700. pace Travendaliensi sopita est. Summam controversiæ novissime exhibet Suederus in Theatro prætens. *l. 2. sect. 2. c. 6.* De statu politico Daniæ commendanda duo scripta: *L'Etat present de Danemark*, & *Defense de Danemark*.

*) Slesuicensem & Ducatum & Episcopatum jam dudum non Germanici sed Danici juris fuisse, & esse hodieque *integro capite 15. lib. 1. de finibus Imperii* demonstravit Conringius. Nunc autem post pacem Altonaviensem Duces Holsatiæ eum Ducatum jure libero i. e. a regno Daniæ non dependente tenent. Conf. Dn. Coccej. *d. c. 3.* §. *45.*

c) Julium Franciscum, quo extincto anno 89. de succesfione lis inter varios serenissimos Prætendentes orta nondum sopita est. Historiam rerum gestarum & fundamentorum prætensionum illarum laudabili diligentia collegit autor, qui sub anagrammatico nomine Levini v. Ambeer latere voluit im Sachsen-Lauenburgischen streitigen Länder-Anfall.

*) Ad

nia inferiori ditio, & par fere ad Principes Anhaltinos *) in superiori Saxonia spectat.

IX. Et isti sunt antiqui Principes. Nam Duces Sabaudiæ & Lotharingiæ, utut feuda quædam ab Imperio Germanico recognoscant, & eo nomine in comitiis sessionem obtineant, rationes suas, ob situm ditionum fere a Germania separatas habent. *d*)

*) Ad terras a Ducatu Saxoniæ avulsas pertinent etiam terræ Comitum Ascaniæ, scilicet Anhaltina & castrum Lauenburg. Inde sub Friderico I. duo Principatus facti, quos Bernardi Ascanii Electoris stirps divisa in Anhaltinam & Lauenburgicam inde tenuit. Dn. Coccej. *d. §. 45.*

d) Ipse autor fatetur eos esse Status Imperii ob sessionem in comitiis, juncto §. 1. hic. Quod autem dicit eos rationes fere separatas habere, partim intelligendum est, quod nihil contribuant imperio, partim, ut ipse loquitur, ob situm ditionum, & quod imperium non sit in eo statu, ut eos Duces contra vim exterorum & potissimum contra regem Galliæ defendere possit, ut ostendit evidentissime historia hujus seculi, & modernorum adhuc temporum experientia. Unde non feriunt autorem censuræ Pacifici *Disc. 8. §. 9. p. 323.* Obrechti *p. 39. & 40.* & Kulpi-

Cæterum Ferdinandus II. *e*) cui, ut nonnulli crediderunt, in animo erat, redacta in ordinem Principum potentia, absolutum sibi imperium adstruere, inter alia isti

& Kulpisii *p. 509.* qui alias quoad notata de his Ducibus jungi merentur, præprimis de Duce Lotharingiæ Kulp. *p. 510. seq.* Adde Cocc. *c. 5. sect. 2.*

e) Ferdinandum II. ambiisse multa, non diffitendum est. Pacificus ratiocinium autoris non improbat *p. 324.* Etsi non diffitendum, id ex Hippolitho a Lapide magnam partem haustum, ut notarunt Obrecht. *p. 41. 42.* & Kulpis. *p. 515.* Neque enim omnia, quæ Hippolithus iste habet, a veritate sunt aliena. † Magno conatu equidem Obrechtus autoris tradita destruere ausus est, unde & integrum ejus discursum apponemus: *Criminatio*, inquit, *Ferdinandi II. haud dubie gravi pondere, eo, quo destinatur, procumberet, si Ferdinandus vel omnes, qui hic enumerantur, in ordinem Principum extulisset, vel illos, quos dignitate Principali auxit, Principum Senatui obtrudere molitus esset. Neque sane Hippolithus a Lapide* de Rat. Stat. part. 1. cap. 13. sect. 1. n. 22. *aculeos hac parte domui Austriacæ intentatos ultra porrexit.* Quod „ si pro lubitu, *scribit ille*, quoscunque in subsel„ lia Principum adsciscere aut admittere Impe„ ratori largiremur, posset is omnes fiduciarios „ suos, clientes ac jurata mancipia Principes „ Imperii facere, senatui Principum obtrudere; ac

isti fini hoc quoque adhibere instituit, ut in Ordinem Principum nonnullos eveheret sibi potissimum obnoxios. Nam horum opera credebat sese adæquaturum aut superaa-

ac cum in comitiis vota non ponderentur, sed „ numerentur, multitudine eorum votorum „ reliquos Principes veluti obruere, aut certe „ eorundem auctoritatem labefactare; adeoque „ concludendi potestatem per hos, qui ab ipsius „ ore toti dependent, oblique ac per indirectum „ ad se trahere. „ *At enim Principes Nassovii Auersbergius, & Piccolomini a Ferdinando III. demum in hunc gradum evecti sunt; e ceteris vero, qui titulum duntaxat & dignationem Principum a Ferdinando II. acceperant, Hohenzolleranus, Eggenbergius & Lobkowizius in conventu ordinum Ratisbonensi anni 1641.* vid. R. I. 1641. §. 97. & 98. *adeoque itidem sub Ferdinando III. reliqui in comitiis anni 1654.* vid. R. I. 1654. §. 197. *sessionem demum & votum obtinuerunt. Unde & Hippolitus a Lapide* part. 2. c. 7. sect. 8. n. 5. *cum tentata hac arte libertatis invidiam conquisitis anxie exemplis Austriacis Imperatoribus inurere contenderet, aliud tamen, quod proferret, non habuit, quam Arenbergium cum anno 1582. ut Legatus Domus Burgundicæ comitiis adesset, sequentibus comitiis proprio nomine Principum Classi & Ordini insertum; tum & Ducem Transylvaniæ ac Waywodam Moldaviæ & Wallachiæ ab Austriacis non modo Principes Imperii factos, sed & votum & sessionem in comitiis consecutos fuisse. At Arenbergium quidem jam tum*

peraturum suffragia antiquorum Principum, si forte Comitia universalia forent cogenda; a quibus alias iste vehementer abhorrebat. An ut ostentaret, non esse, quare

tum in comitiis 1576. sessionem in Collegio Principum, nec solius Caesaris auctoritate, sed communi Statuum consensu obtinuisse, testantur illorum comitiorum acta die ultimo Julii & seqq. neque is recessui anni 1582. tantum ut Legatus Domus Burgundicae, verum proprio quoque nomine inter Principes, seorsim subscripsit. Transsylvaniae vero Ducem & Waywodam Wallachiae, ac Moldaviae, privato colloquio apud Goldastum largius dignitatem suam interpretatos, fas fuerit, cum Reinkingio de R. S. & E. l. 1. class. 4. c. 1. n. 34. *aliisque, in eorum Principum censum referre, qui nominantur Principes Imperii, & tamen Status Imperii non sunt, adeoque voto & sessione in comitiis carent. De jure creandi Principes inferius agetur: uti vero vix sperare potuit Ferdinandus, consiliis parandae dominationis multum adjumenti allaturum, si quatuor aut quinque suffragiis partes suas in collegio Principum firmasset; ita vix est, ut antiquae familiae dignitatem suam non existiment aliter constituram, quam si Caesari privilegiorum, dignitatumque concedendarum facultas intervertatur. Nam id quidem, quod recipiendis in numerum Statuum & ad votum ac sessionem comitialem admittendis his Principibus in publica comitiorum luce, ordinibus adnitentibus vel suffragantibus, gestum est, soli Imperatori imputare haud dubie nulla sana ratio pati-*

quare antiqui Principes tantopere fastigio suo superbirent; cum in proclivi ipsi foret, quantumvis numerum in parem cum istis locum provehere. Et periclitabatur

patitur. Quod enim in comitiis anni 1641. quidam ex Statibus monuerunt apud Speidel. in speculo voce Fürst (adde Limn. add. Tom. 2. p. 120.) *considerandum esse vetustioribus familiis, cum totis octuaginta retro annis vix uni sessio & votum in senatu Principum datum sit, si jam plures uno conventu admitterentur, fieri posse, ut ab isthoc exemplo Principes recentiores aliquando in parem cum antiquioribus numerum excrescerent; id, contra quos, quave contemplatione prolatum sit, nemini potest obscurum esse. Nam in universum quidem leges Imperii multo aliter constat de multiplicatione votorum in comitiis philosophari.* v. R. I. de anno 1570. §. Nachdem auch. 163.]

Sed ad has Obrechti censuras facilis responsio. Non repugnat discursui autoris, quod Ferdinandus II. non omnes Principes hic memoratos evexerit, aut, quod demum sub Ferdinando III. in numerum Statuum fuerint recepti. Sufficit, quod initium fecerit; & notum, lentam executionem esse in imperio rerum diu præmeditatarum. Quæ Hippolithus de Arenbergio disseruit, nos non attinent. Quatuor aut quinque suffragia possunt ad pluralitatem votorum multum contribuere. Uti nemo statuit antiquarum familiarum dignitatem per interversionem juris

batur sine dubio antiquarum familiarum eminentia, si Cæsari tam facile foret, novum territorium creare, quam titulos largiri. Ex his, qui in comitiis sessionem, utut fastidiose *f*) obtinuerunt, quantum mihi constat, sunt Principes ab Hohenzollern, Eggenberg, Nassau-Hadamar, & Nassau-Dillenburg, *g*) Lobkowiz, Salm, Dietrichstein, Auersberg, Piccolomini. *h*)

Verum

juris Cæsarei intuitu dignitatum concedendarum esse confirmandam, ita, si nimis larga manu hoc jus exerceatur, periclitari posse antiquas familias quivis intelligit. Per provectionem in parem *locum* haud dubie intelligit autor parem *dignitatem* non sessionem aut votandi ordinem. Unde cadit censura Dn. Kulpis. *p. 515.* De philosophia legum imperii super multiplicatione votorum in comitiis res non ita plana est, ut putat Obr. *p. 43.* & quid in recessu habeat adductus §. Nachdem auch 163. *R. I. de ann. 1570.* jam supra ostendimus.

f) Sub reversalibus de bonis immediatis dignitati sufficientibus comparandis & inde conferenda quota ad onera imperii. Vide quæ propterea acta esse refert Kulpis. *p. 525 -- 534. item p. 569.*

g) Adde lineam Sigensem, Kulpis. *p. 526.*

h) De singulis vide Limnæum citatum Kulpisio *p. 515.* Hic vero recenset *p. 534. seqq.* alios,

qui

Verum quia Ferdinandi consilia successus destituit, nec istorum opes cum antiquorum Principum potentia ullo modo comparandæ; parum quoque momenti contra eosdem fecisse hactenus deprehensi sunt. Quin & istorum dicacitatem quandoque experti sunt, (prout semper novitas aliorum antiquis nobilibus est fastidio,) ipsos nihil aliud esse lucratos, quam quod ex opulentis Comitibus facti sint pauperes Principes. Quasi vero non omnis nobilitas aliquando nova fuerit; aut his successu temporis majores opes non possint obvenire. Etsi facillima ad easdem via sit interclusa, *i*) dum Imperatori non licet feuda vacan-

qui etiam hactenus in dignitatem Principum evecti ex parte etiam votum obtinuerint, videlicet Principem de Portia, Principem Ostfrisiæ, Fürstenbergios, Ducem de Croy, Schwartzenburgicos, Oettingensem, Waldeccensem. † Unde & in editione posthuma ipse autor Principes hactenus memoratos inseruit catalogo reliquorum.

i) Urget Kulp. *p. 571.* ex Conringio *ad Lampad.* Imperatorem habere alias vias. † Equidem Conringius *ad Lampad. part. 3. cap. 5. p. 193.* varios modos recenset, quibus novi Principatus oriri so-

vacantia Imperii, quæ alicujus sint momenti, in quemcunque placuerit, conferre. *l*)

X. Alteram classem Principum per Germaniam constituunt Episcopi & Abbates. Hos etsi ex vulgari sæpe nobilitate, aut Baronum Comitumve dignatione, electio Canonicorum ad istud fastigium provehat; in comitiis tamen *m)* aliisque actibus priori fere

soleant, vel nova Principali familia nata, vel provincia alia ad Principalem dignitatem evecta, puta si principalibus ditionibus aliæ Principum familiæ præficiantur, aut ex familiis peregrinis vendantur, aut amplæ regiones Principales dividantur in minores, ejusdem tamen dignitatis portiones, &c. Sed hæc omnia nihil faciunt ad refutandum autorem, quia illi modi omnes non quadrant ad eum finem, ut ex pauperibus antea dominis fiant opulenti Principes, de quo solo loquitur hic autor.

l) Imo etsi liceret, tamen ob confraternitates infinitas vix sperandus esset casus.

m) Quatenus ut corpus considerantur, ubi gaudent scamni prærogativa. Sed quia ex duobus scamnis alternatim suffragia dicunt, quæsitum fuit, an extra comitia & extra corpus Seculares præcedentiam habeant ante Episcopos saltem

fere præ ſecularibus loco potiuntur. Scilicet poſtquam recentiorum *n*) fortuna ſacerdotum immane quantum a tenuibus antiquiſſimorum rebus diſceſſit, abſurdum fuerit, illos amplius adſtringere velle

O obſo-

ſaltem illos, quos in votando antecedunt. Vide Kulpiſ. *p. 574*.

n) *Recentiores* hic, ut vides, opponuntur antiquisſimis viris Apoſtolicis, unde evaneſcit cenſura tacita Obrechti *p. 43*. notantis, jam ſub primis Francorum Imperatoribus obtinuiſſe, ut Epiſcopi in comitiis Imperii aliisque actibus priori præ ſecularibus loco potiti fuerint, quo tempore non alii facile ad Epiſcopatus evecti fuerint, quam ex illuſtri ſtemmate orti. Ad hos ergo omnia illa quadrant, quæ hic de *recentioribus* aſſerit autor. Quanquam illud forte dubium ſit, quod Obrechtus de non aliis quam illuſtribus Epiſcopis ponit, qua poſitione id notare videtur, quod autor in paulo præcedentibus dixerat de Epiſcopis ex ſimplici nobilitate electis. Etenim notum illis temporibus, ad quæ reſpicit Obrechtus, ſupremam ſtatuum claſſem fuiſſe Nobilium, ex quibus uti Duces & Comites (tum, ut ipſe hic obſervat Obrechtus; ſaltem officiales temporarii) ita & Epiſcopi eligebantur. Conf. Lehmannum ab Obrechto citatum *lib. 2. c. 15. ab initio* verbis: alten Adelichen Geſchlechts.

o) In

obſoletis legibus, ſuper modeſtia ejus ordinis hominum a Salvatore promulgatis. Et fortaſſe iſtæ leges ad primæva illa tempora duntaxat debebant valere. Nam id revera ridiculum erat, homines piſcatores aut textores ambitioſe priorem locum affectare, quibus in diem victus labore manuum aut ſtipibus collatis quærebatur. *o*) Etſi autem per totum orbem Chriſtianum, qua Catholici ritus vigent, magna ſit ſacerdotum autoritas, & fortuna lautiſſima, *p*) nusquam tamen, quam in Germania,

o) In toto hoc paragrapho ſal & acrimonia, quæ abeſſe debebant, non confundenda ſunt cum veritate amaritudine involuta.

p) In cauſa dicit eſſe Pacificus *diſſ. 8.* §. *10. p. 325.* „Imperatores plerosque *poſt tempora* Conſtanti„ni M. utpote qui inſigni ſolœciſmo politico „ſacerdotibus & clericis plus nimio indulſe„rint, iisque opimorum bonorum conceſſione „occaſionem dederint ea tandem agitandi, „quæ plus quam civilia ſint. In eo conſentior, quod agnoſcat corruptionem Chriſtianiſmi ſatis tempeſtivam. Falluntur enim maxime, qui demum ſub temporibus Phocæ aut Caroli M. originem potentiæ clericalis quærunt. Sed in eo ab illo abeo, quod Imperatoribus *poſt* Conſtantinum culpam adſcribat, cum vel vita Con-

nia, tantæ ſunt ipſorum opes, tanta potentia. Ac multos eorum a Principibus ſecularibus haud differre videas ditionum amplitudine, aut adparatus domeſtici ſplendore. Par quoque in ſubjectos jurisdictio & poteſtas. q) Nonnullis quin

O 2 etiam

Conſtantini ab Euſebio conſcripta oſtendat, ut alibi diſtinctius notavimus, nullam fere partem potentiæ clericalis eſſe, quæ non ſub ipſo Conſtantino juvenile robur acceperit, ut adeo falſum ſit, ſub Conſtantino florentisſimum fuiſſe eccleſiæ ſtatum. † Niſi per eccleſiam intelligas eccleſiam repræſentativam, i. e. clerum, magna potentia & divitiis tunc florere incipientem.

q) In quæſtione de Epiſcoporum poteſtate ſeculari, non confundendum jus divinum cum humano, licentia interna cum externa, forum conſcientiæ cum foro ſoli. Multo minus ut una quæſtio tractanda cum altera de poteſtate Principum ſecularium eccleſiaſtica, quia jus Principum circa ſacra ſaltem, &, ſi praxin ac turbas cleri reſpicias, vix circa externa exercetur, ac Epiſcopi intima poteſtatis ſecularis ſibi vindicant. Quæ omnia non obſervans Carpzovius confuſe, ſi quisquam, quæſtionem hanc expoſuit *de lege Regia Germanorum cap. 2. ſect. 9. n. 25. ad finem*, & ex JCtis Pontificiis incaute theſes

Papi-

etiam acrior galearum, quam tiaræ, amor,
& non

Papisticas pro more seculi excerpsit. (Fecit enim ista methodus, quod JCti Protestantes ex JCtis Pontificiis locos communes, & ex locis communibus tractatus & volumina conscribillaverint, ut omnis pene jurisprudentia nostra Papismo sit infecta.) Unde non refutationem sed lituram merentur, quæ ibidem notat: tem-
„pore Apostolorum ecclesiæ nihil agrorum vel
„prædiorum donatum fuisse, *quia præviderint*
„*Apostoli, ecclesiam ad gentes transituram, nec penes*
„*Judæos permansuram esse*; quod Episcopi a tan-
„to dierum spatio, cum potestate *spirituali* &
„ecclesiastica obtinuerint, & adhuc *legitime* ob-
„tineant Ducatus, adeoque præsumtuosum fue-
„rit, *disputatione scholastica*, qua nec *dari*, nec
„*adimi* possint dominia, iis terminos antiquæ
„dignitatis *pervertere*; quod Arnoldus Brixia-
„nus Episcopis regalia competere negans an-
„no 1139. in præsentia mille Antistitum *hæresi*
„damnatus fuerit; quod non improbanda sit in
„personis ecclesiasticis, politicarum & tempo-
„ralium rerum gubernatio, *modo per hanc a spi-*
„*rituali procuratione non avertantur*; quod a per-
„sonis ecclesiasticis multa feliciter gesta sint in
„rebus politicis; quod nec *Augustana confessio*
„Pontifici seu summo Episcopo, politicam &
„temporalem in patrimonio Petri deneget po-
„testatem, modo ea cum potestate ecclesiastica
non

& non paulo efficacior vis in accendendo
O 3 Mar-

non confundatur; quod jus divinum his non „
adversetur, ut quod Episcopos, *qua Episcopos* „
secularibus negotiis se implicare prohibeat &c.„
Pudet plura referre. Fuerunt tamen illa notanda, quod Obrechtus *hic p. 43.* pro justificatione conjunctionis imperii civilis cum sacerdotio, autoritate Carpzovii & verbis ejus utatur. Quod ipsi quidem vitio non verto, tanquam nunc Pontificio, (& forte dum ista scriberet ab ista secta jam parum alieno. *vid. not. ad §. 13: lit. g.*) Pontificiam hypothesin autoritate JCti Lutherani corroboranti. Sed Kulpisium miror *p. 572.* sic scribentem: Quod Episcopi etiam ac Ab- „
bates inter Principes Germaniæ numerentur, „
ex se nihil iniqui continet, siquidem id no- „
vum non est nec aliis gentibus insitatum, „
(*Ita nulla vitia ex hoc quidem medio termino ali-* „
quid iniqui ex se continebunt:) ut secularis pote- „
stas cum ecclesiastica conjungeretur. Exem- „
pla vidimus in republica Hebræorum (*a reli-* „
gione Judaica ad Christianam N. V. C. vide Pufend. „
de Habitu Relig.) Quin & in Germania pridem „
antequam religio Christiana introduceretur, „
summam potestatem penes sacerdotes fuisse, „
testis est Tacitus. (*Tum etiam sacerdotes verbe-* „
rabant Laicos, si iste mos quid probat.) Pluribus „
autem hæc illustravit Petrus de Marca, nobilis- „
simo opere de concordia sacerdotii & Imperii: „
[† Et-

Marte, turbisque patriam suam & vicinos invol-

[†Etsi Petri de Marca tractatus hic multum conducat etiam nostratibus in controversia contra imperium affectatum Papæ; exigui tamen usus est in controversia de arcanis politicis Episcoporum, summæ potestati civili se subtrahentium &c. *vide cautelas nostras circa præcognita juris ecclesiastici cap. 21. §. 6. seq.*] Alia quæstio est: quomodo incommodum ex confusione ecclesiasticæ & politicæ potestatis ortum, ad tranquillitatem usumque imperii vel attemperari vel declarari idonee queat, quod non tam ostendit Conringius, ut Obrechtus eum allegat, quam, quod malum incurabile sit adeoque patienter tolerandum, docet, *de constitut. Episc. Germ. th. ult.* Ubi tamen illud non concoquere possum, quod dicat *p. m. 494.* saltem nullum jus divinum exigere, quo minus Episcopi Principes agant seculares. Et ridebunt haud dubie Pacificum Episcopi, occinentem *p. 326.* longe melius & Christianæ conscientiæ tutius esse, periculosam illam Episcopalem personam exuere, & simpliciter tantum se alligatos Imperio seculares Principes profiteri. Quamvis & ipse consilio huic diffidat, subjungens, eos præ nimia ecclesiastica ambitione nunc in mores recepta forsan in Evangelicorum gratiam hoc facere imposterum restituros. Et cogitare debuisset Pacificus, non tam Episcoporum quam Principum

involvendo, quam in propaganda pietate. r) Frequentiores tamen hodie, quam olim, sunt, quos non pudet sacris ordinibus initiari, semel aut bis per annum specimen edere, quam solerter calleant exprimere augustissimi sacrificii gestus. s) Cæterum cum quondam ipsorum opes secularium Principum ditiones superarent, aut saltem æquarent, non exiguum eædem detrimentum passæ sunt occasione reformatæ per magnam Germaniæ partem religionis, & per pacem Westphalicam. t)

pum personas clericis esse periculosas, atque ob reservatum ecclesiasticum non licere Episcopis Principatus retinere abdicatis Episcopatibus.

r) Nullum dubium, id profluere ex prostitutis disciplinæ ecclesiasticæ regulis. Vide præter allegatos a Kulpis. *p. 573.* Ziegleri *differt. de Episcopo milite.*

s) Adde Conring. de constit. Episc. Germ. *d. p. 494.*

t) Minus recte hæc dici notat Kulpisius *p. 574.* cum per hanc pacem stabilitus potius sit quam deminutus status Episcoporum, quando reservatum ecclesiasticum antea a nostris maxime impugnatum diserte confirmatum sit. Igitur loco pacis Westphalicæ substituendas esse transactionem Passaviensem & pacem religiosam.

Nam per circulum Saxonicum superiorem

Ego nihil muto, cum per pacem Westphalicam corroborentur transactio Passaviensis & pax religiosa. Cæterum quod reservatum istud attinet, uti ego quidem puto, rationes, quas Catholici pro eo stabiliendo adducebant, summa nixas fuisse æquitate, ita non mihi persuadere potui communem sententiam, quasi in eo situm sit palladium religionis Pontificiæ, ut Kulpisius repetit. Scilicet creditur, si istud reservatum non foret, augmenta plurima sumturam fuisse religionem Protestantium accessionibus Episcoporum Catholicorum. Ego non arbitror. Etenim seculares Principes nullo reservato retinentur. At cur hi non amplius religionem mutant. Memini me olim a Legato magni Principis audivisse, quod in comitiis ex Legato Principis Catholici potentis quæsiverit, cur ipsius Dominus, Princeps prudens ac sapiens, superstitionem pontificiam non abjuret. Respondisse Legatum pontificium: Nos valde errare, si putaremus, omnes Principes & qui primæ reformationis tempore religionem Lutheranam assumserint, id fecisse amore veritatis. Novitatem & alias circumstantias sæpe principales causas fuisse. Principibus placuisse acquisitionem bonorum ecclesiasticorum, clero dulcedinem speratam vitæ conjugalis, plebi liberationem a tortura confessionis. At novioribus

rem & inferiorem paucissima sacerdotibus
O 5 reman-

ribus temporibus Principes sentire, quod apud Catholicos per beneficia ecclesiastica prospiciatur sustentationi numerosæ Principum, aliorumque potentum familiæ, qua apud Evangelicos deficiente, divisionem principatuum potentiam & autoritatem principalem diminui; Clericos deterreri, quod videant apud Evangelicorum Ministros parca salaria, & liberorum abundantiam, plebem vero in Papatu etiam incipere confiteri quæ velit. Accedere, quod Principes potentes pro se vel familia spem alant, quam inanis etiam sit, aliquando ad dignitatem Imperatoriam perveniendi, a qua exclusi fere sint ob parcam votorum spem Evangelici. Historiam bona fide refero. Judicium lectori relinquo. † Interim non nego, reservatum ecclesiasticum aliquo modo impedivisse, & adhuc impedire progressum religionis Protestantium; saltem nego, id palladium esse religionis Pontificiæ. Unde pro sententia Kulpisii frustra ab aliis affert ..., *quod vis reservati præcipue spectanda sit quoad initium reformationis, ubi sane negari nequeat, quin Præsules nonnulli eadem sint deterriti: deinde nec hodie ejus vim plane cessare, sed vel ipsos etiam Principes seculares eadem per indirectum impediri, cum dimissa religione Pontificia spes in bona ecclesiastica intercidat.* Vide Dn. Titium *ad h. l. p. 124.*

u) Episco-

remansere. *u*) Principibus superioris Germaniæ, si Ducem Würtenbergicum excipias, *) parcior præda. Causam adsignaveris, quod Saxonibus minor ex Carolo V. Cæsare metus quam istis, quos vicinia suarum ditionum, aut præsentia premebat. Quin & dispersæ magis in isto tractu sacerdotum ditiones, & validiorum intercursu Principum debilitatæ. Per superiorem Germaniam **) contiguas magis posuere sedes, & ad auxilia invicem ferenda magis accommodas. Et inprimis totum Rhenum, qua parte lætissima est Germania, obsederant, nisi tam decoram seriem Electoris Palatini terræ interrumperent; quem, credo, vel ob solam hanc causam isti parum blando oculo adspiciunt.

XI. Prin-

u) Episcopatus Pontificiis ablati sunt: Bremensis, Verdensis, Halberstadiensis, Mindensis, Lerinensis, Razeburgensis; Hirschfeldensis, Lubecensis, & Archiepiscopatus Magdeburgicus. Ex quibus omnes excepto Lubecensi secularisati, id est, in Ducatus aut Principatus conversi sunt.

*) *Vide artic. 4. §. 24. Instrum. pac. Westphal.*

**) Additur in nova editione: *& Westphaliam.*

x) De

XI. Principatus igitur Ecclesiastici, qui nondum in Protestantium ditionem pervenere hi fere sunt. x) Tres Archiepiscopatus, Moguntinus, Trevirensis, & Coloniensis, quibus dignitas Electoralis annexa. Archiepiscopatus præterea Salisburgensis, & Vesontinus in Burgundia. Nam Magdeburgensis jam merum seculum olet.*) Simplices Episcopatus sunt Bambergensis, Würtzburgensis, Wormatiensis, Spirensis, Aichstetensis, Argentoratensis, Constantiensis, Augustanus, Hildesiensis, Paderborniensis, Frisingensis, Ratisbonensis, Passaviensis, Tridentinus, Brixiensis, Basileensis, Leodiensis, Osnabrugensis, Monasteriensis, Curiensis. Inter Episcopos primum locum obtinet Magister Ordinis Teutonici Equi-

x) De singulis videatur Strauchius, Hermes, Gastelius, Conringius allegati Kulpisio *p. 575.* qui & de lite Episcopi cum civitate Basileensi, ac de querelis Magistri ordinis Teutonici quædam notat.

*) Unde & in nova editione plane omissa ejus mentio, cum jam ultra vicennium in Ducatum secundum dispositionem pacis Westphalicæ mutatus sit.

*) Vid.

Equitum.*) Observandum tamen, hodie y) quos-

*) Vid. Limn. *T. 1. addit. lib. 6. c. 2. n. 61. p. 17.* Dn. Coccej. *c. 18. I. P. n. 49.*

y) Istud *hodie* ita intelligo uti vocem *recentiorum* in §. *praeced. lit. n.* quatenus nempe opponitur temporibus primitivæ ecclesiæ. Neque enim credo autorem ignorasse, quod hic mos conjungendi duos pluresve Episcopatus non heri aut nudius tertius sit ortus, sed cum reliquis Anti-Christianismi flosculis jam olim obtinuerit, præprimis cum videatur præ oculis habuisse dissertationem Conringii *de constit. Episc. German. th. 79. 90. & 94.* [†Adde *tractatum* Pauli Sarpii *de beneficiis.*] Ut adeo notæ Obrechti *p. 44.* & Kulpisii *p. 577. seq.* de antiquis moribus conjungendi Episcopatus, qui tamen & ipse forte rarior fuit, quam nunc est, non videanturferire autorem. Recte notat Conringius, eum & primitivæ ecclesiæ & utilitati reipublicæ qua spirituali qua temporali repugnare, adeoque esse defectum merito emendandum; sed an spes adsit, illam emendationem non fore difficilem, ut ipse quidem putat, *d. th. 94.* alia quæstio est. Ego non arbitror. Posset fieri, si vellent ii, qui hic quid contribuere possunt. At nulla spes est de eorum voluntate. Ergo & hoc malum ferendum, donec Deus immutet. †Interim ne istud HODIE ulterius dubium moveat, autor in nova editione textum sic emen-

quosdam duos pluresve Episcopatus conjunxisse; vel quia unius reditus parum sufficere videbantur ad sustinendum splendorem aulæ principalis, vel ut æmulis suis magis essent formidabiles. Episcopatus Lubecensis, præterquam quod religionem Protestantium induit, paulo minus quam in patrimonio Ducum Holsatiæ censeri potest. Inter Abbates sive Prælatos, qui Principum dignitate fulgent, sunt Fuldensis, Kemptensis, Elwangensis, Murbacensis, Luderinus, Magister Equitum Ordinis S. Johannis,*) Abbas Berchtesgadensis, Weissenburgicus, Prumiensis, Stabulensis, Corveianus. Reliqui Prælati, qui Principes non sunt, in duas classes dividuntur, Suevicam & Rhenanam, quarum utraque z) unum in comitiis suffragium fert. Isti dignitate Comitibus pares habentur.

XII. Co-

emendavit: *Aliquando tamen duo pluresve Episcopatus uni conferuntur, vel quia* &c.

*) Vide Becman. von Johanniter Orden *c. 3. §. 2. junct. c. 2.* §. *14.*

z) Hodie singulæ. Obr. *p. 47.* Kulpis. *p. 578.* †Et sic etiam in nova editione emendavit autor.

*) Quo-

XII. Comitum quoque & Baronum *) per Germaniam longe ſplendidior conditio, quam in aliis regnis. Nam iisdem fere

*) Quomodo differant Barones a Comitibus & nobilibus intuitu originis in Germania, nondum ſatis declaratum eſt, quia nemo curat & cum debita attentione explicare intendit theſauros illos antiquitatum Germanicarum, ſpeculi Saxonici & Suevici. Laboravit equidem hac in doctrina diligenter Dn. Coccej. *cap. 5. ſect. 3.* item Hertius *de hominibus propriis ſect 4.* quem confer etiam *de ſubjectione territoriali §. 11.* Sed nec hi tamen tantam lucem accenderunt, ut non reſtent multa, quæ diligentiam aliorum excitare posſint ad rem iſtam illuſtrandam. Id certum eſt, Barones & liberos dominos eſſe ſynonyma. Liberos vero Dominos oppoſitos eſſe miniſterialibus. Sed jam eadem difficultas remanet, quomodo antiquitus exacte miniſteriales ſecreti fuerint a dominis liberis. Puto dominos liberos fuiſſe omnes nobiles, qui civibus urbicis & ruſticis contradiſtinguuntur, qui vel bona allodialia poſſederunt, vel ob feuda ſua præſtiterunt officia vel militaria, vel pacifica judicando, vel etiam aulica, in ſolennitatibus tamen regni ſolum, (utrum tamen & ad mediatos id extendi debeat, videndum ulterius). Miniſteriales vero, qui officia aulica præſtiterunt Ducibus & aliis als Pagen, Cammer-

fere juribus, quibus Principes, fruuntur, a) & antiqui Comitatus sat ampla plerique territoria complectuntur; cum alibi sæpe modici dominum prædii titulo comitis superbum videas incedere. Etsi quibusdam familiis *) non parum nocuit ditio-

mer-Juncfern: imo & olim ipsi regi, ubi adhuc erat quædam umbra pristinæ libertatis. Nam cum regum Monarchia fuit stabilita, evenit, ut communiter fieri solet, ut hi ministeriales præferrentur dominis liberis. Hoc vero prius stabilito, postea facile ostendi poterit, quomodo liberi domini in specie sic dicti sint secernendi a nobilibus stricte dictis i. e. ministerialibus & a principibus ac comitibus, scilicet qui nec de principatu investiti sunt, nec judiciariam potestatem in alios habuerunt, non tamen aliis præstiterunt servitia aulica, sed fuere saltem ministeriales regni, i. e. ad servitia bellica in utilitatem regni adstricti. Sed & hæc expolienda sunt ulterius. Adde dissert. nostr. *de usu pract. distinct. homin. in ingen. & libert. cap. 2. §. 24. 25.*

a) Etsi quoad titulum alii sint comites simplices schlechte Graffen / alii comites principali dignitate gaudentes, gefürstete Graffen. Kulpil. *p. 580. Conf.* Coccej. *c. 15. §. 19. 22.*

*) Additum in nova editione: quibusdam familiis *Comitum, non minus atque Principum.*

b) Olim

ditionis in plures fratres divisio, magnum illustribus domibus malum, & non nisi inter plebejos æquitatis aut pietatis nomine excusatum. Nonnullos etiam supina patrimonii cura, sumtuumque luxuria non parum adflixit. Hodie Comites isti in comitiis quatuor ferunt suffragia; *b*) unum Wetteravici, alterum Suevici, tertium Franconici, quartum Westphalici. Qui mihi innotuere, hi fere sunt. Comites de Nassau, Oldenburg, *) Fürstenberg, Hohenlohe, Hanau, Sain & Witgenstein, Leiningen, Solms, Waldeck, Isenburg, Stolberg, Wied, Mansfeld, Reussen, Ottingen, Montfort, Konigseck, Fugger, Sultz, Cronberg, Sintzendorf, Wallenstein, Pappenheim, Castell, Lewenstein, Erbach, Limburg, Schwartzenburg, Bentheim, Ostfrisland, (qui hodie Princeps audit, **) Lippe, Rheni & Sylvarum, Rant-

b) Olim diversis temporibus duo vel tria. Obr. *p. 47*, Kulpis. *p. 580.*

*) Hi omissi sunt in nova editione. Rationem quære apud Imhoff. *notit. proc. imperii l. 4. c. 9. §. 9. & 10.*

**) Unde & hic omissus in nova editione.

*) De

Rantzow, & plures fortaſſe, *) quorum ſplendori ut noſtrum ſilentium non obſtabit; ita illos, quos nominavi, in juſtum diſponere ordinem, meum non fuit. Sunt præterea non pauci Comites & Barones in ditionibus Cæſaris hæreditariis, aut recens in eum ordinem evecti, qui cum aliis Statibus ſubſint, c) in comitiis locum non inveniunt. Eos recenſere, noſtræ non eſt operæ.

XIII. Eſt præterea non exiguus per Germaniam numerus liberarum urbium, quæ, quod nulli Statuum, ſed Imperatori & Imperio immediate ſubſunt, imperiales d) vocan-

P

*) De Principibus & Comitibus imperii antiquis quorum familiæ interierunt, videndus Fridericus Lucæ in uralten Fürſten- und Graffen-Saal.

c) Quidam tamen Status immediati etiam ratione feudorum aliis Statibus ſubſunt, quos recenſet Kulp. *p. 581.* ubi ſimul monet, comites Landſaſſios plures dari & antiquiores & in aliis ditionibus Germaniæ, quam in ditionibus Cæſaris hæreditariis. † Unde & in nova editione ſic emendavit autor: *Sunt præterea non pauci Comites & Barones tum in aliis Germaniæ partibus, tum magno numero in ditionibus Cæſaris* &c.

d) Dividuntur a quibusdam in imperiales ſimpli-

vocantur. In comitiis peculiare collegium consti-

simpliciter sic dictas & liberas imperiales, in Reichsstädte/ und freye Reichsstädte: Quæ distinctio uti a variis varie exponi solet, *vid. Schweder. jus publ. part. special. sect. 2. cap. 9.* ita secundum istas a Schwedero recensitas explicationes recte rejicitur ab ipso Schwedero, autore der Grundfeste *P. 2. c. 6. p. 129.* Kulpisio *p. 582.* Knipschild. *de civit. imper. lib. 1. c. 2.* Non displicet tamen observatio Dn. Cocceji *cap. 17. §. 7. 8.* veram differentiam inter freye und Reichsstädte in eo ponentis, quod olim civitatum immediatarum reditus ad fiscum regium pertinuerint, unde & in iis Præfectus Reichsvogt constitutus fuerit, ut regiorum jurium [& potissimum jurisdictionis] curam haberet: ab his præstationibus fiscalibus & magistratu regio quasdam civitates olim præscriptione vel privilegiis immunes factas, in specie dictas fuisse freye Reichsstädte (quorsum & inclinare videtur autor der Grundfeste *d. l.*); Cæterum hodie cessare istam distinctionem, cum hodie omnes civitates immediatæ jura fiscalia sibi acquisiverint. [† Sed tamen ultima hæc assertio exceptiones quasdam admittit. Sane v. gr. Nordhusa in acquisitione jurisdictionis non ea prudentia sibi prospexit, ut reliquæ civitates.] Faciunt & alii scriptores tertium genus medium inter civitates immediatas & mediatas, quas mixtas

constituunt, *e*) ubi in duas classes (vulgo
P 2 scamna

mixtas vocant, eoque *e.* g. Hamburgum referunt, quam sententiam prolixe defendit Knipschild *l. 1. c. 3. de civit. imper.* a Dn. Kulpisio *p. 582.* pro adversa sententia allegatus. Sed & has rejicit post alios Dn. Kulpisius *d. l.* Schwederus mixtas illas mavult appellare dubii juris *d. sect. 2. c. 9.* quorsum inclinant etiam ea, quæ autor in sequentibus de civitatibus dubii juris habet. Mihi videntur separandæ quæstiones diversæ. 1. An dari possint, quæ diverso respectu immediatæ, diverso mediatæ sint? Quod puto, si enim id in comitibus procedit, ut modo notatum *ad §. præced. lit. c.* cur non & procederet in civitatibus? 2. An dentur ejusmodi civitates mixtæ? Quæ quæstio dijudicanda foret ex diversis feudis quæ possiderent. 3. An hæc vel illa civitas, v. g. Hamburgum, sit imperialis, an provincialis, an mixta? Quæ ex certis positis definitionibus & applicatione facti ad eas tum non foret difficilis. Sed communiter hactenus disputatum fuit etiam in jure publico, absque accurata definitionum & separandarum quæstionum cura.

e) Quatuor quæstiones distinctas proponit Kulpis. *p. 582. seqq.* 1. An omnino cæteris Statibus sint accensendæ? 2. An votum in comitiis habeant decisivum? 3. An hoc ipsis eodem modo ac Electoribus & Principibus exercendum

dum

ſcamna vocant) ſeparantur, Rhenanam & Suevicam. Præcipuæ inter iſtas ſunt Noriberga, Auguſta Vindelicorum, Colonia,

dum datum ſit? 4. An ſuperioritatem territorialem habeant? Prima & quarta ceſſant, poſtquam ſecunda inſtrumento pacis *art. 8. §. 4.* affirmative definita eſt, præprimis cum quarta ex male intellecta voce: Landes Fürſtl. hohe Obrigkeit orta fuerit. Debebat etiam tertia ex ſecunda dependere, ſi regula interpretationis attendi deberet, ita interpretanda eſſe pacta, ut aliquis inde effectus ſequatur, & ne nihil actum eſſe videatur, quorſum ſpectat præter alia in voto Guelpherbytano apud Bœcler. *Notit. imper. lib. 2. c. 3.* ſi non admittantur civitates ad relationes & correlationes, würden ſie nichts mehr erlanget haben/ als man ihnen zuvorher eingeräumet. Cautius haud dubie feciſſent, ſi curaſſent intentionem ſuam clarius pactis pacis inſeri, ſed non confundendæ quæſtiones de utili, cum quæſtionibus de jure. Poſſet ipſis forte opponi regula, quod in dubio interpretatio ſit facienda contra eum, qui clarius loqui debuiſſet. Sed præterquam quod alibi docuimus, iſtam regulam pertinere ad eos, qui ſuperiorem habent, non ad interpretationem liberarum perſonarum paciſcentium, inter quas utraque clare loqui debet, remaneret quæſtio in applicatione regulæ, utrum civitates jus regulare & extra-

lonia, Lubeca, Ulma, Argentoratum, *) Ratisbona, Aquisgranum. Mediocres, Wormatia, Spira, Colmaria, **) Memminga, Eslinga, Halæ Suevorum, Heilbronna, Lindavia, Goslaria, Mulhusium, Northusium. Reliquæ libertatem magis suam, quam opes possunt jactare. Harum urbium ante seculum unum atque alterum magna erat potentia, & ipsis Principibus formidabilis. Hodie plerarumque opes accisæ, *f*) nec frustra aliqui auguran-

 tur,

extraordinarium affectaverint, an ordinarium. Sed nos quidem litem illam non facimus nostram. Res gestas eam ob rem vide apud autorem der Grundfeste *part. 2. cap. 6.* Confer omnino quæ de dissensu civitatum in comitiis notat Dn. Coccejus *cap. 20. n. 40. 41.*

*) Hanc omisit nova editio. Ratio non obscura.

**) Et hæc omissa. Rationem quære in instrumento pacis Osnabrugensi Cæsareo-Gallico, *artic. 10. versic. Tertio Imperator.* Conf. Knipschild. *de civit. imp. sub titulo Colmaria n. 6.*

f) De civitatibus Hanseaticis id putat intelligendum Obr. *p. 47.* non de imperialibus hic recensitis, utpote quarum status adversus minas cujusque generis legibus fundamentalibus munitus sit atque firmatus. Unde Kulpisius

p. 585.

tur, fore, ut aliquando penitus ſub jugum mittantur. g) Saltem Epiſcopi non obſcure

p. 585. neſcit, an potentia harum urbium major fuerit ſuperioribus quam hoc ſeculo; ſaltem ratione juris ac publici ſtatus id dici non poſſe, cujus intuitu noſtris temporibus inſigne habuerint incrementum. Sed quo effectu iſta dicantur, oſtendent dicta in nota modo præcedente. Quare nihil muto.

g) At civitates ſuo jure & ſolidiori conjectura ominari poſſunt, ut in augures aliquando recidant tam ſæva vaticinia. Neque ſane hucusque quidem Germaniæ noſtræ conditio eo recidit, ut ſecuritas cujusque a validioris arbitrio ſuſpenſa ſit, vel de republica in cyclopum patria ſententiam dicere, aut adornare judicium conveniat. Ita cenſet Obrechtus *p. 48.* qui veroſimiliter iſta ſcripſit, antequam Argentoratum a rege Galliæ anno 1681. occuparetur, (conf. Kulp. *p. 15.* juncto dato, quod præfationi commentationum ſuarum ſubſcripſit) niſi dicere velis, eum aperte lectorem voluiſſe ludere. Convenientius ſtatui noſtro & conditioni urbium judicavit jam anno 68. Schookius *Exerc. 5. §. 3. p. 46. ſeq.* quanquam immiſcuerit quædam parum pertinentia. Scilicet in iis, quæ autor hic auguratur, non intelligendus eſt, quaſi de jure loquatur, ſed loquitur de facto & inclinatione quorundam Principum potentum;
Eſt

ſcure minantur illis, in quibus cathedrales ipſorum eccleſiæ extant. Sed & ſunt quædam validisſimæ urbes,*) quæ libertatem

Eſt judicium politicum, non morale aut juridicum; unde turpiter ſe dedit hæc duo confundens Pacificus *diſc. 8. §. 10. p. 326.* notans autorem, quod non ſit bonus civitatenſis, quod hæc vane & contra optimorum ac moderatorum Principum ſpem & votum auguretur; quod immanis & tyrannica audacia ſit, contra inſtrumentum pacis, imperii Principibus ea conſilia ſuggerere, quæ tantum utile ſine honeſto politico præ ſe ferant; quod noſtra Germaniæ reſpublica feliciſſimum ſcopum nempe virtutem pro ſcopo habeat, cui repugnent Machiavellica autoris conſilia; nullam eſſe conſequentiam: Plerarumque civitatum imperialium opes eſſe acciſas, ergo penitus aliquando eſſe ſub jugum mittendas; & quæ plura ibidem occurrunt.

*) Quæ hic usque ad finem hujus paragraphi leguntur, in ſummam contraxit autor in nova editione: *Sed & antea fuerunt quædam validiſſimæ urbes, quæ libertatem non ita liquido jure uſurpare arguebantur, ſed nunc in ditionem Principum ſunt redactæ, ſic, ut ex earum numero Hamburgum & Brema præcipue ſuperſint. In Hamburgum, totius Germaniæ opulentiſſimam urbem jus prætendunt Holſatiæ*

tatem non ita liquido jure usurpant. In Hamburgum *b*) enim opulentissimam totius

satiæ Duces velut in ipsorum territorio sitam. Sed quod jus Hamburgenses hactenus tum oppositis aliis juribus, tum validissimis munitionibus eliserunt, accedente vicinorum favore, quos nunquam ea vecordia subibit, ut regem Daniæ tam opimo bolo potiri patiantur, Saxoniæ utrique deinceps prægravem futurum. Quæ & causa Visurgi accolas principes subigit, ne Bremam a Suecis in ordinem redigi concedant.

b) Historiam & jura utriusque partis vide recensita a Burgoldensi *part. 3. disc. 13. §. 4. p. 105. seq.* Conf. Kulpis. *p. 585.* Schook. *Ex. 5. §. 9. seq.* qui *§. 10.* ita auguratus est: *Quid si rex Daniæ, rex Sueciæ, Elector Coloniensis, & Duces Luneburgenses aliquando conspirent de quatuor hisce urbibus, Hamburgo, Colonia, Brema & Brunsuico ex ordine subigendis?* Et arbitratur ibidem, motibus internis optime obviam iri posse, si assumeretur protector potentia atque autoritate præcellens, a cujus oppressione abunde sibi civitas cavere possit, si protectori non liceat munita in urbe loca insidere, & tantum cum certo hominum numero civitatem ingredi, præprimis cum Hamburgum vicinæ civitates minores ob divitias & mercaturam odio prosequantur &c. Sed vereor, ut Hamburgenses consilio huic, in quo multa notari possent minus utilia, auscultaturi sint: vereor, ut augurium istud, rebus sic, ut nunc

totius Germaniæ, jus prætendunt Duces Holsatiæ. Etsi vicinorum æmulatio nunquam videatur concessura, ut rex Daniæ tam opimo bolo potiatur. Cum Brema *i*) Suedis negotium est, qui citra istam Duca-

P 5 tui

nunc sunt, stantibus, spem aliquam probabilem eventus possibilis apud ullum excitare posset. Felicius pro civitate auguratus est autor, dum posuit: vicinorum æmulationem regi Daniæ tam opimum bolum non esse concessuram. Augurium enim hoc per subsecuta tentamina regis Daniæ comprobatum est, quorum exitum vide apud Kulpis. *p. 586. seq.* & stilum curiæ observa, quomodo necessitas verbis elegantibus in gratiam & beneplacitum temperari posset.

i) Apertum, autoris affectum hic in Suecos inclinare, Schookium vero *Exerc. 5. §. 6. & 7. p. 50.* affectu contrario abripi. Historiam vide apud Burgold. *d. part. 3. disc. 13. §. 3. p. 97. seqq.* & quem citat Dn. Kulpisius *p. 590.* Gastelium. Conf. Obr. *p. 48.* Tempus transactionis inter regem Sueciæ & civitatem initum finietur anno 1700. Unde eventus mox docebit, an novi motus sint expectandi, an controversiæ quies. † Nondum tamen id docuit, quia Ratio status id nondum permisit. Ergo sunt Bremenses inter spem & metum. Multa etiam hac parte dependent ab eventu præsentis belli.

l) Va-

tui suo nunquam satis cautum credunt. Et fortasse non absurde suspicantur, in suam fraudem eam inter liberas civitates in comitiis anno 1641. receptam, cum jam tum suboleret, illum Ducatum in ipsorum manus perventurum. Brunsviga, *l*) Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium territorium valde deformavit, interjectu suo bene cohærentem compagem intersecando. Quanquam ut Hildesiam *m*) Episcopus

l) Varias contentiones Ducum Brunsuicensium cum civitate hac, vide summatim in tabulis Lohmeyeri Genealogicis lit. G. & H. Consilium subjectionis dedit suo tempore Schookius *Exerc. 5.* §. *8. p. 51.* quod paulo post anno 71. invita quamvis civitate adimpletum est, cum Dux modernus Rudolphus Augustus eam in ordinem redigeret. Acta recenset Gastelius de statu Europæ *f. 114. seqq.* ubi præmittitur brevis recensio variæ fortunæ civitatis a prima origine. Olim magna volumina pro ostensione justitiæ ab utraque parte publicata, & inclaruerunt in ea controversia JCti duo, Knichenius & Dauthius. Summam momentorum utrobique allatorum post Limnæum exponit Knipschild. *lib. 4. c. 1. n. 25. seqq.* Franc. Iren. *ad Burgold. P. 3. Disc. 16. p. 216. seq.*

m) De Hildesia an sit civitas imperialis, vide Knip-

ſcopus ſuus opprimat, iidem Duces non facile videntur conceſſuri. Electorem Brandenburgicum nimiæ urbium ſuæ ditionis libertati non favere, in aperto eſt. *n*) Unde

Knipſchild. *l. 4. c. 1. n. 82.* Hiſtoriam controverſiæ inter Epiſcopum Hildeſienſem & Duces Brunſuicenſes vide apud Burgoldenſem *P. 3. Diſc. 16. th. 2. p. 123. ſeqq.* Eventum docet transactio inter Epiſcopum & Duces Brunſuicenſes anno 1643. inita, quam exhibet Franc. Irenicus *in fine collegii ad Burgoldenſem.* Conf. Gaſtel. *cap. 15. n. 46. f. 499.*

n) Nolim hic cum Schookio *Exerc. 4. §. 1. 9. 10.* myſterium in voce *nimia* quærere, neque autorem exinde excuſare, quod de *nimia* libertate locutus ſit. Haud dubie durius quid in mente habuit, cui forte excuſationem præberet, ſi autor, dum iſta ſcripſit, in Suecica devotione fuit. Interim quo cenſura hac duriore nec demonſtranda, reſpexerit, nec ipſe divinare poſſum. Neque enim veroſimile eſt, eum reſpexiſſe, ut putat Schook. *§. 10.* controverſiam, quæ Electori cum civitate Herfordienſi intercesſit, de qua vide Knipſchild. *lib. 3. c. 24.* Gaſtel. *c. 32. f. 1136.* multo minus ad controverſiam de ſuburbiis Magdeburgenſibus Neuſtatt & Suderburg, ut putat Pacif. *p. 328.* de qua vide Burgold *P. 3. diſc. 41. §. 4. p. 116.*

o) Unde

Unde Magdeburgo fortaſſe aliqua mutatio poſt obitum Auguſti Saxonis imminet. *o*) Ambiguam non ita pridem conditionem de-

o) Unde ſua ſponte corruit theſis hæc hypotheſi præcedenti improbabili & non probatæ ſuperſtructa. Cavet privilegiis Magdeburgenſibus *inſtrum. pacis art. 11. §. 3.* conf. Burgold. *d. p. 116.* & omnino Knipſchild. *lib. 4. c. 1. n. 92. ſeq.* ubi habetur privilegium Ottonis. Et pertinet huc tranſactio anni 1666. Conf. Obr. *p. 48.* Kulpiſ. *p. 590.* Non dubitandum, offerente ſe occaſione potentisſimum Electorem privilegia Magdeburgenſia aucturum, & quæ hactenus quieverunt, reſuſcitaturum. Pertinet huc controverſia de jure ſtapulæ, quæ olim inter Magdeburgum & civitatem Lipſienſem intercesſit, de qua ſcripſit prolixum tractatum Leuberus. Hanc definire uti ad nos non pertinet, ita tamen nemo mirabitur, quod hactenus iſti Leuberi ſcripto nihil fuerit oppoſitum, qui conſideraverit, partim, quod Princeps Saxonicus per diuturnum tempus adminiſtrationem Archiepiſcopatus Magdeburgici geſſerit, partim, quod Principes cauti jura ſua offerente occaſione re ipſa exercere ament, relictis diſputationibus in favorem eorum, qui rei potiundæ nullam ſpem habent, expediendis.

p) Con-

deseruere Erfordienses; *p*) qui uti propter stoliditatem & ignaviam libertate indigni adparuere; ita, cur Saxones arcem Thuringiæ non suam potius fieri maluerint, cordatiores nondum satis digerere possunt. Nam Batavos quidem satis puto pœnituit, quod Monasteriensibus contra Episcopum suum suppetias non tulerint; *q*) præsertim cum speciosum foret, qui libertatem suam armis in Principem sumptis deberent, *r*) similia molientes non deserere.

XIV. Eque-

p) Consentit cum autoris judicio Schook. *Exerc. 5. §. 4. p. 48.* Burgoldensis *P. 1. d. p. 21. §. 19. p. 395. seq.* ubi & historia controversiæ inter Moguntinum & Erfordiam. Irenicus in additionibus *p. 245.* transactionem inter Electores Moguntinum & Saxonem exhibet. Conf. Knipschild. *l. 4. c. 1. n. 60. seq.* Gastel. *cap. 32. n. 69. f. 1137. seq.* Unde facile satisfieri posset censuræ tacitæ Obrechti *p. 48.*

q) Historiam controversiæ vide apud Burgold. *d. §. 19. p. 397. seq.* Eventum & transactionem inter Episcopum & civitatem apud Gastel. *cap. 15. n. 76. seq. fol. 527. seqq.* Batavos excusat Schook. *exerc. 5. th. 5. p. 49.*

r) Dubius sensus, ut nescias an improbet, an mi-

XIV. Equestris Ordinis *s*) in Germania duplex est conditio; pars enim immediate Imperatori & imperio subest, pars alios Status dominos agnoscit. *t*) Qui ad priorem classem pertinent, vocare sese sueverunt liberos imperii Nobiles, & conjunctim immediatam & liberam imperii nobilitatem. *u*) Iidem pro districtibus, in qui-

minus. Defendentes hac parte Belgas citantur a Pacif. *p. 328*. Perdidit hanc provinciam Hispanus per insana consilia Cleri.

s) Schookii *dissertatio 11.* quam occasione hujus §. de nobilitate scripsit, & quos ibi colligit, loci communes a scopo autoris alieni sunt.

t) Illi Reichssassen / hi Landsassen / qui vel Schrifft & Cantzleysassen / vel Amtsassen. Vide præter citatos a Kulpis. hic *p. 591.* Zieglerum ad Calvoli Praxin auream.

u) De hac vide Burgoldensem *part. 1. disc. 22.* Kulpis. *p. 591. seqq.* Communiter statuitur origo ejusdem ex morte Conradini ultimi Ducis Sueviæ. Sed hanc sententiam refutat Dn. Coccejus *c. 25. juris publ. prud. §. 5. p. 389.* eos ex antiqua Germaniæ in partem mediatam & immediatam divisione (de qua *cap. 9. §. 4.*) deducens, ubi simul respondet, cur nobiles in Westphalia mediati sint. *d. c. 25. §. 4.* Noviter accessere nobiles inferioris Alsatiæ reliquis pacto

quibus prædia possident, dividuntur in classem Franconicam, Suevicam & Rhenanam, quarum singulæ iterum in minores particulas dispescuntur. Iidem ex suo ordine certos habent directores & assessores, quibus negotia ipsorum rem com-

pacto Mergenthaliensi *d. 28. Jun.* 1651. *ibid. §. 8.* † Cur vero comites Westphalici sint immediati (per dicta supra §. *12.*) exponit illustr. Dn. Coccej. *c. 20. §. 17. juncto cap. 25.* §. *4.* Hertius *de orig. & progressu spec. Rom. Germ. Imp. rerump. §. 22.* concedit quidem, nobilitatis semper magnam apud Germanos fuisse existimationem, & nobiles consultationibus interfuisse, idque probari ex capitularibus Francorum. At libertati eorum præcipuam causam dedisse interitum Ducalis domus Hohenstaufiorum. Neque posse objici Westphaliam, ut quæ nunquam pertinuerit ad Duces Sueviæ. Quod vero ad Rhenum fuerint Palatini Comites, inde minus recte inferri, alios Ducalem potestatem ibi non habuisse &c. (Conf. eund. *de special. rerump. nominibus & formis* §. *30. p. 146.*) Et *in modo præced. §. 21.* probatur, ad Duces Sueviæ tum non solam Franconiam, sed & tractum Rheni pertinuisse. Quid si dicamus: Nobiles Rhenanos jam antiquitus fuisse immediatos tanquam in parte immediata, & tales

communem spectantia curæ sunt. Interdum etiam si quid majoris momenti inciderit, conventus agitant. Ad comitia *x*) tamen

tales semper mansisse: Franconicos vero & Suevicos post mortem Conradini occasionem arripuisse se in pristinam immedietatem iterum vindicandi. Ita media sententia orietur inter illas duas extremas, dubiis non ita obnoxia. Neque enim videtur negari posse: nobiles Franconicos & Suevicos sub Ducibus non fuisse immediatos. Ex altera vero parte mihi non satisfacit responsio Hertii ad dubium Dn. Coccejі de nobilitate Rhenensi. Qui & *in nova editione p. 438.* respondere voluit Hertio, negando, quod nobiles sub Ducibus Sueviæ fuerint immediati, de qua tamen assertione & ejus probatione cogitandum ulterius.

x) Notandæ tres quæstiones: 1. An nobiles immediati sint Status imperii? 2. An habeant superioritatem territorialem? 3. An præcedant civitates imperiales? De quibus vide Kulpis. *p. 592. seq.* Burgold. *d. disc. 22.* Hist. pac. Monast. *lib. 3. §. 97. p. 368. seqq.* Uti vero variæ variorum hic sunt opiniones, ita mihi paucis sic videtur: Olim non fuit certus ordinum numerus, sed comitia adire licuit, quicunque aliquod in republ. momentum opibus aut prudentia se putabat facere, *vid. autor. supr. h. cap. §. 2.* Neque enim olim erat superioritas territorialis. Istis

tamen imperii non vocantur; quod ipsi

Q in

Istis temporibus igitur Nobiles immediatos comitiis interfuisse quis dubitaret, præprimis cum in publicis documentis eorum expresse fiat mentio. [†Novissime tamen Dattius *de pace publica l. 5. c. 4. & 5.* probare voluit, nobiles immediatos nunquam habuisse jus comitiorum, partem tamen nobilitatis Suevicæ, occasione Suevici fœderis, ad comitia, in Suevia præsertim habita, olim nonnunquam fuisse convocatam, ex eoque leges publicas mentionem nobilium aliquando facientes, esse intelligendas. Cujus sententia etiam placuit Dn. Titio *in notis hic lit. m.*] Istis igitur temporibus etiam more gentium omnium præcedentiam habuerunt præ civitatibus. [†Hoc tamen intelligendum intuitu magistratus civilis & civium, von dem Rath und Bürgerschafft. An vero comites civitatum die Reichs-Vögte und Reichs-Schultzen/ qui nomine imperii civitatibus præerant & earum nomine etiam videntur in comitiis comparuisse, equitibus fuerint postpositi, valde dubito.] Neque enim isto tempore in comitiis tria collegia fuerunt ut hodie. Sed a tempore interregni videntur e comitiis emansisse, partim quod bello vires essent extenuatæ, partim ut se eximerent, quantum possibile, ab oneribus; atque sic res per aliquot secula mansit. Hodie vero cum sentiant, quantum juris tribuat superioritas, & quod nemini nisi statibus

ea

ea competat, pro ſtatu vero non habeatur, qui non ad comitia vocetur, vitio equidem nobilibus non vertendum, ſi priſtina jura recuperare intendant; ſed vitio etiam non vertendum reliquis ordinibus, ſi incommoda olim detrectantes hodie ad commoda non facile velint admittere. Igitur hodie ſtatus non ſunt, quia non vocantur ad comitia, & quia ſtatus non ſunt, ſuperioritate territoriali non gaudent. [† Scilicet etſi nemo negat, nobiles immediatos habere multa regalia, & ſuperioritas territorialis nihil aliud ſit, quam complexus omnium regalium, in illo puncto vertitur intereſſe quæſtionis, an nobiles habeant ſuperioritatem territorialem? utrum habeant omnia regalia, an ſaltem quædam? Nam qui regalia habet, non ſtatim habet omnia. At qui ſuperioritatem territorialem habet, præſumitur ex natura ſuperioritatis habere omnia, niſi probetur contrarium. Contra, quod nobiles immediatos attinet, hi non præſumuntur habere omnia regalia, quia ſingula regalia, quæ exercent, ex ſpecialibus privilegiis Imperatorum acceperunt. Forte tamen & hic uſus quæſtionis de ſuperioritate territoriali de nobilibus immediatis prædicanda, nec ne, erit exiguus. Cum enim privilegia nobilium immediatorum exhibeantur a Gaſtelio, Knipſchildio & aliis ſcriptoribus, qui in ſpecie de juribus nobilitatis immediatæ egerunt, res exigui laboris eſſet, expendere paulo diſtinctius illa privilegia, &

com-

computare, an aliquod regale iis deficiat ad ſuperioritatem territorialem pertinens, de quo ipſis controverſia moveri poſſit. Ni fallor, nulla vel paucisſima deprehendes regalia, de quibus non cautum ſit ipſis per modum privilegii, niſi forte ex iis, quæ communiter ad reſervata Imperatoris referuntur, ut jus veniam ætatis concedendi, civitatis dandæ &c. Sed & hic tamen nulla vel certe exigua erit differentia in effectu inter civitates imperii & nobiles immediatos. Nam nec hæ ob reverentiam, qua Imperatorem proſequuntur, hæc regalia exercere ſolent. (Adde diſſert. noſtr. *de injuſta oppoſitione reſerv. Imperat. & regal. ſuper. territ.*) Unde tandem res ad logomachiam deveniet & variam acceptationem ſuperioritatis territorialis. Et adeo non mirandum, quod D. Titius *in notis hic* nobilitati immediatæ ſuperioritatem territorialem tribuat. Nam *in ſpecim. jur. publ. L. 3. c. 1. §. 44. p. 264.* diſerte fatetur, quod ex ſua (peculiari plane) hypotheſi nobiles immediati ſaltem *ſuo modo* dici posſint ſtatus, & quod tamen non plus juris ideo tribuat nobilitati immediatæ, quam juxta communem ſententiam habeant.] Et quia hac non gaudent, præcedentiam etiam ipſis non concedent civitates imperii tanquam ſtatus & hodie reſpublicæ quaſi minores. Habent tamen jurisdictionem & exercitium variorum regalium, Landes-Obrigkeit, inter quam & ſuperioritatem, Hohe Landes-Obrigkeit quid interſit in

effectu; dixi *in dissert. de feudis oblatis c. 2. §. 30.* Pertinent huc confirmationes privilegiorum de singulis juribus ipsis competentibus, quas recenset Limn. *lib. 6. c. 3. & tom. addit. II. ad illud caput*, Gastel. *de statu Europæ cap. 33. fol. 1262. seqq.* Interesse statuum Evangelicorum, ut nobiles immediati votum in comitiis vel accipiant, vel recipiant, asserit Burgold. *d. disc. 22. p. 406.* Ego non video, etsi non immerito, quantum ad religionem, status Evangelici nobilitati adstiterint in tractatibus pacis Westphalicæ. Burgold. *p. 407. 408.* Qui & idem *d. p. 406.* cum pluribus aliis serio optat, ut, quæ verba ipsius sunt, nobilissimum jus votandi postliminio quasi recipiant, & nescio qua animi divinatione permotus, obtenturos esse nondum desperat. Ego uti cur optem, aut cur invideam, nullam caussam habeo, ita cur sperem ne minimam quidem video. Si enim nobilibus votum esset concedendum, vel concederetur ut separatum & quartum collegium facerent, vel ut collegio uni ex tribus associarentur. Prius nemo permittet, certe non collegia Electorum & Principum, præprimis, cum quatuor collegia si forent, sæpe occasio daretur ad votorum paritatem. Posterius quod attinet, civitatum collegium eos non recipiet ob præcedentiam, Principum collegium non admittet ob præeminentiam, quam feuda regalia censentur habere præ simpliciter nobilibus. Et si admitteret, non obtinerent nisi duo vel tria vota curiata.

γ) Sci-

in favorem sui interpretantur, *y*) ut sumtibus ibi requisitis possint supersedere. Et sane parum iisdem profuturum erat, *z*) unum atque alterum suffragium in tanta multitudine ferre posse. De cætero paribus fere cum reliquis statibus libertate & juribus gaudent, ut ad Principum fortunam nihil ipsis desit, præter opes. *a*) Insigne quoque in eosdem redundat emolumentum ex canonicatibus *b*) & beneficiis eccle-

y) Scilicet ipsi nobiles qui dicunt se olim fuisse status, & per modum privilegii hoc ipsis esse concessum, ut non vocentur ad comitia. vide Obr. *p. 49.*

z) Facile patet ex dictis, si Principum collegio associarentur, quorsum respexisse videtur autor, quem male & sine causa censet Burgold. *p. 407.* quasi non obscure in nobilium eversionem propendeat.

a) Etsi enim ob dicta *in disp. de feudis oblatis d.* *§. 30.* non habeant omnia regalia, tamen ea quæ habent, & quorum confirmationem exhibet Gastelius & Limnæus, ostendunt, quod non adeo multum differant a superioritate ipsa, si modo plures opes possiderent.

b) Vitia canonicorum pertinent non ad nobiles immediatos in specie, sed sunt communia etiam reliquis nobilibus, imo & non nobilibus, qua-

ecclesiasticis, per quæ facillimus est ad fasti-

quatenus & hi canonicatuum quorundam sunt participes. Quæstionem de admissione nobilitatis Lutheranæ ad canonicatus notat Kulp. *p. 595.* Huc pertinent scripta Petri Philipps / Dompredigers zu Halberstadt / von Amt und Stande der Clericorum und Stifftspersonen / Bremen 1668. Item Anonymi Bedencken / ob die Ertzstiffte beständiglich in ihrem Esse zu erhalten / publ. Halberstadt 1617. in 4to. Cui ex parte Pontificiorum opposuit Meinrad von Bonna, J. U. Licent. Censur und examen zu Würtzburg 1617. ex parte Lutheranorum M. Friderich Peters Coadjut. der Kirchen zu Braunschweig Bericht: Ob Thumherren und ihre Adjuncten, die gemeiner Leut und Bürger Kinder sind / in einem GOtt wohlgefälligen Stande sitzen / und der Stifftslehen mit guten Gewissen geniessen können? anno 1618. Præ reliquis vero commendari meretur Chiloberti Jonæ zwey nützliche und itziger Zeit bey diesem leider sehr betrübten und bedrängten Zustande des Christenthums hochnöthige Erinnerungs-Tractätlein / eins von unnützen / verwirreten / ungeistlichen Weltstande der Domherren und Heydnischen Pharisäer / was es so wol mit jener hochtrabenden Uprigkeit / als dieser unchristlichen vermessenen Disputir-Sucht vor eine Beschaffenheit habe: Das andere: Ein verteutschter Beweiß / wie es mit ordentlicher Wahl eines Bischoffs oder Præ-

fastigium Principale *c*) adscensus. Eo

Prælaten vor alten Jahren von der Apostel Zeit hero gehalten / und wie es wieder zum rechten Stande zu bringen ; in 8vo 1622. Autor Pseudonymus est, vero nomine Johann. Angelius Werdenhagen / vir pius & diligens. Dignum esset scriptum, quod iterum imprimeretur ob varias veritates utilissimas ibi contentas. Et posset commendationis loco ei præmitti acris censura in libellum & autorem lata a Colleg. Theol. Witteberg. quæ extat *Part. 2. consil. Witteberg. f. 187. seq.* Quibus enim pietas autoris ex aliis ejus scriptis, & genius Wittebergensium vel ex ipso hoc consiliorum volumine, si non aliunde, notus est, is certe vel ob ipsam hanc eorum acerbam censuram magis æstimabit istud scriptum, præprimis cum titulus libelli, (quem ideo integrum apposuimus) facile cuilibet ostendat, quamobrem irritati fuerint Wittebergenses. Prætextus fuit potissimus, quasi totum ministerium Lutheranum & academias impie traduxerit autor, quod tamen falsum esse ostendere poterant, quæ differit G. 1. b. & G. 3. b. Vera causa fuit, quod ex amore in Flacium non honorifice senserit de Formula concordiæ & Jacobo Andreæ, quod nec dissimulant Wittebergenses. Cæterum quæ sit ipsorum Wittebergensium de canonicis sententia, patet ex *Part. III. f. 8. seqq.*

c) Scilicet apud Pontificios ad Episcopatus, Archiepiscopatus, Electoratus ecclesiasticos &c.

d) In-

provectos familiis suis laute ipsos posse prospicere, vel sanctissimi patris nostri exemplo potuerant discere. *d*) Præterquam quod nescio quam jucundum sit, opimos reditus circa ullum laborem per otium posse consumere. Nam etiam per Vicarios templa clamoribus complent, ut nullus raucedinis metus nisi ex crapula immineat. Cœlibatus incommodis facile venales puellæ medentur; nam qui se propter regnum cœlorum castraverit, nondum videre contigit. Continentiæ autem donum in homine nobili æque turpe, quam canibus & equis non gaudere. *e*) Cæte-

d) Intelligit Nepotismum. Res nota.

e) *Papæ!* inquit Schookius *Exerc. 11. th. ult. p. 138. omnesne ergo canonici tales? Multorum vim & quotidiana conversatio contrarium evincunt. Ergo hoc accenseatur reliquis Severini calumniis.* Sed haud dubie defensionem autoris suciperet ipse Schookius, si quis similem quæstionem ipsimet proponeret de ejus sententia, quam *p. seq. 139.* de academiis profert. *Modernæ*, ait, *academiæ verius vocari debent omnis nequitiæ officinæ quam bonæ mentis palæstræ, in quibus si vivant nobiles, multum pecuniæ dilapidant, & nihil aut parum, quod reliquo vitæ tempore usui esse queat, addiscunt. Eoque*

Cæterum non paucos querentes audivi,
 Prin-

Eoque Princeps consilia tempestive capiat de alia academia in primaria ditionis suæ urbe erigenda, ad quam quæ requirantur, quomodo impensa quam minima statui & sustentari queat, aliàs (si magno illi Deo visum fuerit) per me infimæ sortis hominem doceri poterit. Quid responderet, inquam, Schookius, si quis veritatem in hac ejus sententia contentam oppugnaret quærendo: *Omnesne ergo academiæ tales? omnesne nobiles tales? &c.* Et quam hic daturus esset responsionem, eandem & suæ objectioni adversus autorem reponat. Aliter Obrechtus qui *p. 49.* vult: Dicteria ex paucorum moribus in universum ordinem jactata retundi cæterorum meritis, quorum interventu vel pensentur vel redimantur flagitia dissentaneam generi nominique vitam sectantium. Utinam! Uti in omnibus statibus boni malis mixti sunt, ita & inter nobiles. Uti vero in omnibus statibus mali sunt numero potiores, ita adulatione non corrumpendi nobilium animi, quasi paucorum mores sint, qui hic ab autore notantur, cujus indefinita locutio (durior certe & per ironiam acerbior) non tamen eo torquenda est, acsi in universum ordinem sit jactata. De aliorum adulatione, quasi liberi principum & nobilium genio & ingenio feliciori prædditi sint præ nobilibus, diximus alibi. Nullorum magis interest, istis adulatoriis doctri-

Principes quosdam suæ libertati non obscure imminere, *f*) seque ab iisdem parum propitio vultu adspici, quod, cum in mediis ipsorum territoriis sedes habeant, tanta libertate gaudeant. Quinimo a nonnullis jactari, tantam multitudinem minutorum regulorum parum facere ad validitatem magnorum imperiorum. Quod si externum bellum ingruat, ipsos utrique parti in prædam cedere. Enimvero neque nobiles propter incertum periculum cer-

doctrinis non corrumpi, quam ipsorum nobilium. Nihil enim periculosius quam si ægroto morbo pernicioso laboranti persuadeas, quod sanus sit. † Interim non sine ratione hæc dicteria in canonicos *in editione posthuma* a verbis: *Nam etiam per vicarios*, ad verba, *non gaudere*, sunt omissa.

f) Videndum an præsidia Imperatorum contra hæc pericula, ad quæ ex Hippolito a Treisbach provocat Obr. *p. 49.* sint sufficientia. Et forte ipsi nobiles non semper extra culpam, quorum intererat omnibus modis vicinos potentiores sibi devincire, neque quicquam adversus ipsos tentare, quo respectu eos notat Burgold. *P. 1. disc. 22. p. 409.* quod cum Electore Moguntino & aliis fœdus ad infringenda jura Electoris Palatini inierint.

g) Initio

certam libertatem projicient; nec temere reliqui sunt passuri, tantam accessionem paucis Principibus accrescere, ni magna aliqua rerum conversio occasionem pandat, aut lento temporum lapsu, & per subtiles artes attritæ nobilium opes corruant.

XV. Paucis heic quoque monendum, vastum istud Imperium dividi in decem regiones, seu circulos, uti vulgo vocant, ex instituto Maximiliani I. anno 1512. *g*) quorum nomina ista sunt: *h*) Austriacus, qua-

g) Initio anno 1500. sex saltem circuli, post anno 15.12. decem constituti sunt. Obr. *p.* 49. Kulpis. *p.* 596. Nuperrime eleganter ostendit Dn. Coccejus *juris publ. prud. c.* 4. §. 1. *seq. junct. cap.* 3. Maximilianum I. non, uti communis opinio est, istam divisionem in sex circulos fecisse, sed dudum receptam imperii in sex provincias Germanici juris divisionem retinuisse, ubi simul docet, quod provincia Moravica seu Bohemica, quippe juris non Germanici sed Slavici, circulis non sit annumerata, Vandalica vero etsi & ipsa juris Slavici, pedetentim provinciæ Saxonicæ accesserit.

h) De nominibus, ordine, membris circulorum vide quæ notavit Kulpis. *p.* 596. *seqq.*

i) Vide

Principes quosdam suæ libertati non obscure imminere, *f*) seque ab iisdem parum propitio vultu adspici, quod, cum in mediis ipsorum territoriis sedes habeant, tanta libertate gaudeant. Quinimo a nonnullis jactari, tantam multitudinem minutorum regulorum parum facere ad validitatem magnorum imperiorum. Quod si externum bellum ingruat, ipsos utrique parti in prædam cedere. Enimvero neque nobiles propter incertum periculum, cer-

doctrinis non corrumpi, quam ipsorum nobilium. Nihil enim periculosius quam si ægroto morbo pernicioso laboranti persuadeas, quod sanus sit. † Interim non sine ratione hæc dicteria in canonicos *in editione posthuma* a verbis: *Nam etiam per vicarios*, ad verba, *non gaudere*, sunt omissa.

f) Videndum an præsidia Imperatorum contra hæc pericula, ad quæ ex Hippolito a Treisbach provocat Obr. *p. 49.* sint sufficientia. Et forte ipsi nobiles non semper extra culpam, quorum intererat omnibus modis vicinos potentiores sibi devincire, neque quicquam adversus ipsos tentare, quo respectu eos notat Burgold. *P. 1. disc. 22. p. 409.* quod cum Electore Moguntino & aliis fœdus ad infringenda jura Electoris Palatini inierint.

g) Initio

certam libertatem projicient; nec temere reliqui sunt passuri, tantam accessionem paucis Principibus accrescere, ni magna aliqua rerum conversio occasionem pandat, aut lento temporum lapsu, & per subtiles artes attritæ nobilium opes corruant.

XV. Paucis heic quoque monendum, vastum istud Imperium dividi in decem regiones, seu circulos, uti vulgo vocant, ex instituto Maximiliani I. anno 1512. *g*) quorum nomina ista sunt: *h*) Austriacus, qua-

g) Initio anno 1500. sex saltem circuli, post anno 1512. decem constituti sunt. Obr. *p. 49.* Kulpis. *p. 596.* Nuperrime eleganter ostendit Dn. Coccejus *juris publ. prud. c. 4. §. 1. seq. junct. cap. 3.* Maximilianum I. non, uti communis opinio est, istam divisionem in sex circulos fecisse, sed dudum receptam imperii in sex provincias Germanici juris divisionem retinuisse, ubi simul docet, quod provincia Moravica seu Bohemica, quippe juris non Germanici sed Slavici, circulis non sit annumerata, Vandalica vero etsi & ipsa juris Slavici, pedetentim provinciæ Saxonicæ accesserit.

h) De nominibus, ordine, membris circulorum vide quæ notavit Kulpis. *p. 596. seqq.*

i) Vide

quatuor Electorum ad Rhenum, Rhenanus superior, Suevicus, Bavaricus, Franconicus, Saxonicus superior, Saxonicus inferior, Westphalicus & Burgundicus. Regnum Bohemiæ cum adjuncta Silesia & Moravia ad nullum circulum pertinet, *i*) neque peculiarem constituit; liquido argumento, *l*) fœdere id magis Germaniæ innecti, quam in eandem cum ipsa civitatem coaluisse. *m*) Quæ cujusque circuli mem-

i) Vide hæc optime deducentem Dn. Cocc. *d. c. 3. n. 50. seq.* Conf. quæ de disputatione Arumæi contra Goldastum adducunt Obr. *p. 49.* Kulpis. *p. 596.* Consultatum tamen fuit, sed absque successu, de adjiciendo circulo Bohemico, Prussico, Livonico, *Kulp. d. l.*

l) De argumento equidem non disputabimus, an exinde, quod regio non contineatur sub circulo, possit inferri, quod non sit juris Germanici? Sed concedemus Kulp. & Obr. *dd. ll.* dari hic posse instantias. Modo conclusionem retineamus. † Adde Dn. Titium *hic p. 141. lit. r.* & repete jam supra notata *ad §. 4. hujus capitis lit. e. in fine.*

m) Igitur etsi dissentiant hic iterum Kulpisius, Obrechtus *dd. ll.* & Pacificus *p. 329.* nil tamen mutandum esse arbitramur. Præprimis cum Dn. Cocc. *d. c. 3. n. 64. seq.* ostenderit, præter Duces Sile-

membra sint, passim in vulgaribus libellis expositum invenias. Spectat ea divisio potissimum ad commodiorem defensionem pacis publicæ, & executionem justitiæ contra Status contumaces. *n*) Cui fini etiam singuli sibi possunt eligere Ducem, penes quem summa sit militiæ, & conventus agitare, convocari solitos per primarium circuli Principem unum alterumve; *o*) in quibus cum de aliis ad defensionem circuli spectantibus, tum etiam de re monetaria tractatur. Quanquam an non & eadem divisio ad distractionem *p*) Germa-

Silesiæ & Marchiones Moraviæ, etiam Marchiones Lusatiæ & Misniæ ob eandem cum Bohemia rationem nec hodie jus civitatis Germanicæ habere, nec in comitiis comparere. Quod vero rex Bohemiæ sit Elector, id nemo negat, sed huc non pertinet.

n) De aliis utilitatibus & circulorum juribus vide Kulpis. *p. 597.* Burgold. *part. 3. disc. 7.*

o) Dux Krenß-Obrister/ Princeps Krenß-Director, Krenßausschreibender Fürst; Quinam sint Principes in singulis circulis & de eorum officio, vid. Burgold. *d. disc. 7.* Dn. Cocc. *d. c. 4.*

p) Dissentit Pacif. *p. 329.* sed sub persona Burgoldensis *d. disc. 7. p. 55.* ejusdem sententiæ est cum

Germaniæ faciat, dum, quæ unum circulum adfligunt mala, reliquos segnius afficiunt, non immerito dubites. Hæc de partibus Germanici Imperii.

CAPUT III.

De Origine Statuum Imperii, & quibus gradibus ad istam potentiam adscenderint.

I. Principes Germaniæ seculares quibus titulis distinguantur.

II. Ducum atque Comitum quale apud veteres Germanos fuerit officium: & qua ratione deinceps mutaverit.

III. Conditio horum, & distinctio quomodo sub Carolo M. fuerit, & quibus gradibus potentia eorum creverit.

IV. Provincias suas feudi jure unde possideant, quaeque nexus istius feudalis ratio.

V. Nonnullorum Principum vires quare imminutæ.

VI. Episcopos constituendi modus qualis primo fuerit, & quomodo postea mutatus sit.

VII. Opes suas quibus debeant, quibusque gradibus

---

cum autore. Cæterum non dicit autor, quod id fiat per se & vitio divisionis, sed concedet forte Kulpisio *p. 598.* & Obr. *p. 50.* id pertinere ad morbos & vitia circulorum.

dibus in Statum præsentem devenerint.
IIX. Exemtio eorum a potestate Imperatoris an & quatenus facta sit.
IX. De liberarum urbium in Germania origine ac incrementis.
X. Earum regimen quomodo olim se habuerit, & quibus viis liberius redditum.

AD accuratam imperii Germanici notitiam comparandam cumprimis necessarium est inquirere, qua via illi, qui status imperii vocantur, ad tantas opes pervenerint. Citra hoc enim haut quidquam perspiciemus causam, quare ista respublica tam irregularem formam induerit. Cum autem Status isti sint vel Principes seculares & Comites, vel Episcopi, vel urbes; igitur de singularum harum classium origine paucis investigabimus. Principes Germaniæ seculares gerunt titulum vel Ducum, vel Comitum cum aliqua adjectione in ipsorum lingua, qua audiunt Pfalzgravii, Landgravii, Marggravii, & Burggravii. Nam quantum memini, præter novitios illos Principes, soli Anhaldini *a*) nudo vocabulo Principum utuntur; nisi quod nonnulli aliis suis titulis

a) Hodie. Olim plures. Kulpis, *p.* 4.

titulis eundem interjectum habent. Sic Austriaci vocant se Principes Sueviæ; Duces Pomeraniæ, & nunc Reges Sueciæ, Principes Rugiæ; *b*) Landgravii Hassiæ, Hirsfeldiæ, &c.

II. Inter priscos ergo Germanos *c*) ante imperium Francorum, militare erat officium *d*) Ducum, arguente id satis Teutonico vocabulo Heerzog, qui ut plurimum ex opinione virtutis legebantur, quando necessitas bellandi ingruebat. In pace*) qui civitates gubernabant, & per pagos vicosque jus dicebant, ex nobilitate *e*) fere electi, Greven sive Graven vocaban-

b) Item Electores Brandenburgici, Principes Halberstadii, Mindæ & Camini. † Quod etiam additum legitur in editione posthuma.

c) Ad §. 2. 3. 4. & 5. adde *dissertationem Conringii de Ducibus & Comitibus imperii Germanici*, quam hîc fere in summam contraxit autor. Quoad hoc vero totum caput confer *Myleri ab Ehrenbach Archologiam.*

d) Conring. *th. 1. usque ad 5.*

*) Scilicet primario. Nam & in bello fuit aliquod Comitum officium, imprimis sub regno Francorum, ut apud Gregorium Turonensem passim videre est.

e) Conring. *th. 6. seq.* Tacitus Comites hos vocat

cabantur; Latine præſidem rectius diceres, etſi pro eo vocabulum Comitis magis arriſit. Nam ex uſu ſeculorum a Conſtantino M. *f*) Comites audiebant, qui miniſteriis aulicis præerant, aut qui in provinciis milites regebant, jurive dicundo operam dabant. Franci poſtea, *g*) cum Alemanniam & alia Germaniæ loca ſibi ſubjeciſſent, ad morem Romanorum, devictis provinciis Duces impoſuerunt, id eſt Præſides, adminiſtrandis militiæ pacisque negotiis; quibus interdum Comites *h*)

vocat principes & aſſeſſores horum de plebe Comites apud Conring. *d. th. 6. & 7.*

f) Ex Conringio *th. 10.* Diſtinctius Kulpiſius *p. 5. ſeq.* ante Conſtantinum Comites dictos ex amicitia Principis (ita Sejanus Tacito Tiberii individuus Comes,) poſtea per loquendi compendium, qui antea dictus erat Comes ſc. Imperatoris, & Præfectus v. g. ſacrarum largitionum, elliptice appellatum eſſe Comitem ſacrarum largitionum &c.

g) Conring. *th. 11. ſeq.*

h) Ab origine Imperii Francici veram differentiam inter Duces & Comites eam fuiſſe, fuſe notat Kulpiſ. *p. 7.* quod Comites præfecti fuerint ſingularum civitatum, Duces integrarum

adjuncti dicundo juri. Quædam etiam provinciæ Comitibus solis *i*) sine Ducibus regendæ tradebantur. Omnis tamen horum potestas non alia erat, quam Magistratus proprie dicti. *l*) Successu tamen temporis *m*) factum, postquam isti Duces ad vitam constituerentur, & patribus plerumque filii surrogarentur, ut nacti tam egregiam occasionem proprias opes stabiliendi, paulatim regum suorum autoritatem leviorem habere, & provincias sibi concreditas velut in patrimonio suo cœperint numerare. Neque vero magis exitia-

rum provinciarum. † Civitas tamen hic non urbem denotat, sed districtum, pagum &c.

i) Sunt verba Conringii *d. th. 11.* qui & *post th. 12. p. m. 159.* ex Paulo Diacono exemplum affert, dicente: *Is Alahus, cum Dux esset in Tridentina civitate, cum Comite Bojariorum, quem illi Gravionem dicunt, qui Bauzanum & reliqua castella regebat, conflixit, eumque mirifice superavit.* Ut adeo in his verbis non credam cum Dn. Kulpisio *p. 7.* autorem potissimum ad tempora Caroli Magni respicere, qui majores Ducatus sustulit & in plures comitatus divisit, qua de re agit Conring. *th. 13.* & autor notat §. *seq.*

l) Adde quos citat Kulpis. *p. 7. 8.*

m) Conring. *th. 17. seq.*

n) Ita

exitiabilis Monarchiis error accidere potest, quam si ejusmodi administrationes fiant hæreditariæ, ubi inprimis eædem rem quoque militarem complectuntur. *n*) Sic ut risum vix tenere possem, cum legerem *o*) apud quosdam scriptores Ger-

 ma-

n) Ita & philosophatur Conringius *th.24.& 25.* regum Francicorum & potissimum Ottonum liberalitatem hac parte notans.

o) Notat Mylerum ab Ehrenbach & *Archolog. Caput II.* Observandus hic ante omnia status controversiæ. Non quæritur hic de Ducatibus & Comitatibus hereditariis in genere, sed ita statum controversiæ format Mylerus: An Ottones cæterique subsequentes Imperatores prudenter egerint, dum tot Ducatus &c. viris bene meritis hereditario jure concesserint? Affirmativam defendit Mylerus rationibus, quibus hic respondet Monzambanus, satyrice quidem & salse, sed ex rei veritate. Neque enim Mylerum defendunt quæ hic urgent Kulpisius *p. 9.* & Pacificus *disc. 9. §. 2. p. 337. seq.* ac si autor sit in ea hæresi, quasi imperium Francorum fuerit absolutum, (conf. supra *c. 1. §. 8.*) atque rationes ejus in absoluta monarchia valeant, non in temperata, & ubi libertas populi fuerit ut in Monarchia Francica. Præterquam enim quod Pacificus *d. p. 337.* est in sua sententia valde fluctuans, & uterque, (ut supra jam notavimus *ad d. §. 8.*

c. 1.

manicos, istud quasi laudabiliter & prudenter factum defendi. Nam est quidem regia laus, bene meritos magnificis mactare præmiis; p) verum si dominus omnes servos suos libertate velit donare, ipse deinceps sibi puto calceos purgabit. q) Et magis

c. 1. lit. i. p. 40.) certe sub Carolo absolutam Monarchiam Francicam defendere allaboraverit, quidsi ponamus etiam, hypothesin illam autoris de Monarchia absoluta non fuisse adeo verosimilem, valebunt tamen ejus rationes, quas Mylero opponit, certe adversus intempestivas liberalitates Ottonum, de quibus controversia est, etiamsi non valerent adversus ea, quæ necessitate urgente Imperatores concedere coacti sunt.

p) Hæc prima ratio Myleri *d. c. 11. §. 5. p. 96.*

q) Sensus *primæ* responsionis ad primam Myleri rationem is est, observationem illam male applicari ad casum præsentem, & idem esse, ac si quis ex illa ratione velit domino suadere, ut servos omnes manumittat. Paucis: est instantia ad majorem argumenti Myleriani, non argumentum a servis ad Germanos, aut comparatio inter utrosque, ut adeo frustra exclamet Pacificus *p. 338.* es reime sich wie eine Faust auf ein Ohr. Vult igitur autor: observationem illam de præmio erga benemeritos limitandam esse, ne

magis quidem obstringitur, bono aliquo pater, quod in filium se transmissurum novit: r) sed quo ardentius filium amat, eo magis dabit operam, ut in bonum istud alteri quam minimum juris sit. Sic majori cura solemus prosequi res nostras, quam alienas. s) Sed non ideo bonus paterfamilias statim fundum suum colono donat. Ut rebellionibus Præsidum obviam eatur, t) minus sumptuosa dantur remedia, quam ut provinciarum administratio hæreditario jure ipsis concedatur.

ne id fiat cum damno reipublicæ, quorsum pertinet liberalitas Ottonum.

r) Hæc secunda ratio Myleri §. *6. p.97.* ad quam recte respondet autor in verbis modo sequentibus.

s) Tertia ratio Myleri *§. 7. p. 99.*

t) Quarta ratio Myleri §. *8. p. 100.* quæ, si ad tempora & largitiones Ottonum respicias, recte refellitur ab autore; cum vero Mylerus hîc provocet expresse ad Carolum Magnum, videtur utique hic dicendum, Carolum M. aliquid coactum fuisse dare necessitati. Sed id parum proderit Mylero, quia tum hæc quarta ratio a statu controversiæ plane erit aliena. *Vide modo lit. o.*

u) Quin-

Illud vero insigniter stultum, imperantis majestatem inde æstimare, quod multos *u*) in sua ditione habet, qui ipsius imperium impune possint spernere. *x*) Plu-

u) Quinta ratio Myleri §. *9. p. 101.* Augmentum imperialis dignitatis & gloriæ: Quanto enim quilibet præest majoribus & dignioribus, tanto & ipsum majorem & augustiorem haberi. Quam in rem Bartolus & Baldus & Justinianus &c. citantur.

x) Notat Pacificus *p. 343. seq.* autorem nostrum non distinxisse inter turbata & tranquilla tempora reipublicæ: Quoties itaque harmonia „inter caput & membra imperii religiose atque „concorditer manserit, toties non visam fuisse „Imperatoriam majestatem ab ordinibus fuis„se spretam. Quemlibet rerum imperii æqvum „censorem Jovem lapidem juraturum, quod „pacifico & tranquillo nostro imperii mixto „statu, qui in summo imperii capite & reliquis „membris nunc post tot procellas quasi in portu „consistat ac firmissimis anchoris alligatus sit, „nullus in terris pulchrior, formosior, atque „amabilior detur. Quod vero hactenus ordi„nes aliquando imperium Imperatoris spreve„rint, id non debere adscribi irregulari impe„rii formæ, sed regularis mixtæ formæ vitiis & „diffidentiæ veneno, quod Papa inter caput & „membra sparserit & adhuc spargat. Nimium unice

Plura *) addere putidum foret. y) Nam ad
R 4 homi-

„ unice Papam ejusque superstitiones in causa „ esse, quod in mixto imperii statu non omnia „ regulariter hactenus processerint. Sed Papæ „ technis contra instrumentum pacis non at- „ tentis, in comitiis universalibus 1653. & dein „ 1658. in conventu Electionis Spiritum san- „ ctum apud ordines prævaluisse, ut instrumen- „ tum pacis & in recessu comitiorum & in capi- „ tulatione Leopoldina fuerit confirmatum: „ Ergo consulendum autori tanquam Italo „ emotæ mentis & morbidi ingenii, ut anticy- „ ras naviget, ibique morbidum ingenium „ suum multis monstris politicis & turbis im- „ pletum, elleboro purget. Sed quis similium „ stricturarum non misereatur?

*) Hæc & sequentia hujus §. verba omissa sunt in editione posthuma. Loco vero eorum leguntur sequentia: *Cæterum, uti tale quid nemo introducet, cui indolem regni servare cordi est, ita quæ diximus, haud quaquam eo pertinent, ut ubi istud semel in aliqua republica receptum fuerit, ideo aut hanc plane damnandam, aut in vim legis publicæ inolitum morem per violentiam convellendum judicemus.*

y) Omittit sextam rationem Myleri §. *10.* quod per hanc liberalitatem nihil aut certe parum imperio decesserit, unde & aliæ gentes id exemplum imitatæ sint §. *11. & 12.* sed ad ista ex dictis facilis est responsio.

z) Re-

hominum istorum stuporem convincendum sufficere illud unicum potest, quod Italicis, Gallicis, Hispanicisque scriptoribus non erubescant opponere juris sui publici consultos: quorum plerosque civilis prudentiæ rudimenta non intellexisse, abortivi ipsorum libelli testantur. z)

III. Cæterum Carolus M. animadverso majorum errore, Ducatus, lata nimis spatia complexos, sustulit, & provincias ampliores in plures divisit partes, easque Comitibus regendas tradidit. a) Horum aliqui

z) Respicit ad ea quæ Mylerus habet §. *5. junctis §§. 4. præcedentibus.* Ex vero autem ita sensit autor, & ridendus qui hæc ridet Pacificus *p. 347.*

a) Conring. *p. 13.* Myler *cap. 6. §. 6 -- 10.* ubi exempla suppeditantur Ducatus Bavarici, Aquitanici, Saxonici. In rationes inquirit Mylerus §. *11.* & *5.* recenset, quæ tamen omnes mihi videntur a scopo alienæ, veraque illa subfuisse, ne Duces nimia potentia inflati aliquid in præjudicium regni ita facile tentarent, quorsum & inclinat autor hîc. (conf. Myler. §. *10. init.*) Cæterum inquirendum esset, an Carolus M. omnes Ducatus suo tempore in Comitatus mutaverit, an saltem eos, a quibus sibi metuebat? Sane Tassilo Dux Bajoariæ judicio feudo privatus, Saxonicus vero Dux bello victus fuit.

Pote-

aliqui simplex Comitum nomen retinuerunt. Aliqui dicti Pfalzgraven seu Pallentzgraven, Comites Palatini,*) præfecti palatii

Poterat tamen Ducatus mutari in Comitatum absque præjudicio Ducis, cum Ducatus ibi saltem fuerit officium temporarium.

*) Comites Palatini jam fuere tempore Caroli M. Notabilia sunt verba Hincmari *epist. 3. cap. 16.* ubi ex Adalhardi, Abbatis Corbeiensis, Caroli Magni propinqui, libello exponit officia olim Palatina. *Apocrisiarius, quem nostrates Capellanum vel Palatii custodem appellant, omnem Clerum palatii sub cura & dispositione sua regebat. Cui sociabatur summus Cancellarius, qui a secretis olim appellabatur, erantque illi subjecti prudentes & intelligentes ac fideles viri, qui præcepta regia absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent & secreta illis fideliter custodirent. Post eos vero sacrum palatium per hos ministros disponebatur, per Camerarium videlicet & COMITEM PALATII, Senescalcum, Buticularium, Comitem stabuli, Mansionarium, venatores principales quatuor, Falconarium unum.* Hactenus Hincmarus. Comes Palatii idem videtur fuisse, qui olim sub linea Merovingica dicebatur Major Domus, seu Præfectus curiæ, cum palatium curiam denotet, & qui præfecti dicebantur olim, postea comitum nomine insignirentur. Et quia adeo primi officiales in curia essent, neque solum in curia regis, sed & in curia Ducum,

regii, quique adeo in aula regia jus dicerent. Aliqui Landgravii, *) q. d. Comites provinciæ

Ducum, cum & Duces haberent suos comites palatii, sequebatur, ut etiam absente rege vel Duce ejus vices interim gererent, & ut a Comitibus inferioribus ad ipsos provocaretur. Quæ singula latius deduxit Dn. Coccej. *c. 3. §. 89. seq. cap. 15. §. 16. seq. cap. 16. §. 2. seq.* Nec obstat dictis, quod in loco Hincmari camerarius ponatur ante comitem palatii: Ejus enim sensus est, *per camerarium videlicet, qui etiam simul erat comes palatii.* Nam comites Palatinos regulariter etiam officium aulicum administrasse jam observavit Dn. Coccej. *cap. 2. §. 3.* uti & post Carolinam familiam semper archiofficium aulicum habuit conjunctum. Plura de Comitibus Palatinis adnotavimus in differt. *de jurisd. differentia secundum mores Germanorum. §. 86. 87. 88. 89.*

*) Latine comites provinciales. Et ita vocabantur etiam jam tempore Caroli Magni, *vide ejus capitulare primum de anno 802. capit 1.* ut adeo falsum sit quod scribit Lehmannus *l. 2. chron. c. 17. in princip.* quod sub Carolinis nulli fuerint Landgravii, ac inde etiam emendari debet *th. 25.* in dicta dissertatione nostra. Adde Cangii Glossarium sub voce *Comites provinciales.* Plura de eorum potestate vide in *dict. differt. th. 96. 97.* Cæterum an Landgravii saltem illi dicti fuerint, qui provinciæ integræ fuerint præpositi, (ut putat

vinciæ integræ impositi. Aliqui Marggravii *c*) præfecti limitaneis locis, ad repellendas

putat autor hic, quo pacto nulla differentia foret inter Comites Palatinos & Landgravios,) an vero & illi, qui districtibus quibusdam provincialibus præpositi fuerunt, alio tempore inspiciendum erit.

c) [† Communiter statuitur, Marchiones originem debere Henrico Aucupi, qui utique Marchiones plurimos constituit antea non cognitos. Sed illum errorem, qui a Cranzio videtur haustus esse; & quem ipsi secuti sumus *d. th. 85.* jam plures refutarunt, ostendentes jam temporibus Carolinis Marchiones fuisse in imperio Francico. Vide Alteserram *de Ducibus & Comitibus provincialibus Galliæ lib. 3. c. 17. p. 266. seq.* Anton. Matthæi *de nobilitate, lib. 4. c. 6. pag. 466. seq.* Imo ante Carolum M. etiam apud Longobardos Marchiones non fuisse incognitos docet jus Longobardicum feudale. *1. f. 1. in princ. & passim.* Conf. plura de Marchionibus apud Dn. Cocc. *c. 15. §. 24. seq.* & *dict. diss. nostr. §. 90. seq.*] Cæterum medios dignitate esse Marchiones inter Landgravios & Burggravios res ipsa loquitur, & vel ex titulo Electoris Saxoniæ apparet. Alia ratio est, si Marchiones antiquitus Ducali potestate fuerint prædit. Unde non mirandum, quod in titulo potentissimi Electoris Brandenburgici titulus Marchionis præponatur

lendas hostium incursiones, simulque dicundo juri. Aliqui denique Burggravii,*) q. d. præfecti arci alicui regiæ. Et isthæc quidem munia ac dignitates Carolus haud quidquam in perpetuum aut jure hæreditario viris strenuis concedebat; sed ut revocandi & in alios conferendi libera potestas foret. *d*) Post Carolum tamen ad antiquum errorem reditum, & præterquam quod

natur titulo Ducali, quia Marchio Brennaburgicus [† potius olim superiorem in sua provincia quia Marchionatui cohæret nunc Electoratus] non habuit, sed suæ provinciæ Dux fuit. Dn. Cocc. *c. 3. §. 71.* & *c. 15. §. 15.* ubi & causam exponit, cur Marchio dicatur a limitaneis locis, cum tamen Marca limitem non denotet sed forum.

*) Burggravii fuere comites urbium. Nam Burg non solum arcem denotat, sed & urbem. *d. dissert. §. 98. seq.* ubi plura de potestate Burggraviorum. Non improbabilis tamen est opinio, Burggravios olim dictos, qui Episcopis adjungerentur. Vid. Albinum in der Meißnischen Chronicke *tit. 8. p. 199.*

d) Conring. *th. 16.* Mylerus *c. 8. n. 2.* ubi tamen notat, aliquando Carolum M. jam hereditarios quosdam fecisse Comitatus, idque exemplo Comitatus Waldeccensis & Gleichensis declarat.

e) Con-

quod in iſtis magiſtratibus filii fere patribus ſurrogati, *e*) etiam ex coalitione plurium Comitatuum, aut voluntate poſterorum Caroli, aliquot Ducatus inſtituti, magna terrarum ſpatia amplexi. *f*) His præfecti, genio ambitionis humanæ, ignavum ducebant, occaſione proprias ſtabiliendi opes non ſolerter uti, dum Francorum Imperatorum autoritas magis magisque eviloſceret, inteſtinis diſcordiis convulſa potentia. Cumprimis Dux Saxoniæ Otto, Henrici Aucupis pater, validiſſimam ſub

e) Conring. *th. 19.* Mylerus *9. & 10.*

f) Conring. *th. 19.* Coccej. *d. cap. 12.* Uterque indicat, potiſſimum v. Dn. Coccejus id late deducit, ex iſtis quinque Ducatibus poſtea quatuor officia aulica ſecularia orta eſſe. Notanter vero dicit autor, plures Comitatus iterum ſub Carolingis coaluiſſe, non plures Ducatus. Unde cenſura Dn. Kulpiſii *p. 12.* aliena eſt, ante tempora Friderici I. Ducatus (ſc. ex iſtis quinque) non coaluiſſe, quod facile concedimus, & poteſt hic conferri Dn. Coccejus *d. cap. 12. §. 7. 8.* qui refert ſub Lothario II. Bavariam Saxoniæ junctam & utramque Henrico Superbo datam fuiſſe, quod tamen forte corrigendum, & pro Lothario II. ob tradita Kulpiſii *d. l.* ponendus Fridericus I.

g) Omni-

ſub ſe habens nationem, eo uſque ſe confirmavit, ut ad regium imperium nil præter nomen ipſi deeſſe videretur. Inde cum Conradus I. in ordinem redigere ejusdem filium Henricum fruſtra agitaſſet, tandem moriturus autor fuit proceribus, ut in iſtum regiam dignitatem conferrent; conſultius credens, ultro dare, quod per vim ipſe ſibi ſumere poterat, aut ne iſte a reliquo ſeſe corpore Germaniæ ſepararet. *g*) Sunt tamen etiam Principes, qui opes ſuas liberalitati Imperatorum in acceptis referunt; cujus rei exempla imprimis in hiſtoria Ottonum occurrunt. Quæ tamen an ad leges Monarchiæ fuerit attemperata, jam inquirere non vacat. *h*) Incrementa porro potentiæ ſuæ Principes debent donationibus Imperatorum, emtionibus, hereditatibus, non ſolum jure ſanguinis, ſed etiam per pacta de mutua ſucceſſione (Germani confraternitates hereditarias vocant,) delatis. Quale pactum adhuc extat inter potentiſſimas domus, Saxonicam, Brandeburgicam & Haſſiacam. Ex tali

g) Omnino Conring. *th. 19. 20.*

h) Factum id jam fuſius §. *præcedente.* Conf. Conr. *th. 24. 25.* Myler. *c. 9. 10. 11.*

*) Hæc

tali pacto etiam ad Saxones devolutus Comitatus Hennebergicus; ad Brandeburgicum Pomerania, etsi istud *) non plane fuerit reciprocum. Quia tamen potestatem Imperatoris, quam in ditiones Principum, tanquam dominus feudi, obtinet, ejusmodi conventionibus hactenus eludi, *i*) in

*) Hæc verba omissa in editione posthuma. Quamvis & retineri potuissent. Commentarii loco ad illa esse possunt annotata Dn. Titii *ad h. l. lit. p.*

i) Scripserat autor in præcedentibus editionibus: *qualibus pactis tamen potestatem imperatoris, quam in ditiones Principum tanquam dominus feudi obtinet, penitus eludi in aprico est.* Scilicet potissimus effectus omnis dominii est potestas utendi fruendi re propria, quæ in dominio directo feudi latet in spe recuperandi feudum in casum aperturæ vel caducitatis. Nullum autem dubium per pacta confraternitatum illam spem eludi. Unde autorem iterum non feriunt censuræ Pacifici *disc. 9. §. 3. p. 349. seqq.* quod Imperatoris jus non possit eludi, quia confirmet pacta confraternitatis, & investitura semper pro domino feudi recognoscatur, quod etiam repetit Kulpisius *p. 13.* Interim autor hac nova editione, ne dubium de ipsius mente esse posit, eam distinctius proposuit. Cæterum quæ Kulpis. de dispositione Capitulationum quoad feuda vacantia

in aprico est, ut consolidatio in infinitum extrahi queat: inde neque tales citra ratificationem Imperatoris valebunt, neque tranquillis reipublicæ temporibus in easdem Imperator aut reliqui ordines consentient. Quædam denique a nonnullis per vim occupata inter turbas reipublicæ.

IV. Cæterum cum sine convulsione totius Germaniæ, & fortasse non sine exitio convellentium, parta semel Principum potentia destrui non posset, satius visum regibus, præsertim postquam alia conditione in regnum ipsos non essent adscituri Principes, possessionem eorundem confirmare: ita ut deinceps ditiones suas tanquam feuda ab Imperatore recognoscerent, & fidem eidem atque imperio jurarent. Et exinde factum, ut quocunque modo partæ intra complexum imperii Germanici opes Principum, feudi titulo possideri dicerentur. Non tamen multum potentiæ & fastigio ipsis per vocabulum Vasallorum decessit. Equidem cui de meo in feudum aliquid concedo, eundem

cantia addit, illa quidem ita se habent, sed nescio an casus aperturæ ante finem mundi sperari possit vel ob nimias confraternitates.

l) Quæ

dem & in plenum utut honoratiorem, ſubditum mihi adſciſcere poſſum, &, quas placeat leges, ipſius poſſeſſioni præſcribere. Sed qui bona jam antea parta ab altero tanquam feuda deinceps vult recognoſcere, ille nihil aliud agere eſt intelligendus, quam ut iſti, quem dominum feudi ſalutat, ſeſe tanquam inæqualiter fœderatum *l*) adjungat, & ad iſtius majeſtatem comiter colendam ſeſe obligare, ſub oneribus ei conventioni adjunctis, teneatur. Atqui extincta ſtirpe Carolina in plenam libertatem evaſerat Germania, & jam tum complures proceres amplas ſibi ditiones quæſiverant. Poſtquam igitur placebat, regium nomen alicui ex proceribus deferre, ne in antiquam iterum faciem Germania in modicas civitates divulſa, rediret, haudquidquam credere licet, iſtos opes ſuas voluiſſe projicere; ſed potius validum ſibi earundem protectorem quærere. *m*)

l) Quæ hic magno conatu contra autorem diſſerit Pacificus *diſc. 9. §. 4. p. 350.* ad ea reſpondi in diſſert. de feudis oblatis *c. 1. §. 66. circa fin.*

m) Pertinet huc obſervatio Dn. Cocceji *c. 12. §. 4. ſeq.* ex quinque Ducibus (de quibus *lit. e. & f.*) a temporibus Conradi I. usque ad interregnum

Introducto semel & confirmato Principum statu, in parem cum antiquis fortunam evehi conveniens erat, si quos deinceps ultro Imperatores eo titulo, in locum extinctarum familiarum, dignabantur. Nexum isthunc feudalem, quo Principes Imperatori adstringuntur, nil aliud fere efficere, quam conditionem inæqualiter fœderati, facile agnoscet, cui scientiæ civilis solidior intellectus. *) Nam id quidem cum persona

regnum semper unum eorum regem fuisse, reliquos IV. archiofficia gessisse. Videtur ergo regnum Germaniæ extincta familia Carolina in quinque Ducibus substitisse, introductis sub posteris Caroli & hæreditariis factis. Extinctâ autem familiâ Carolinâ tanquam dominis feudi consolidatum fuit dominium directum cum dominio utili in illis Ducibus.

*) Videtur utique autor hoc loco supponere, quasi olim, & potissimum extincta familia Carolina Duces & Principes potentes territoria sua novo electo regi obtulerint, & ab eo tanquam feuda oblata receperint, quam sententiam (præprimis cum ea stabilita per majus compendium defendi possit doctrina de forma reipublicæ Germanicæ) adversus objectiones Pacifici, Kulpisii, Hertii & Itteri corroborare intendi *in dissert. de feudis oblatis* §. 23. *seq.* Sed nunc re penitius pensitata & consideratis attentius circum-

sona subditi consistere non potest, in ditionis suæ cives jus vitæ & necis habere, in eadem magistratus pro lubitu constituere,

S 2 fœde-

circumstantiis historicis ita sentio. 1. Constat olim Duces & Comites officia sua a regibus Franciæ in feuda accepisse, eaque feuda haud dubie fuisse feuda data, non oblata. 2. Sub Carolingis, potissimum sub Ludovico Pio ejusque descendentibus crevisse quidem sensim potestatem Ducum & Comitum, sed tamen retinuisse sub his naturam feudorum datorum. 3. Extincta familia Carolina in Germania, magna quidem fuit & quasi sui juris potentia illa quinque Ducum, Lotharingiæ, Franciæ, Sueviæ, Bavariæ & Saxoniæ, ut potuerint, si voluissent, inter se convenire, ut in posterum Ducatus suos, novis electis ex se regibus eadem offerrent, atque adeo per modum feudorum oblatorum ab iis recognoscerent, interim tamen nusquam legitur, quod id factum fuerit. 4. Cum igitur nulla mutatio præsumatur, incumbet probatio factæ mutationis feudorum datorum in oblata, non dissentientibus, sed iis, qui feuda tum oblata fuisse asserunt. 5. Hæc vero probatio tantum abest, ut ex historiis deduci possit, ut potius ex iis veritas contrariæ sententiæ magis evidens reddatur. 6. Nam sub Conrado I. ea mutatio non facta fuit, sed potius is, cum ab Ottone Saxoniæ Duce rex Germaniæ

fœdera inire, omnis generis reditus non fisco regio inferre, sed sibi retinere, denique

maniæ denominaretur, regiam potestatem armis vindicavit contra Ducem Bavariæ aliosque Principes dissentientes. 7. Idem fecit successor ejus Henricus Auceps, in ordinem redigens Ducem Bavariæ Arnulphum, qui tamen, cum Ducatum suum invito Conrado vindicare ceperit, in eo facilior fuit erga Duces reliquos, ut Ducatus suos jure perpetuo & ad posteros suos transmissibili retinerent. Conf. Dn. Coccej. *c. 12. §. 2.* Interim tamen ista mutatio feudorum ex datis in oblata nuspiam legitur. 8. Igitur ab eo tempore quidem perpetua fuit æmulatio variis artibus Pontificum sustentata & aucta inter Regem & Duces, ut Reges potestatem regalem ad pristinum fastigium, quod obtinuerat sub Carolo M. reducerent, Duces contra augmenta potestatis suæ, quæ quocunque etiam modo nacti erant sub Carolingis, partim conservarent, partim majora incrementa iis superadderent. Quod uti perpetuas fere turbas & bella intestina peperit in Germania, ita variis vicissitudinibus modo potentia regum eminuit, modo potentia statuum, donec proxime finito seculo demum eadem ad illud superioritatis territorialis, majestatis æmulæ, fastigium perveniret. 9. Qua in re tamen distinctius percipienda, separandæ sunt clas-

ses

que nihil præstare, nisi in quod ultro consenseris:*) Coërceri autem per reliquos socium enormiter in leges fœderis peccantem posse, compluribus antiquis & recentibus exemplis constat. Sed solum Imperatorem cognoscere super causis, quibus Princeps sua ditione ejici mereatur, uti fundamenta potentiæ Principum Germaniæ erat convulsurum; ita talia tentantibus o) Imperatoribus qui acriter

 con-

ses Ducum & Comitum, tum Principum ecclesiasticorum, & denique urbium, quod & autor hoc capite observat. Adde Dn. Coccej. *c. 15. §. 43.* & *c. 21. §. 10. seq.* His vero suppositis perspicue patet, quod omnia hæc, quæ hactenus notavimus, misceant, & contra reclamantia ubique historiarum documenta doceant, qui statuum superioritatem ab origine imperii Francici, vel etiam ab extincta familia Carolina deducere, & Imperatores, potestatem pristinam recuperare intentos, injustitiæ & tyrannidis accusare volunt, ut adeo non sit opus, iis refutandis tempus perdere.

*) Sed hæc jura conjunctim illo tempore nondum habuere Duces.

o) Ventilata potissimum hæc controversia fuit, cum Ferdinandus II. Fridericum Comitem Palatinum in bannum declararet. Unde in novis-

contradixere, per ignavam reverentiam sua jura prodere turpe judicarunt. *p*)

V. Quod ergo in omnibus imperiis *) accidit, in quibus subjectorum potentia imperantibus est formidabilis, id multo manifestius ex eo tempore in Germania usu venit; ut, si quis Imperator propriis opibus, aut eximia opinione virtutis polleret, Principibus etiam uteretur obsequentibus; debiles aut ignavi fere precario regnarent. Et qui tam profunde radicatam potentiam convellere, & sub leges veræ Monar-

novissimis Capitulationibus provisum, ne in posterum Imperator talia audeat, & ne ullum statum imperii sine consensu Electorum amplius in bannum declaret. *Vide Capitul. Leopold.* §. 28. *Capit. Josephi* §. 27.

p) Plura prostant exempla Principum hoc & superiori seculo in bannum declaratorum, ex quibus nonnulli scriptis causam suam defenderunt, quidam tacendo effectum banni non senserunt, pauci tamen, ut excidium Gothanum testatur, executione banni multati sunt. Confer quæ supra occasione controversiæ Prussicæ diximus.

*) In editione posthuma: *in justis regnis*.

q)Non

Monarchiæ Germaniam revocare conati sunt q) Imperatores, interdum sibi ipsis exitium invenerunt; semper spe sua exciderunt, & præter molestias sibi aliisque conciliatas nihil sunt lucrati. Nec, qui astu grassati sunt, multum profecere; cum altera ex parte semper fuerit repertum, quo machinationes illæ eluderentur; & si quid ablatum, alia id via pensatum fuit. Sic quam infeliciter ceciderint superiori seculo Caroli V. & hoc nostro Ferdinandi II. conatus, notissimum est. Nonnullorum tamen Principum vires insigniter imminuit ipsorum luxuria, socordia & prodigalitas, r) & quod rei augendæ aut

q) Non sine ratione annotat Kulpis. *hic p. 19.* autorem sibi ipsi contradicere, & quæ in *§. præced.* defectui juris ac potestatis adscripserit hoc loco potentiæ & virium defectui adnumerare. Quæ vero Pacificus *p. 357.* verbis: *atque hæc regiminis forma &c.* & *p. 359.* verbis: *pax tandem* &c. adjicit, jucunda sunt somnia hominis præstantiâ reipublicæ mixtæ inebriati.

r) O quam vastus hic se aperit dicendi campus! Sed periculosum de iis scribere qui possunt proscribere. Conf. interim quoad hæc & sequentia Conring. *th. 28. & 29.* quibus junge etiam *th. 30.*

servandæ nullam omnino curam haberent. Nec paucæ familiæ ideo debilitatæ, quod ditiones suas in plures particulas inter cognatos diviserint. Aliquos etiam præter suam culpam bellorum civilium *) calamitas afflixit.

VI. De Episcopis s) nunc quoque aliquid addendum. Constat igitur ab initio rei Christianæ eos, qui Episcopi vocantur, a reliquo clero & populo fidelium fuisse electos & constitutos. t) Post, circa seculum

th. 30. ubi egregie disserit de exemtione urbium. Sed ista pertinent ad §. *9. & 10. hic.* † Elegans locus est apud Vopiscum *in Aurelio c. 43. p. 596. Quæritur, quæ res malos Principes faciat. Jam primum nimia licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, satellites detestandi, eunuchi avarissimi, aulici vel stulti, vel detestabiles, & (quod negari non potest) rerum publicarum ignorantia.*

*) Addit editio posthuma: *aut externorum.*

s) Iis, quæ autor §. *6. 7. 8.* disserit, junge Conringii dissertationem *de constitutione Episcoporum Germaniæ.* Mylerum *Archolog. cap. 12 — 16.*

t) Conring. §. *11. 12. 13. 19.* Addit Kulpis. *p. 20.* id necessitate magis quam jure regulari contigisse, cum Imperatores eo tempore fuerint ethnici, adeoque cœtus Christianus res suas velut in

lum quartum, cum etiam Principes Christo nomina dare *u*) inciperent, passim invaluit consuetudo, ut, qui reipublicæ summa cum autoritate præessent, non temere paterentur aliquem ad Episcopatum adspirare, nisi accedente suo consensu. *x*) Scilicet cum intelligerent, quantum ad tranquillitatem reipublicæ faceret, bonos & pacificos viros sacra tractare. Atque

in subsidium procurare debuerit, donec Episcoporum constitutio ad hos, cum & ipsi Christo nomen dederint, cum universa rei ecclesiasticæ procuratione tanquam ad proprium fontem devenerit.

u) Vere. Nam præter nomen vix aliquid dederunt. Cor principum, cleri & populi dabatur mundo, nomen Christo. Conf. Conring. *§. 9.* Ita & hodie fit.

x) Adde Conring. *§. 19. & 20.* Ubi & rationes plures habet & statum controversiæ caute format. Conf. *§. 46. 47. 48.* Notat autem §. *19.* approbasse hunc morem collegium Episcoporum. Credo, poterant approbare, cum Constantinum ad quævis haberent obnoxium, & ita securi essent, neminem eum esse electurum, nisi qui ipsis placeret. Unde revera Clerus tum temporis intendebat, sub prætextu venerationis erga Imperatorem per eum excludere populum.

idem jus etiam exercuere reges Francorum, *y*) ut ii in suo regno essent Episcopi, quos ipsi suo suffragio constituissent. Et eandem potestatem usurparunt *) Imperatores Germanici *z*) usque ad Henricum IV. *a*) quem Gregorius VII. & successores

y) Conring. *§. 21.--25.* ubi addit *§. 26.--§. 32.* consensu Pontificis Romani tum non fuisse opus, & falli Baronium, qui id attribuat conniventiæ Pontificis, neque dici posse, quod Carolus aut Otto id jus per concessionem ab Adriano & Leone acceperint. §. *33.*

*) Editio posthuma: *obtinuerunt*. Ne videlicet putes, autorem de mero facto loqui.

z) Conring. §. *34.--45.*

a) Conring. §. *45. 50.--53.* Usus fuit Hildebrandus initio prætextu, quod ab Imperatore promoti per simoniam ad Episcopatum pervenerint. Forte Henricus ab isto crimine non erat immunis, sed Pontificis certe non erat aut aulæ Pontificiæ super hoc crimine accusare Imperatorem. Quot enim Papæ per simoniam, aut potius, quot absque simonia ad Papatum pervenerunt, quot Episcopi, Abbates, Clerici quicunque absque simonia beneficia sua obtinuerunt? Videatur tractatus *de la simonie, particulierement des voiles dont on la couvre aujourdhuy, ecrit par Mr. Moreau Chanoine à Liege 1689.* Qui autor,

ſores ob eam cauſam miris modis exagitarunt.

---

autor, etſi Pontificius, varia artificia occultandi ſimoniam, variasque diſtinctiones a Theologis inventas, quibus mediantibus omnia ſimoniacis ſint impleta, ſuppeditat. Exempla quædam non injucunda cape ex *cap. 22. p. 469. Ont veut ſe defaire d'un Benefice, & d'une maiſon toute enſemble. On fait la maiſon au double de ſon juſte prix, & on dit, qu'au deſſus du marché de la maiſon on donnera le Benefice gratuitement. L'argent se comte la deſſus & la reſignation se fait. On ſçait qu'une perſonne a envie de reſigner ſon Canonicat à un honeſte homme, qui ſçache ſon monde en ce point. Ne doutant pas de ce qu'il a dans l'eſprit, on luy envoye une caſſette, ou il y a de l'argent à preportion de la taxe faite pour le benefice. Cette caſſette eſt comme un depoſt, qu'on luy confie, & qui fait determiner cet homme à ce que l'on deſire de luy, apres quoy on luy fait ſçavoir, qu'on ne pretend plus rien au depoſt, qu'il eſt à luy. On void un homme diſposé à faire argent d'une dignité, qu'il poſſede, on luy dit: je gage pour dix mille, ou pour vingt mille francs, que vous ne la reſignerez pas à mon fils: Il gage que ſi, & il la luy reſigne en effet, par ou il gage le prix de la gageure & rien autre choſe. Que diſiez vous, ſi on vous aſſuroit, que de ces cas ayant eſté proposéz à de Theologiens ils n'y ont rien trouvé à redire, & cependant, que peut on dire de tous ces detours, ſi non, qu'il n'y a que fourbe & malice, que penſant tromper Dieu, on ſe tromoe*

tarunt. Donec tandem tot turbis fessus ipsius

---

trompe soy même, sans tromper mesme le peuple, qui trouve ces finesses si grossieres, qu' ils s' en moque. Sed quid de Pontificiis sumus solliciti, cum simonia & apud nos regnet publice & notorie. Modo memoratus autor *cap. 2.* ex Canonistis facit tres species simoniæ, seu potius tres species munerum, per quæ fit simonia, munus a manu, munus a lingua, munus ab obsequio. Quam pauci inter nostros sunt immunes a duabus ultimis munerum speciebus. Vide M. Johannis Block untergehendes Lutherthum in ihren meisten Predigern/ wegen der durch Lauffen und Freundschafft/ durch Kauffen und Patronschafft/ durch Einfreyen und Schwägerschafft ärgerlich angenommenen Prediger/ 1686. Ubi triplicem vocationum speciem duriter quidem sed vere censet: Bettel-vocationes, Geldvocationes, Weibervocationes. Gallus autor *cap. 3. p. 54.* notat, resignationem beneficiorum esse fontem plurimarum simoniarum. Apud nos pro simonia non habetur, cum publice fiat, renuncianti officium pastoris dare certam pecuniæ summam, eumque sic dimittere, ut de meliori beneficio sibi prospicere queat. † Dictis non obstat, quod in lectionibus juris Canonici doceam, crimen simoniæ totum esse figmentum juris Canonici. Neque enim ibi nego, emtionem officii ecclesiastici esse crimen, aut vitio carere, sed nego

saltem,

ipsius filius Henricus V. *b*) anno 1122. in comitiis Wormatiensibus renunciavit juri Episcopos constituendi, & investiendi; id quod olim fiebat tradito annulo & baculo. Imperatori remansit potestas electo Episcopo conferendi regalia & feuda imperii, adhibito ritu tradendi sceptri. Quo ipso quantum detrimenti res Imperatoris ceperint, nemo non perspicit. *c*) Nam utut in seculares Principes parum fuisset potestatis; horum tamen vires æquare aut superare facile erat, obnoxiis Imperatori sacerdotibus. Cæterum etsi in conventione Henrici V. cum Pontifice expressum foret, ut deinceps electio Episcoporum esset penes Clerum & populum; tamen Canonici sive Capitulares ecclesiarum cathedralium electionem sibi solis vindicare cœperunt; *d*) connivente sine dubio Pontifice, e cujus re videbatur penes paucos potius, quam integras ecclesias, electionem

saltem, id esse conatum emendi dona spiritualia, adeoque non recte cum crimine Simonis Magi comparari.

b) Vide omnino Conring. *§. 54. 55. 56.*

c) Conring. *§. 57. & adhuc magis* §. *70. p. 649.*

d) Conring. *§. 59.*

e) Con-

nem esse. Demum eo res devenit, ut a Capitulo electorum Episcoporum confirmatio Romæ peteretur; e) cum ante illa, uti & consecratio, ad Metropolitanos spectaret. Per provisionem constitutorum a Pontifice Episcoporum rariora apud Germanos exempla. f) Nec crediderim taliter submissum a Capitulis agnitum iri, g) nisi

e) Conring. §. 65.

f) Respicit ad ea quæ disserit Conringius §. 71. quem & confer *§. 65. p. 439.* item §. *71. 77. 82. 84.* Unde autor sic exponendus: Olim ante seculum decimum quartum rariora & non ita frequentia fuisse provisionum exempla. Et sic non obstabit censura Kulpisii *p. 23.* quamvis & hic seculo duodecimo & decimo tertio non rara exempla afferat, qua ratione nixus, non evidenter apparet. † Non tamen opus erit ista defensione autoris adversus Kulpisium, cum autor de novioribus seculis loquatur, quod ostendunt verba sequentia, unde & in editione posthuma ipse sic correxit: *Per provisionem constitutorum a Pontifice Episcoporum proximis ab hinc seculis rariora, quam olim exempla invenies, nec crediderim taliter submissum nunc, a Capitulo agnitum iri* &c. Conf. Ziegl. *ad Lancellot. p. 168. 210. 211.*

g) Notum est per concordata nationis Germanicæ sex menses Papales determinatos esse; per

nisi per tumultus intestinos reluctari non liceat.

VII. Debent autem Episcopi Germaniæ opes suas amplissimas liberalitati potissimum primorum Imperatorum. Scilicet fervens eo tempore Principum animos insidebat pietas, *b*) & quo quis plura in sacer-

per quos Papales provisiones fieri possint, quorum mensium etiam in legibus novioribus imperii fit mentio, iique apud Romano-Catholicos ibi confirmati sunt. *Vid. Ill. Dn. de Rhez. jur. publ. lib. 1. tit. 16. §. 5. seqq.* Videndum igitur, an hodie jus suum non diligenter exerceat Pontifex, & an rariora sint exempla provisionum per menses Papales, aut, an ea quæ hic autor notat, exemplo possint declarari? † Exemplum illustre suppeditavit controversia Capituli Wormatiensis cum Pontifice postea orta.

b) Context. s ostendit, autorem hic pietatis voce uti in sensu juridico, [† sed abusivo, ut ostendi peculiari disputatione, *de vera pietate juridica,*] pro superstitione Anti-Christiana, quæ sibi persuadet Deum posse placari donis. Mirabetis, quod hunc sensum appellem juridicum. Ita est. Ad JCtos pertinet tractatus de *piis* caussis. Harum pleræque ab ista pietate piæ vocantur. Non diffitendum tamen, Principes etiam ista fecisse quandoque ex ratione status, ut ex Marco Antonio de Dominis notat Kulpis. *p. 24.* Forte

ſacerdotes profudiſſet, eo arctiore ſibi nexu Numen obſtringi credebatur. Quæ tamen opinio jam apud multos exolevit, qui, neſcio quam recte, autumant, ſtudium excolendæ pietatis apud ſacerdotes per nimiam opulentiam ſuffocari potius, quam ali. Videtur quoque non paucis ſacerdotibus ſat conſtantiæ *l*) fuiſſe, ut apud probos iſtos homines parum trepide procarentur, quibus profeſſionis ſuæ aſperitatem moliri poſſe apparebat. Donati ergo Epiſcopis & eccleſiis non ſolum fundi, decimæ, aliique reditus, ſed etiam integra dominia, Comitatus & Ducatus; imo & regalia jura addita; ſic ut demum ſecu-

lari-

Forte ita dici poterat: Qui Magni dicebantur, faciebant ex ratione ſtatus, ut Conſtantinus, Theodoſius, Otto, Carolus; qui Pii ex iſta pietate, ut Ludovicus Pius.

l) Satyrice loquitur, & *conſtantiæ* nomine *impudentiam* denotat. Ita Meinvercium Henrico Imperatori plura bona extorquentem, dictus Imperator in hæc verba allocutus eſt: *Tu odium Dei omniumque ſanctorum habeas, quod me, bonis conceſſis cum detrimento regni, ſpoliare non ceſſas.* Myler. *c. 16.* §. *4.*

m) Vide

laribus exæquarentur. *m*) Etsi ad fastigium Principale plerique tempore Ottonum & deinceps evecti, *n*) nec jura regalia omnes simul & semel acceperunt, sed

T paula-

m) Vide Mylerum *cap. 12. n. 4. seq.* ubi ex antiquitate historica ostendit, Carolum M. Episcopis tantum pecuniam & mobilia dedisse, quandoque & prædia ad sustentationem, integras provincias cum regalibus non dedisse, imo sub ipso ne quidem Principum titulo gavisos esse Episcopos, excepto Herbipolensi & Campidonensi, (ut adeo forte per hanc limitationem cum Mylero conciliari possit Kulpisius alias *p. 24.* dissentiens) sub Ludovico Pio, Ludovico II. Carolis Calvo & Crasso accepisse titulum Principis sine re. † Adde Schaten. *Hist. Westphal. l. 7. p. 470.* & *l. 8. p. 516. 518. usq; ad 532.* Rhetium *l. 1. tit. 2.* §. *80. usq; ad 85.* it. §. *95. seq.*

n) Myler. *c. 13.* docet, sub Arnulpho & filio ejus Ludovico oppida, vicos & ducatus Episcopis fuisse permissa, ab Ottone Brunonem Archiepiscopum Coloniensem Ducatum Lotharingiæ cum seculari potestate obtinuisse, eademque jura Gislerum Episcopum Magdeburgensem consecutum esse: successores Ottonis ejus exemplum imitatos esse, atque successu temporis illa jura paulatim ad Abbates etiam & ad Abbatissas fuisse derivata. Adde *cap. 14.* cujus

paulatim & diversis temporibus. *o*) Unde factum, ut quidam adhuc aliqua parte istorum jurium destituantur; *p*) aliqui cum certa restrictione eadem possideant. Ad tantam dignitatem ut ascenderent, illud quoque non parum momenti attulit, quod nobilissimi quique homines ad munia sacra adspirarent, quodque barbaris istis seculis soli fere qualemcunque literarum cognitionem haberent, qui sacris sese addixissent. Inde mature Episcopi ad consilia in aulis adsciti, illisque officiis præfecti, quæ sine adminiculo literarum obiri nequeunt. Inde adhuc Cancellariorum dignitate primorum Præsulum fulgent. Crede-

dide-

cujus summa: Ab Ottone M. usque ad Fridericum II. Imperatores jus ordinandi & præficiendi advocatos tutelares & Vice-dominos in Episcopis & monasteriis sibi reservasse, quorum poetstas laxior fuerit in Abbatissarum gestis & factis, quique omnem jurisdictionem in territorio monasteriorum exercuerint. Sed tempore Friderici II. plurimos ex Episcopis & Abbatibus Advocatis hisce tutelaribus sese exemisse.

o) Mylerus *cap. 15.*

p) An eo respexit, quod non omnes Abbates Principali dignitate gaudeant?

*) In

diderim quoque, Episcoporum bona non parum aucta, quod multi Principes*) atque Nobiles bona sua, aut partem eorundem, ab Episcopis ultro tanquam feuda q) voluerint agnoscere, ut eo curatius ipsorum salus per Clericos DEO commendaretur. Eorum familiis extinctis, bona Episcopatibus accrescebant. Denique quantum per donationes, & testamenta procerum juxta ac plebejorum in Clericos divitiarum sit collatum, quis ignorat? cum quantovis pretio redimendas judicarent purgatorii ustulationes, quas sitis alioquin & æstus impatiens natio r) miris modis formidabat.

*) In editione posthuma additum: *Comites.*

q) Elegantem locum ex Helmoldo vide apud Kulpis. *p. 25.* Exempla vide *in disputatione de feudis oblatis* §. *20.* & maxime §. *21. & 22.* ubi probavi, feuda Electorum, quæ recognoscunt ab Episcopo Bambergensi, esse oblata.

r) Dixit ista autor, non ut sale satyrico adspergeret Germanos ob cupidinem nimiam potus vulgo male audientes, sed comparative ad Italos, respiciens haud dubie ad illud Taciti *de Mor. German. Laboris atque operum non eadem patientia, minimeque sitim æstumque tolerare, frigora atque*

IIX. Poterat jam sacerdotes suæ fortunæ non pœnitere, utut vel maxime ambitionem & avaritiam non penitus ejurassent. Enimvero prout id genus hominum imperii in alios avidissimum, cæterorum in se potestatem ægerrime suevit ferre; ita hoc unum ad perfectam felicitatem deesse videbatur, quod in Imperatoris manu foret, tam luculenta beneficia distribuere, cui eam ob causam peculiariter obstricti cogebantur vivere. Ni sanctissimi ordinis reverentia obstaret, improbissimos mortalium dicerem, qui munificentia Imperatorum, uti eventus ostendit, valde inconsulta *s*) ad destruendum fastigium Imperato-

atque inediam cœlo solove assueverunt. Conf. Cluver. *German. antiqu. lib. 1. c. 14.* §. *8*.

s) Myler. *c. 16.* ubi docet: Profusas Imperatorum donationes in Ecclesiasticos collatas a Politicis jamdudum reprehensas esse; Episcopos plebe contra optimates instigata brevi ubique eos dejecisse, ac omnia suæ ditioni subjecisse, variis artibus munificentias istas ab Imperatoribus extorsisse, indecentis avaritiæ signa dedisse plurima, atque profusas istas largitiones in maximum Romani imperii detrimentum tendisse. In eo vero a Mylero abeundum censemus, dum *d. c. 16. n. 3. seq.* ad quæstionem: *An secun-*

ratorium sunt abusi. Nec libertate dignum putaverim, qui manumissorem in patroni loco colere adspernatur. Ut igitur Laicorum imperio sese penitus subduceret sacerdotum natio, fulmina Pontificis & turbæ per Præsules Germanos strenue excitatæ demum effecerunt. Neque prius negotium facessere Imperatoribus desierunt antesignano utplurimum Moguntino, quem reliquus grex fideliter sequebatur, donec abs solo Pontifice ipsis pendere liceret. Quo ipso gravissimum contraxisse morbum respublica Germanorum

secundum jus divinum, veteres Canones, primitivæ ecclesiæ, & conciliorum nationalium constitutionem, Episcopi cæterique ecclesiastici secularis potestatis, dignitatum, regaliorum ac tot dominiorum temporalium capaces esse possint? affirmative respondet. Pudet ejus rationes referre, ita aperte falsa supponentes, male inferentes, omnia miscentes, ut vel sola lectio eas refutet. Ipsa quæstio, prout eam proponit, conjungit non conjungenda. Magna enim differentia inter jus divinum, Canones primitivæ ecclesiæ, (præprimis si sub primitivæ voce intelligas quinque secularem) & Concilia. Confer interim quæ monuimus *ad §. 10. cap. præced.* contra doctrinam similem Carpzovii,

t) Fu-

a plurimis creditur, quod magna pars eorum, qui cives ejusdem audiunt, superiorem agnoscant, qui extra ipsorum rempublicam est constitutus. *t*) Ni forte credere velimus, tam efflictim deperire eam nationem Pontifices, ut ipsius salute nihil antiquius ducant, meliusque Romæ perspici, quid Germaniæ ex usu sit, quam in ipsa Germania.

IX. Superest, ut de liberis quoque urbibus *u*) aliquid addamus. Ad seculum ergo a Christo nato quintum *x*) Germania trans-rhenana vicos duntaxat mœnibus carentes, aut dispersa habebat ædificia. Imo ad seculum usque nonum *y*) unius tantum aut alterius apud Venedos *z*) urbis mentio fit.

t) Fusius id deducit Conringius *de Episc. German. §. 88. seq. ad finem.*

u) Quoad §. hunc & ultimum conf. Conringii *dissertationem de urbibus Germanicis*, Mylerum *archolog. cap. 17. – 22.* † & dissertationem nostram *de jure dandi civitatem.*

x) Conring. *th. 16. – 23.*

y) Conring. *th. 24. seqq.* ubi *th. 27.* memorat, tempore Caroli M. Saxonibus nullas fuisse urbes. Conf. Myler. *c. 171. num. 1. 2.*

z) Conring. *§. 28. 29. 30.*

a) Scil.

fit. Etsi mature urbes extiterint in partibus cis-rhenanis, *a*) Romanorum ditioni quondam subjectis; uti & in tractu Danubio atque Alpibus interjecto, *b*) qui deinceps Germaniæ adcrevit. Nullæ autem antiquis istis urbes, partim *c*) propter inscitiam ædificandi, quam adhuc plurima Germaniæ loca præ se ferunt; *d*) partim

a) Scil. Trier / Mayntz / Cölln / Straßburg / Speyer / Worms. Conring. §. *31. 32.*

b) Quas inter potissima Augusta Vindelicorum. Conr. §. *33. conf.* §. *54.*

c) Variæ rationes hic suppeditantur, cur antiqui Germani nullas urbes inhabitaverint, ratio vera, quia vitæ genus simplex agriculturæ aut pecuariæ deditum atque paucis contentum ne quidem de ædificiis jubebat Germanos esse sollicitos, tantum abest de urbibus. *Vide* Lehmann. *Chron. Spirense lib. 1. cap. 5. p. m. 11.* Cluver. *de Germania antiqua lib. 1. c. 13.*

d) Vere. Mirandum profecto, majores nostros tam inepte & quandoque contra sensum communem ædificasse. Exempla sunt ubivis obvia, nec e longinquo quærenda. Causam aliam video nullam, quam quod vitio Germanorum, & potissimum eruditorum, mathesis ex scholis Germaniæ relegata, & loco ejus Metaphysica pro scientiarum regina habita, nil nisi ineptas

propter ferociam gentis, quæ iſta velut clauſtra averſabatur, & quod ſummam fere voluptatum venatione *e*) Nobiliſſimi quique metirentur. Neque vero commoda urbium ſatis intelligebant, aut valde deſiderabant, queis ſimplex agreſtisque victus, vilis ſupellex, adparatus tenuis, ſuperfluarum opum aut deliciarum nulla notitia aut cura. *f*) At vero poſtea per religio-

ineptas ad vitam ſocialem & civilem ideas pariens.

e) Tacito & Cæſare teſtibus, Germanis antiquis quotidianum in pace ſtudium venatio, neque id ſolum tum nobilibus proprium, ſed omnibus ingenuis commune. Cluver. *p. 129. 137. 301.* Recte vero notat autor, venationem inducere ferociam. Eſt homo naturâ mite & miſericors animal. At venatio ob quotidianam effuſionem ſanguinis crudeles facit, & immiſericordes. † Ergo venationi moderatiſſime incumbere deberent Principes, & non ulterius, quam quantum requireret præparatio ad artes bellicas, principi omnino non negligendas, aut quantum venatio conduceret ad conſervationem ſanitatis.

f) O felix patria, ſi ſimplicitate illa adhuc gauderes! Hodie mutata in elegantiorem formam non in melius jam. Semper enim barbaries illa,

religionem Christianam *g*) mitigati animi cultiorem vitam patientius ferre didicerunt. *) Subiit paulatim habendi amor, & exquisitior luxuria aliunde invecta; quorum utrique ex urbibus multa accedunt alimenta. Principes quoque ad tantas opes provecti, ostentatione divitiarum struendis sese urbibus dare, *h*) rurestresque aut extraneos, ut eo concederent,

 mul-

illa, (qui titulus a Græcis & Romanis est inventus luxu insanientibus,) sapientior fuit & virtuosior quam sapientia illa luxuriosa. Vide omnino *schediasma de comparatione barbarorum cum moratioribus populis, secundum doctrinam nostram elaboratum a Dn. Zieroldo.* Conf. Conring. §. *78*.

g) Erat pseudo-christiana superstitio, quod fructus ejus statim ab autore memorati testantur. Nihil amplius operata est, quam quod Germanos a vago bellandi genere & latrocinio gentis in gentem (de quo vide peculiarem dissertationem B. patris) revocaverit. Cæterum quia Episcopi convertentes erant homines ambitione & luxu turgidi, non mirum, quod eos imitati fuerint conversi Germani. *Conf.* Conring. §. *79*.

*) Adde disputationem nostram *de jure dandi civitatem*.

h) Conring. §. *80*.

*) Non

multis immunitatibus invitare. Inprimis cum post introductam religionem Christianam multis in locis servitus exolesceret, *) aut laxior redderetur, liberti, quibus nulli agri, in urbes agminatim convolarent, opificiis aut mercaturæ sese addicentes. *i*) Sed & propter irruptionem Hungarorum complures urbes in Saxonia ab Henrico Aucupe extructæ aut munitæ; *l*) qui nonum quemque ingenuorum ex agro in urbes jussit migrare. Incrementa porro *m*) urbibus addidere præcipue fœdera mutuæ defensionis gratia, aut ob commercia inita. Ex istis nobile præprimis est id, quod anno 1225. contraxere urbes

*) Non per abrogationem expressam secundum sententiam communem, quam refutavi in disputatione *de usu practico distinct. homin. in liber. & serv.* sed artibus politicæ Papalis, & aliis ex rationibus ibi expositis.

i) Conring. §. *81.*

l) Huc pertinet Misna, Quedelnburgum, Mersburgum, Magdeburgum. Conring. *§. 82. 83. 84. Conf.* Myler. *c. 17. §. 3. 4.*

m) De origine & incremento commerciorum in Germania prolixe tractat Conring. *th. 85--93.*

n) Con-

urbes Rheno adſitæ, cui etiam Principes quidam adſcribi voluerunt. *n*) Ob commercia potiſſimum maritima inſtitutum fœdus Hanſeaticum, *o*) cujus quondam tantæ fuere vires, ut ipſis regibus Sueciæ, Angliæ & Daniæ forent formidabiles. Etſi poſt annum 1500. ea ſocietas tantum non penitus corruit; tum quod minores urbes, cum lucrum viderent in ſolas majores redundare, paſſim deſciſcerent; tum quod Hanſicorum exemplo aliæ quoque gentes, oceanum aut mare Balticum accolentes, commercia cœperunt frequentare, Flandri præcipue & Batavi. Sic monopolio iſtorum expirante vires quoque conciderunt.

X. Cæterum etſi ab initio urbes molliori conditione habitæ, quam vici; regum tamen atque Imperatorum poteſtatem non

n) Conring. §. *94.* &, quem citat, Lehmann. Conf. §. *97.* Kulpiſ. *h. l. p. 27.* † Pluribus de ejusmodi fœderibus noviſſime tractavit Dattius *in opere de pace publica.*

o) Conring. *th. 95.--103.* [† Werdenhagen. *de civit. Hanſeat.*] Adde incrementis urbium copiam metallifodinarum & ſalſorum fontium, ex Conring. *th. 105.*

q) Con-

non minus quam hi agnoſebant, iique in iſtis jus dici curabant per Comites, aut Miſſos Regios, *p*) quos vocabant. Poſt enormi Imperatorum liberalitate *q*) multæ in Epiſcoporum conceſſere poteſtatem, multæ Ducum & Comitum factæ, reliquæ ſolis Imperatoribus immediate ſubjectæ remanſerunt. Circa ſeculum autem XII. nonnullæ earundem, prout quæque opulentiæ ſuæ confidebat, laxiorem libertatem uſurpare cœperunt; quod turbis inteſtinis agitati Imperatores, aut recens ad id faſtigium evecti, in ordinem eas redigere non poſſent, aut ultro earundem favorem & ſubſidium privilegiis & im̄unitatibus conceſſis ambirent, in refractarios Epiſcopos & Principes firmamento. Advocatos quoque & præfectos Imperiales paulatim excutere, proximum fuit. Sed & ſequentes Imperatores, cum viderent, Epiſcopos opibus ſuis contra ipſos abuti, effecerunt datis privi-

p) Conring. *th. 107.* & quem citat Kulpiſ. *p. 28.* Lehmannus. Myler. *cap. 21. per. integr. & cap. 22. §. 10. - 14.*

q) Junge his usque ad finem paragraphi Conring. *d §. 107. ad finem*, Kulpiſ. *p. 29.* Myler. *cap. 17. 18. 19. 20. 22.*

*) Edi-

privilegiis, ut primariæ urbes istorum potestati subducerentur. Extincta etiam Ducum Sueviæ prosapia complures ejus Ducatus urbes, aliàs sat modicæ, libertatis usurpandæ occasionem impigre arripuerunt. Hanc tamen libertatem istæ urbes non simul obtinuerunt, sed singulæ, prout occasio aut favor Imperatorum arridebat. Inde est, quod non omnes æqualibus perfruantur juribus; quædam parte jurium regalium omnino adhuc destituantur. Non paucæ denique quod juris in ipsas competebat Imperatori, a Ducibus aut Episcopis*) emtione, permutatione, aut alio titulo redemere; aliis per vim jugum excussum, cujus tituli iniquitatem post subsecuta transactio purgavit. Nam infirmitate aut inopia pecuniæ conflictati complures inter ultima subsidia habebant, opulentis subjectorum libertatem venalem exponere; aut cum cernerent, eripi non posse, quod isti sibi usurparant, modico accepto adquiescere in lucro duxerunt.

CAPUT

*) Editio posthuma: *quod juris in ipsas competebat Ducibus aut Episcopis, emtione* &c. Adde Myler. *c. 20. & 22. §. 3. 4. 5.*

CAPUT IV.

De Capite Imperii Germanici, Imperatore, ubi de Electione & Electoribus.

I. Imperium Romanum quomodo in Carolum collatum, & qui tum in antiquo regno Francorum, tum in regno Germaniæ ad Imperium perveniendi modus fuerit.

II. Origo Principum Electorum qualis sit, diversimode scriptores tradunt.

III. Sententia super ista re autori probata.

IV. Electores ecclesiastici quomodo constituantur: apud seculares qualis successionis species valeat.

V. Modus electionis ex Aurea Bulla describitur.

VI. Jus deponendi Imperatorem an Electoribus competat.

VII. Jura præcipua Electorum præ reliquis Principibus quænam sint.

IIX. De Vicariis Imperatoris tempore interregni.

IX. De Rege Romanorum.

GErmania, utut ex tam multis componatur membris, quorum plura justarum & validarum instar civitatum habent; à Caroli tamen temporibus uni capiti, (quod antiqui *a*) simplicius regem,

a) Intelligit antiquos Francos ante Carolum M.

regem, sequentes ambitiosius Romanorum Imperatorem, aut Cæsarem nuncupavere,) subjecta fuit, nisi qua interregna intercurrere; & ob istud caput plerisque una & simplex respublica fuit visa. Illud quomodo constituatur, deinceps dispiciendum erit. Operæ pretium autem fuerit, rem paulo altius repetere, ut simul adpareat, quantum vetus electio a recentiore discrepaverit, & quæ genuina sit Principum Electorum origo. Circa Carolum ergo M. ejusque posteros distincte considerandum est imperium Romanorum, & regnum Francorum. Illud in Carolum collatum est consensu populi Romani, & Pontificis, tanquam præcipui ejus membri, vel potius, qui imperium in eundem jam non obscure moliebatur; & quidem jure, uti adparet, hæreditario. *b*) Sic ut successorum ipsius coronatio non habuerit vim novæ & liberæ electionis, sed solennis

lum M. ut frustra fluctus in simpulo moveat Dn. Kulpis. *p.31.* non capiens quid hic autor velit, & per antiquos intelligens antiquissimos Romanorum reges.

b) Kulpis. *p.32.*

c) At

nis duntaxat inaugurationis. Sane enim Carolus filium Ludovicum, & hic Lotharium in consortium imperii adsumsisse legitur; nec tamen de requisito prius novo Pontificis & Romanorum consensu mentio extat. Antiquum autem regnum Francorum neque mere hæreditarium, neque electitium *c*) dixeris, sed quod mixto quodam successionis modo fuerit delatum. Sane enim reges Francorum consensu & acclamatione procerum, & totius populi constitutos legimus. Sed ita, ut nisi gravissimas ob rationes a sanguine defuncti regis haut quidquam discederetur. Qvale genus successionis hactenus fere in Polonia *d*) observatum novimus. Accura-

c) At suprà *cap. 1. §. 7.* autor pro hæreditario habuerat, quorsum & inclinat in verbis mox sequentibus, ergo hæc verba ita exponenda, ne sibi contradicat. Conf. Kulpis. *p. 32.* Conring. *de Septemviris imperii th. 13.* Quæ vero ea de re sit nostra sententia, latius diximus suprà *ad d. c. 1. §. 7. lit. f.*

d) Mallem id omisisset autor, haustum ex Conringio *d. th. 13.* Haud dubie enim Polonicum regnum magis electivum est. † Adeoque hoc exemplum potius contra sententiam autoris allegari potest, quam pro ea.

*) Sed

curatius tamen inſpicienti patet, ex ſucceſſivo plus quam electitio genere traxiſſe regnum Francorum; quippe cum in autorem ſtirpis hac cum conditione videatur regnum collatum, *) ut idem etiam in poſteros transmitteret, niſi eo valde indigni populo adparuerint. Adeoque per adprobationem illam procerum & populi, filiis regum defunctorum non tam novum jus ad regnum fuit quæſitum, quam declaratum, filium juris ex prima collatione quæſiti non eſſe incapacem. Dejecta e) deinceps ſolio Francorum ſtirpe Carolina, regnum Germaniæ, ſeu, uti tunc vocabant, regnum Francorum orientale, liberrima procerum electione delatum fuit Ottoni Saxoni. f) Quo ſenium excuſante, ejusdem conſilio electus fuit rex Germa-

U niæ

*) Sed quando contulerunt Franci regnum regibus ſuis? & ubi legitur de hac collatione, & de conditione hic memorata?

e) Id eſt extincta. Nam in Francia Orientali ſtirps Caroli extinguebatur, at in occidentali ſeu Gallia ab Hugone Capeto dejiciebatur. Conf. Conring. *d. diſſ. §. 18.*

f) *Conf. ſupra c. 3. §. 3. ibique notata.*

g) Con-

niæ Conradus, Franconiæ Dux, quem aliqui *g*) ex Caroli posteris esse putant. Hujus itidem consilio per liberam electionem in regnum evectus fuit Ottonis Saxonis filius, Henricus Auceps, qui sola contentus Germania, ne quidem invitante Pontifice, Imperatorium nomen voluit recipere. Enimvero hujus filius Otto M. subacta Italia, Romam & ditionem ecclesiæ ita cum Germania connexuit, ut citra novam electionem Romanorum Imperator esset, qui regno Germaniæ fuisset potitus, coronatione Pontificis non nisi solennis ritus vim habente; etsi quondam ante eandem non temere Imperatorium nomen reges Germaniæ usurpaverint. In ipso autem Germaniæ regno idem fere succedendi modus obtinuit, qui in antiquo Francorum regno, ut scilicet procerum & populi

g) Conring. *d. th. 18.* sed notat Kulpis. *p. 34.* istos autores æqualium testimoniis destitui. Puteanus in stemmate Carolino *historiæ Insubricæ lib. 3. cap. 15.* adjecto notat, Ludovici IV. Imperatoris sororem & Arnulphi Imperatoris filiam Lutgardin, fuisse uxorem Ottonis Saxoniæ Ducis & Henrici Aucupis matrem.

h) Id

populi consensus ab ordine sanguinis non facile discederet. *b*) Idque duravit usque ad Henricum IV. cujus pueritia, & fors prava etiam regni administratione, moti proceres Germaniæ, frigidam suffundente Pontifice, in Imperatorem insurgunt, eumque demum regno dejiciunt, edita constitutione, ut deinceps filius regis, etsi dignus, per spontaneam electionem, non per succesionis lineam, (verba sunt constitutionis) *i*) proveniret. Et ex illo tem-

b) Id est magis succesivum fuit quam electivum, quod contra dissentientes firmat Kulpisius *p. 33.* [† Quibus tamen non obstantibus mallem & hic contrarium defendere per dicta superius *ad cap. 1. §. 7.* Adde, quæ novissime Thulemarius *de Octoviratu c. 2. §. 7. seq. p. 15. seq.* contra Aventinum disputavit,] asserentem, a tempore Carolingorum, ad Fridericum II. usque successionem magis obtinuisse quam electionem.

i) Hausit ista autor ex Conringio dicta dissert. *th. 20. 21.* Sed ostendit Dn. Kulpisius *p. 34. seqq.* istam constitutionem jure suspectam esse, atque sic censet, ab Henrico IV. stirpem regiam per varias vices factionum ac bellorum civilium aliquoties jure succesionis excussam, repetere tamen & vindicare illud non destitisse, donec

pore hæreditaria succeſſio paulatim exolevit.

II. Facta autem fuit antiqua illa adprobatio & electio ab univerſo *) populo; etſi proce-

poſt tempora Friderici II. (quæ ipſius Aventini ſententia eſt) paulatim collaberetur, & vera electio initio non niſi ſeditioſorum hominum conſpiratione introduci cœpta, patientia Imperatorum in ordinariam juris formulam abierit, non tam aureâ bulla quam capitulationibus Imperatoriis firmiter corroboratam.

*) Conſtabat autem populus ex Ducibus, Comitibus, ingenuis, (quos hodie nobiles appellamus, contradiſtinctos ruſticis & burgariis, ſeu hominibus urbicis.) Nam ruſtici tanquam ſervi ad claſſem populi non pertinebant. Cæterum Duces cum archiofficialibus eccleſiaſticis videntur & olim ſoli vota habuiſſe, Comites poteſtatem quidem adprobandi vel contradicendi, non tamen votandi. Clerus a Prælatis repræſentabatur, Comites repræſentabant ingenuos, qui ſub diſtrictu vel Comitatu erant, ortis civitatibus Advocati urbium ſeu magiſtratus, & has. Qui igitur ipſi nec poteſtatem votandi, nec approbandi aut contradicendi habebant, dicebantur aliquando plebs circumſtans, ſub quibus adeo & nobiles ſecundum hodiernum loquendi modum & cives urbici potiores intelliguntur, non ruſtici & viliores ex

procerum, Principum ſcilicet, Epiſcoporum & Nobilium, plurimum heic valuiſſe autoritatem, *m*) extra dubium ſit. Ab aliquot tamen jam ſeculis, cæteris omnibus excluſis, Imperatorem eligunt ſeptem, & poſt pacificationem Oſnabrugenſem octo *o*) primarii Principes, ab iſthoc officio Electores dicti: tres Eccleſiaſtici, Moguntinus,

U 3 Trevi-

ex burgariis, niſi forte extra cancellos. Conf. Dn. Coccej. *c. 14. §. 3. ſeq. c. 20. §. 13. ſeq.* Ex dictis apparet, cur hodienum Comites & Prælati vota ſua non viritim ferant, ſed ſecundum ſcamna, & an olim nobiles etiam immediati votum habuerint in comitiis. Adde Kulpiſ. *hic p. 38.* Conring. *de Septemviris imperii th. 22.* Thulemar. *Octov. c. 3. §. 2. & 10.* Diſſert. noſtr. *de ſtatuum imperii poteſtate legislatoria contra jus commune. §. 6. & 7.*

m) Eleganter probavit Dn. Coccejus *jur. publ. prud. c. 14. §. 3. 4. 5.* jam ſub Carolingis & poſtea ſeptem archiofficialium in eligendis regibus potiorem fuiſſe eminentiam, reliquo populo, imo & ipſis principibus ipſorum votis ſi conſentirent, aſſenſu & acclamatione ſine votis (cum poteſtate tamen diſſentiendi) aſſurgente, quod probe notandum.

o) De nono nuper adjecto jam ſupra notavimus *ad cap. 2. §. 8.*

p) Con-

Trevirensis, & Coloniensis, Archiepiscopi; & quinque Seculares, Rex Bohemiæ, Duces Bavariæ & Saxoniæ, Marchio Brandeburgicus, & Comes Palatinus Rheni. Hoc jus quando isti Principes nacti sint, non ita liquido constat. Equidem per duo amplius secula, *p*) ab anno circiter 1250. ad annum 1500. recepta fuit opinio, Ottonem III. Imperatorem, & Gregorium V. Pontificem septem Electores instituisse; nisi quod alii autores heic primas partes Imperatori, alii Pontifici tribuant, prout quisque hujus aut illius studio ducitur. Hanc opinionem primus, quod novi, peculiari libello, qui inscribitur *de Comitiis Imperatoris*, oppugnavit civis noster *Onuphrius Panvinius*, quem hodie cordatissimi quique Germanorum sequuntur. Palmarium argumentum est, quod illa Constitutio, sive Ottoniana, sive Gregoriana, a nemine hactenus reperiri potuerit, *q*) & de eadem omnes scriptores

---

p) Conring. *th.23.* Kulpis. *p.39. seq.* Thulemar. *cap. 7. §. 7. seqq.*

q) Conring. *th.24.* At, inquit Kulpisius, *p. 40.* hoc non est palmarium argumentum. Negari

res ad Friderici usque II. tempora per annos 240. ab Ottone III. sileant. Nam primus Electorum mentionem facit Martinus Polonus, r) qui vixit sub Friderico II. annos circiter 250. post Ottonem III. cujusque adeo fides omni exceptione non est major in re tam longe ab ipsius memoria remota, cum liquidioribus testimoniis destituatur. Neque tamen ipse constitutionis alicujus meminit, neque tempore Ottonis cœpisse Electores dicit, sed hoc tantum affirmat, post Ottonis tempora cœpisse officiales Imperii eligere. Quod duplici sensu admitti potest, vel quia ditiones amplissimas eo tempore sortiti sunt, qui antea præcipua munia in aula obibant: vel quia munia ista in amplissimarum ditionum Principes tunc in perpetuum sunt collata. Qui tamen uti fortasse *) insigni autoritate inter cœteros

gari enim non potest, quod plures constitutiones perierint. Propterea tamen res, *de cujus veritate aliunde constat* certa esse non desinit. Ego nihil muto, quia de hujus sententiæ veritate aliunde non constat.

r) Cujus locum recitat Conring. §. 25. Thulemar. *d. c. 7. n. 37.*

*) Ed. posth. *sine dubio.*

fuerunt conſpicui; ita præter ſeptem illos aliis quoque Principibus in Regum electione locum fuiſſe, nemo antiquitatum Germaniæ peritus negabit. *s)* Alii *t)* Electorum inſtitutionem Friderico II. *u)* adſcribunt. Sed nullius in eam rem ſanctionis monumentum, uſpiam deprehenditur; nec probabile eſt, reliquos Principes tam ſubito & libenter jure ſuo deceſſiſſe.

III. Igitur apud peritiſſimos rerum patriarum Germanos hæc fere ſententia obtinet, *x)* jam ante Friderici II. tempora *y)*

s) Idque primarium argumentum eſt, qvod exeqvitur Conringius *th. 26.* qui & *th. 28.* Bellarminum refutat, ſtatuentem Electores a Pontifice inſtitutos eſſe. *Adde Thulemar. d. c. 7. th. 15. ſeq.*

t) Rurſus alii originem Electorum adſcribunt Ottoni IV. qvos refutat Conring. *th. 29.*

u) Conring *th. 30. d. c. 7. th. 31.*

x.) Mihi ſic videtur. Oſtendit Dn. Coccejus *cap. 10. 11. 12. 14.* antiquis temporibus præter tres Imperii Archi-Cancellarios quinque ſaltem fuiſſe Duces, ex quibus unus Rex eſſet, quatuor reliqui officia Aulica adminiſtraverint, atque cum Cancellariis ad deliberationes regni de negotiis gravioribus fuerint adhibiti, unde & eorum in eligendo rege præ reliquis prin-

principibus & populo (ut modo diximus) jam olim prærogativa quædam. Quo pacto non difficulter evenit, ut post turbas interregni vel tacentibus reliquis pedetentim ad se solos jus eligendi traherent, donec illud in A. B. fuerit confirmatum. Atque forte Autori conciliari poterit Thulemarius *d. c. 7. §. 33. seqq.* neque opus erit cum Dn. Kulpis. *p. 43. seq.* inter jus inaugurandi & eligendi distingvere, aut ad mandata aliorum Principum respicere. Simul vero patet, ex dispositione regni Germanici & septem officialium septem etiam Electores fuisse constitutos, neque adeo in sanctitate numeri mysterium esse quærendum, quod tamen placuit Thulemario *c. 4. §. 7. seq.* qui & *§. 6. 20. & seq.* aliorum sententias in numerum inquirentes æque improbabiles adducit. † Video quidem contra sententiam de antiqua in electione regis prærogativa Archiofficialium præ reliquis Principibus novissime *apud Titium in notis ad §. praeced. lit. h. n. 2. p. 186.* adduci duo loca ex Alberto Stadensi, eum in finem ut ex illis probetur, principes reliquos etiam habuisse peculiaria vota. Sed vereor, ut illi textus quicquam probent. Uti enim per Principes ibi intelliguntur ipsi Archiofficiales, ita nulla ibi fit comparatio inter Archiofficiales & reliquos Principes, sed inter Arciofficiales Ecclesiasticos & Seculares. Quod vero *ibid. lit. k. p. 187.* adjicitur, disquisitionem historicam de origine Electorum post jus Electorum

ra; y) septem illos Principes, tanquam Imperii Officiales; & opum magnitudine pollentes in electionibus Imperatorum autoritate reliquos paulatim eminere cœpisse. *) Post Friderici autem tempora, rebus per Germaniam mirum in modum turbatis, cum reliquis publica negotia parum curæ essent, hos sibi solis id jus eligendi vindicasse. Hoc ubi in consuetudinem, per aliquot actus confirmatam,**) abiisset, aureæ Bullæ, z) quam vocant, publica & solennis sanctio accessit, in qua tota

satis confirmatam, non magnam habere utilitatem, responsione non indigebit; cum de gustibus non sit disputandum.

y) Conring.*th.31.*

*) Additur in edit. posth. *iisque cum per muneris rationem necessario electionibus adesse tenerentur, alios sua suffragia non raro delegare solitos, quæ aliquorum non absurda conjectura est.* His vero verbis Autorem respexisse ad tradita Kulpisii jam notavit Dn. Titius *hic lit. b. p.189.* cui tamen illa conjectura displicet. Secundum nostram de origine Electorum Sententiam ea conjectura etiam non habemus opus.

**) Adea quæ hic opposuit Kulpisius respondit D. Titius *lit. m. p. 190.*

z) Conring. *th.32.*

a) A.B.

tota eligendi ratio, & omnis Electorum potestas continetur. Et ex isto tempore Principes illi nomini suo titulum Electorum adjicere, ampliorique quam reliqui dignatione æstimari cœperunt.

IV. Utut ergo ab initio eligendi munus isti sibi Principes videntur sumsisse, quatenus Imperii officiales erant; postea tamen per legem Aureæ Bullæ *a)* non minus officia ista quam electoria dignitas certis ditionibus est annexa, ut, qui illas legitimo modo possideat, eo ipso sit Elector. Et quidem Ecclesiastici Electores, uti alii Episcopi Germaniæ, constituuntur electione, vel collatione. *b)* Ubi observandum

a) A. B. cap. 20. ibique interpretes.

b) Forte dicere voluit postulationem, vel confirmationem, vel consecrationem vel quid simile. *Vide Ziegl. de Episcopis lib. 2. c. 1. 6. 8. 9.* † Adde Lancell. *Inst. Lib. 1. tit. 27.* Putat equidem D. Titius *lit. n.* autorem per collationem intellexisse forte provisionem extraordinariam, sicut per electionem collationem ordinariam, sed ipse tamen addit huic conjecturæ quodammodo obstare. *cap. 3.* §. *6.* in fine. Adde quod provisio etiam extraordinaria non nisi obscurissime indicetur sub termino collationis,

c) Vide

dum;, etsi alias Episcopi ut omnes muneris sui partes rite queant obire, opus habeant Pontificis confirmatione, & pallio *c*) non gratis redimendo: tamen ad electionem Imperatoriam eosdem admitti, etiam ante confirmationem Pontificiam; *d*) cum seculares dignitates sine charactere constent. *e*) Verum sede vacante, vicem Electoris haut quidquam subire potest Capitulum

c) Vide *Ziegl. d.l.2.c.10. Thulemar.c. 23. §.7.seqq.*

d) Vide Autorem der Grundfeste *P. 1. c. 5.* Kulpisium *p. 48.50.* Alia quæstio est majus dubium habens: an admittantur ad electionem Imperatoriam ante investituram Imperatoris de bonis secularibus? Nam secularibus successio jus in re videtur tribuere, Electio vero Ecclesiasticis saltem jus ad rem. Sed praxis tamen contrarium observat: Late & distincte quæstionem hanc proposuit Kulpis. *p. 49--58.* Adde Conring. *th. 33.* Thulemar. *cap. 24. n. 17. seqq.*

e) i. e. Seculares dignitates competentes istis Archiepiscopis non requirunt confirmationem Pontificis aut consecrationem, & electio illis non ut Clericis, sed ut Imperii principibus ratione regalium quæ ab Imperio recognoscunt, competit. Etsi regalia non aliis concedantur quam Archi-Episcopis.

f) Thu-

tulum. *f*) In Electoratibus secularibus obtinet illa species successionis linealis, quam agnaticam *g*) vocant, & ita quidem, ut neque dignitas Electoralis, neque terræ peculiariter Electoratibus adsignatæ divisionem recipiant. *h*) Quod si autem novus sit Electoratus instituendus, aut ob delictum aliquis ea dignitate exuendus, sine dubio reliquis Imperii legibus & consvetudinibus conforme fuerit, Imperatorem solum propria autoritate, citra consensum reliquorum Ordinum, aut saltem Electorum, nihil heic disponere. *i*) Etsi supe-

f) Thulemar. *c. 24. n. 20.* † Etsi vocetur ad Comitia Imperii. Kulpis. *p. 54.*

g) Conring. *th. 36.* Kulpis. *p. 58.* Thulemar. *c. 23. n. 24. seq.*

h) A. B. c. 20. ibique interpretes.

i) Recte monet Kulpis. *p. 58.* distinctam debere esse tractationem, de novo Electoratu instituendo, & de Electore dignitate sua exuendo, neque enim unum ab altero dependere. Oblitus autem est addere, distinctam quoque debere esse tractationem de vacantis Electoratus provisione, quam ipse cum tractatione de novo Electoratu instituendo miscuit, cum tamen sint distincta. De vacantis Electoratus translatione non egit Autor, ipse v. Dn. Kulpisio post

ſuperiori noſtroque hoc ſeculo *l*) in contra-

---

poſt interpretes A.B. & Lampad. ſoli Imperatori eam transſcribit. Mihi vero nôn diſplicet ſententia contraria Thulemarii *cap. 23. §. 21. ſeqq.* ubi & *§. 23.* ad oppoſitum *cap. 7. A.B. §. 5.* reſpondet. De Electore dignitate ſua exuendo aperte diſponunt capitulationes noviores, *Leopold. §. 28. Joſeph. §. 27.* id non fieri debere abſque Electorum conſenſu, donec in Comitiis a Statibus Imperii de forma & modo Banni certum quid determinetur, qvorſum etiam pertinet *Inſtrum. pac. art. 8. §. 3.* Thulemar. *d. l. §. 25. ſeq.* Novum Electoratum & octavum nempe Imperator ſolus non inſtituit, ſed cum conſenſu Statuum. *Inſtrum. pac. art. 4. §. 5.* Neque quod nonum Electoratum attinet, Imperator prætendit abſque conſenſu Electorum eum inſtituere. *Vide collectanea de nono Electoratu typis impreſſa & inter ea potiſſimum Receſſum* (ſi genuinus eſt) *inter invictiſſ. Imperatorem modernum & Novum Electorem art. 1. verbis.* Unſer allergnädigſtes Decret nicht allein ertheilet/ ſondern auf fernere Einſtimmung der Churfürſten Liebden alſofort einhohlen. Id vero quærebatur, an omnium Electorum conſenſu opus, item an non reliquorum Statuum conſenſus neceſſarius. Quas quæſtiones definire ad nos non rogatos haud pertinet.

l) In ſuperiori, translato Electoratu Saxoniæ

trarium extet exemplum; contra quod tamen unus atque alter nequidquam est protestatus, *m*) facili ad spernenda verba Cæsare, cui Mars supra modum tunc videbatur favere. Astute tamen idem, quod dignitatem Electoralem uni ablatam in agnatum ex eadem familia *n*) contulit. Id enim non modo invidiam facti insigniter erat molliturum; ne dominandi magis libidine, aut aliena rapiendi, quam necessitate muneris, & ut sua vindicaret, in bellum ruisse videretur: sed & potentissimas familias æterna æmulatione *o*) distracturum,

niæ in Mauritium, in hoc, translato Electoratu Palatino in Bavarum. In superioris tamen seculi exemplo non confundenda ademtio cum translatione. Illam Carolus V. non consulto collegio Electorali suscepit, sed translatio consensu Electorum facta. Thulemar. *d. c. 23.* §. *22.*

m) De protestatione Electorum Saxoniæ & Brandenburgici contra translationem Electoratus Palatini ad Ducem Bavariæ vid. Thulemar. §. *25. 26.*

n) Utrobique tam in Electoratu Saxoniæ, quam Palatino.

o) Utinam æmulationis hujus tristes fructus non sentiat ætas nostra.

p) Spes

rum, obnoxiis Cæsari illis partibus, *p*) quas ipse validiores reddiderat. Addendum & hoc, Electoribus minorennibus, in electione Imperatorum tutores ipsorum *q*) subire locum. Minorennes autem

p) Spes tamen fefellit Carolum V. cum Mauritius mox arma adversus ipsum sumeret.

q) Non solum legitimos, sed & testamentarios. Nota controversia. Quamvis dissentiat Conringius *th. 40.* Adde Kulpis. *p. 59.* Thulem. *cap. 27.* † Ex sententia Ill. Cocceji *c. 29. §. 17. seqq.* Electoribus minoribus in A. B. c. 7. saltem quoad jus eligendi Cæsarem in verwesung des Chur-Amts constitutus est Tutor legitimus, cujus juri testamento derogari nequit, sed quoad ditiones electorales liberum tutores testamento constituendi arbitrium possessori competit. Veretur tamen D. Titius *in notis hic*, ut illa distinctio rationibus & exemplis adductis satis probetur. Defendere tamen eam voluit Autor illustris adversus plures objectiones. B. Stryckii & Textoris in *nova Editione Jurispr. publ. append. 2. c. 33. n. 25. seq.* Mihi in dijudicanda illa controversia duæ quæstiones præjudiciales videntur ante omnia definiendæ: (1) An distinctio inter tutelam testamentariam & legitimam plane quadret ad tempora Caroli IV. conditoris Aureæ Bullæ, quia tutela testamentoria tota venit cum testamentis ex jure Civili. Ad te-

tem desinunt esse completo ætatis anno octavo decimo.

V. Modus Electionis hic fere est. r) Moguntinus intra mensem s) a primo die, quo de morte Imperatoris rescivit, Collegis id significat, eosque ad futuram Electionem vocat: qui ipsi, aut per Legatos suos comparere tenentur. t) Francofurtum ingressuris certus equitum numerus, nempe ducentorum, est præscriptus; qui tamen hodie non ita accurate observatur. Dum

At testamenta illo tempore nondum erant recepta in Germania. (2) An in feudis ullis valeat tutela testamentaria. Affirmativam etsi communem, erroneam esse sic facile potest ostendi. De Feudis testamenta facere non licet, neque unquam in jure Feudali tutelæ testamentariæ fit mentio. Et argumentum, quod tamen Jus Feudale tutelam testamentariam non prohibeat, non valet, quia Germani, unde jura Feudalia originem ducunt, plane ignorabant testamenta. Ergo hic habes exemplum erroris communis introducti in Germaniam, forte ob favorem piarum causarum.

r) *Ex A. B. c. 1. 2. & 4.* Thulem. *c. 24. 25.*

s) Tempora convocationis, comparitionis, & electionis accurate distingvit Kulpis. *p. 60.*

t) Alias votum suum amittunt.

*) Edit.

electio fit, omnes *) peregrini urbe ista jubenter exesse. Actum electionis, quae fit in sacrario templi S. Bartholomaei, auspicatur ceremonia Missae. Inde ad altare accedunt juraturi, quod idoneum *u*) sint electuri

*) Edit. posth. *omnes extranei, seu quibus in urbe domicilium non est, praeter eos, qui ad Comitatum Electorum pertinent.*

u) Non quod Germanum, quamvis communis sententia ita idoneitatem explicet, partim ob antiquam legem aliquam Ottonis III. partim ob autoritatem Electoris Moguntini, in voto tempore electionis Caroli V. dato, & Comitis Hermanni a Neuenar in Oratione ad Electores pro Carolo V. *vid. Thulemar. c. 1. n. 8. seqq.* Ego sententiam jam *ad cap. 1. §. 3. lit. o.* dictam nondum muto. Ottonis III. lex ubi? Non credo. Manus oculatas habeo. Farraginem autorum ad eam provocantium apud Thulem. *n.* 10. non vereor, unus ex altero exscripsit bona fide. Provocarunt Schonborner, Dan. Otto & forte ex his alii ad A. B. At hi aperte errarunt. Poterant & isti errare. Poterat Elector Moguntinus & Comes a Nevenar errore illo, apprime scopo inserviente, uti ad persvasionem aliorum. Forte & ipsi communi persvasione decepti sunt. Refert Schockius *Exerc. 1. ad Monzamb. p. 9.* Philippum Melanchthonem esse autorem duarum illarum orationum, quas

ćturi Imperatorem, absque omni pacto, ſtipendio, pretio vel promiſſo. Moguntinus

quas Sleidanus & alii Moguntino & collegæ in electione Caroli V. tribuunt. Res vero non diſſimilis. Ita apud Livium & alios Hiſtoricos orationes inventum ſunt ipſorum Hiſtoricorum, aut aliorum ex veroſimilitudine deſumtum: quod egregie imitatus eſt Freinshemius in ſupplementis Livianis. At Philippus Melanchthon, uti in aliis, ita & hic errare poterat. Poterat etiam non errare. Fateor, ſed in quæſtione facti negantis opinio ſemper veroſimilior, ſi factum non oſtendatur, vel teſtes proferantur de viſu. At demus etiam, Ottonem III. talem legem condidiſſe. Tum Electores illa eminentia non gaudebant, qua hodie. Statu mutato efficacia legis mutata eſſet. Mortuo Rege Romanorum Electores ſuperiorem non habent, qui ipſis leges ferre poſſet. Sui juris ſunt, niſi quatenus naturaliter obligantur in præjudicium Reip. Germanicæ nihil admittere. Quis prohiberet, ſi communi conſenſu totam formam eligendi in A. B. præſcriptam, quatenus ea ceremonias arbitrarias præfinit, mutare vellent? At Conſvetudo vult Germanum Regem eligi, tot ſeculis continuata. At inquam, nullum datur jus conſuetudinarium inter eos, qui non habent ſuperiorem, manet ſemper in terminis rerum, quæ meri arbitrii ſunt,

tinus tanquam Decanus Collegii suffragia colligit, primo loco Trevirensem interrogat,

sunt. Forte tota fabula ortum duxit ex confusione duarum quæstionum. Aliud est: an alius quam Germanus (Rex sc. Germaniæ) possit esse Imperator Romanus? Aliud, an alius quam Germanus possit esse Rex Germanorum? Ex pacto Ottonis M. cum Papa nonnisi Rex Germaniæ debet esse Imperator Romanorum. Postquam igitur Imperator Romanorum pro Rege Germanorum usurpatus, inde forte traditio nata, esse legem Ottonis M. non nisi Germanum eligendum in Imperatorem, & cum non difficulter M. & III. possint scripto permutari, esse legem Ottonis III. Germanum eligi debere in Regem Germaniæ. Quid quod supra jam notatum, similem esse fabulam de Electoribus ab Ottone III. institutis. Taceo, quod si quis jus indigenatus accipere possit in regno aliquo, si de particula aliqua territorii aut provinciæ istius regni, etiam minori investiatur, quidni jus indigenatus in Germania acquireret, qui eligeretur in regem Germaniæ. Et sic intelligo ea, quæ disserit Dn. Coccejus *in Jur. Publ. Prud. cap. 8. n. 3. junct. cap. 6. n. 17.* Quodsi alia ejus mens sit, fateor, me eam non percipere. †) Atque in hac sententia magis confirmor, quod Petrus de Andlo *de Imp. Rom. lib. 2. c. 3.* jam illam controversiam moveat, & ta-

rogat, inde Coloniensem & reliquos: ipse ultimo loco sententiam dicit. Plura suf-

 fragia

& tamen de constitutione Ottonis nihil memoret. Confer. Freherum *ad dictum cap. 3. Petri de Andeo* qui plura suppeditabit ad hanc quæstionem & ejus historiam pertinentia. Interim notat Dn. Titius *ad. h. l.* affirmativam sententiam defendi etiam a Kulpisio *differt. de observ. Imperii §. 17. seq.* ac requisiti hujus necessitatem ex observantia deduci, ipseque de suo addit: *Hoc si admittes, per observantiam non debet intelligi lex positiva non scripta, sed potius pactum tacito Germanorum consensu initum, nam hoc sensu observantiam imperialem in genere esse accipiendam ostendi in specimine Jur. publ. Lib. 2. c. 8. Ex eo autem amplius sequetur, quod ista observantia non tantum sit obligatoria, sed & quoad Electores indispensabilis, nam electio quidem eorum arbitrio subest, sed electionis norma sive pacta, aut leges fundamentales, expressæ vel tacitæ electionem dirigentes, eidem non subjacent.* Sed ad ista quidem facilis est responsio. Nam si observantiam imperii cum Kulpisio pro specie consuetudinis seu juris non scripti sumas, in dissertatione peculiari anno 1699. *de jure Consuetudinis & observantiæ* habita ostensum, observantiam talem speciem juris haud esse. Et credo, rationes ibidem adductas, etiam valituras adversus eos, qui observantiam volunt esse spe-

ciem

fragia pro universis valent. Cum tamen hodie octo sint, nondum certi quid est constitutum, quid agendum, si fors suffragia esse æqualia contingat. x) Suf-

ciem pacti taciti. Neque etiam, quæ Dn. Titius *d. c. 8.* attulit probant, observantiam esse conventionem tacitam. Et si maxime requisitum tertinm *ibid. §. 5.* adductum aliquid probaret, ad casum tamen quæstionis præsentis idem applicari non posset. Ut taceam, etsi demus, observantiam illam esse pactum tacitum, tamen pactum hoc nonnisi paciscentes obligat; Cur ergo Electores nova observantia tanquam novo pacto tacito non possent recedere ab observantia antiqua. Quid quod, ipse Dn. Titius hic videtur esse oblitus eorum, quæ *in d. c. 8.* §. *fin.* cordate aliter confessus est. *Id* inquit, *interim liquet, observantiam imperialem nexus male firmi non incertum esse indicium, ac sæpius inane nomen, quo nunc pro affectu suo quis utatur, nunc illud repudiet. Imo ausim dicere, ne unicum forte observantiæ, certum jus ac obligationem constituentis, exemplum occurrere. Nam ea, quæ laudari solent, vel dubia sunt, vel expressa constitutione deinceps secreta, aut aliqua ratione status fulciuntur.*

x) Burgold. *P. I. Disc. 25. n. 4.* non putat id facile contingere posse, quamdiu domus Austriaca tam potens sit. Alias cogitandum esse de no-

Suffragio suo Elector seipsum quoque nominare non prohibetur. Electio facta in literas solet referri, & Sigillis Electorum confirmari. Postea hi ad altare accedunt, ubi Moguntinus convocatam apud multitudinem Imperatorem electum pronunciat. Ei mox certis sub legibus Imperium committitur, ita tamen, ut omnibus & singulis Electoribus sua jura & privilegia statim teneatur confirmare. Coronationi quidem lege Aureæ Bullæ destinata urbs Aquisgranum; etsi hactenus plerumque, ubi electio facta, inauguratio quoque fuerit celebrata. Et quia ista urbs in diœcesi Coloniensi sita, ideo ab Electore Coloniensi jam olim hæc frequenter peracta. Cui tamen Moguntinus super eo jure litem intendit, quæ nuper ita composita est, *y)* ut coronatio in diœcesi

de nono Electoratu. Cogitatum certe jam de eo, quamvis ob longe alias rationes. Bene an secus? eventus docebit.

y) In primis editionibus ita Autor posüerat; *quæ nuper, ni fallor, ita composita est, ut alternis vicibus coronationem peragant, ubicunque locorum ritus iste celebretur.* Postea monitus per censuram Pacifici *Disc. 10. §. 3. p. 365.* ista sic emen-

Colonienſi ab Archiepiſcopo Colonienſi, in diœceſi Moguntina a Moguntino, extra utramque ab utroque alternatim peragatur. Alia ceremoniarum ſolennia paſſim in Scriptoribus Germanicis invenias.

VI. Electoribus uti jus eligendi Imperatorem, ita poteſtatem quoque, eundem, ſi mereatur, deponendi, competere z) publica

emendavit. *vid. Kulpiſ. p. 61.* De fundamentis antiquæ diſſenſionis vide Thulemar. *cap. 25. n. 29. ſeqq.* Shweder. *introd. ad Jus Publ. Sect. I. cap. 11. §. 33. p. 243. ſeqq.* qui & rationem ſuppeditabunt, cur coronatio Leopoldi Imperatoris Fancofurti a Colonienſi facta ſit, etſi Francofurtum ſit in diœceſi Moguntini.

z) Separandæ quæſtiones. An Imperator poſſit deponi? Ob quas cauſas? A quibus? Addit Dn. Kulpiſ. *p. 62.* ni fallor poſt Bœclerum: an in totum an pro parte? Quod fateor me non intelligere. Quoad ſingulas quæſtiones vide Swederum *Part. Spec. Sect. I. cap. 32. §. 5. ſeqq.* Ego puto deponi poſſe, quia propter dicenda *ad cap. 6.* intuitu Imperii ſolus Majeſtatem non habet, & quia non eſt una Reſpubl. Cauſas graviſſimas ſubeſſe debere, nemo negat. Depoſitionem fieri debere a Statibus conjunctim, arbitrarer. Si enim Electoribus ſolis competeret poteſtas deponendi, etiam plura-

publica & expressa lege sanciri, *a*) durum fortasse nimis & invidiæ plenum erat futurum. *) Eandem tamen ipsos exercuisse *b*) constat in Wenceslao, filio ipsius

 Caroli

pluralitas votorum collegii Electoralis videretur habere locum, quod tamen pro absurdo habeo. Conf. Pacif. §. *4. pag. 365.*

a) Respondere videtur tacite voluisse ad verba Conringii *in d. differt.* §. *41. Et quidem Aurea Bulla nihil hac de re habet. Conf.* Swederum *d.* §. *5. p. 695.* ubi ex Joh. Skyte refert, in Arragonia, Hungaria, Polonia, Suecia, tales definitiones de Regibus solio deturbandis non deesse. De quo tamen valde dubito.

*) Edit. posth. *Electoribus uti jus eligendi Imperatorem, ita eo ipso haud statim potestatem, eundem si mereatur imperio exuendi competere manifestum est. Sed & mle quid publica & expressa lege &c.*

b) In Exemplis dispiciendum, utrum gravissimæ illæ causæ, quas ad depositionem requiri præsupposuimus, adfuerint, & pauca exempla, forte nulla deprehendes justæ depositionis. Veteres Imperatores Romani, de quibus Schweder. *d. p. 695.* huc non pertinent, nec adeo veteres Reges Franciæ Merovingicæ & Carolinæ familiæ, de quibus *id. ib.* Propiora sunt Henrici IV. Adolphi Nassovii, Wenceslai. Defendimus non ita pridem Wenceslaum *peculia-*

ribus

Caroli IV. quem ut filio suo aliquando c) Imperium pararet, & Auream Bullam condidisse, & maximis largitionibus Electores mactasse, non obscure fremunt, qui eminentiam Electorum ægris oculis adspiciunt. Ad Henricum IV. d) Imperio dejiciendum alii quoque Principes operam

---

ribus dissertationibus ex illa peculiari ratione, quod non tam vitiosus fuerit, uti communiter depingitur, & quod causa odii potissima fuerit defensio Hussi, & inspectio curiosior in mores Cleri. Paulo aliter contra ejus depositionem, ut & contra depositionem Adolphi differunt Bœclerus & Stamlerus citati Schwedero *p. 699. §. 8.* quorum sententia placet, præ sententia adversa Schwederi *d. l.* Nisi dicere velis, Wenceslaum ipsum videri Imperium pro derelicto habuisse. Conf. quæ ex Lehmanno adduxi *in d. diss. priore* §. *8.*

c) Abest hoc *aliquando* in prioribus editionibus. Id ideo forte addidit Autor, ut responderet ad objectionem Pacifici §. *4. p. 366.* quod Wenceslaus quinque annos post A. B. fuerit editus. Sed vereor, ut hæc particula vulnus sanare possit. Non probabile est, Patrem in favorem filii, quem nondum habet, tanta privilegia aliis velle indulgere.

d) Sed & hic injuste dejectus.

*) Hæc

ram contulerunt. Sane Moguntinus *) uni atque alteri Imperatorum, ipsi quædam parum grata molientium, jus illud deponendi Imperatores non timide occinuisse legitur. e)

VII. Ha-

*) Hæc verba usque ad finem §. in Edit. posth. sic emendata. *Etsi uti Wenceslaus ipse imperium pro derelicto habuisse videtur, ita cum Henrico IV. ad regulas juris actum fuisse, ego non præstiterim. Quod autem Moguntinus uni atque alteri Imperatorum ipsi quædam parum grata molientium de abrogando imperio non timide occinuisse legitur, id genio seculi adscribendum, quo Pontifices potestati se Imperatorum adjuvante Clero Germanico, subducere laborabant.*

e) In depositione Henrici IV. *Quem meritum investivimus, quidni immeritum devestiamus?* Ex Helmodo Pacificus *p. 365.* Propius ad mentem & phrasin autoris; quod de Gerhardo Archiepiscopo Moguntino refert Thulem. *cap. 19. §. 14.* quod hic Alberto Imperatori, cum vectigalia in Rheno propria autoritate occupata a Moguntino tanquam Domanium Imperii reposceret, inter venandum dixerit, se in cornu venatorio a collo tum dependente plures gestare Cæsares. Id tamen de Moguntino amplius non timendum, postquam non amplius post reformationem principes, etiam Catholici, Papales excommunicationes, & quæ tum temporis

VII. Habent & alia quædam præ reliquis præcipua jura Electores. Præterquam enim quod exclusis reliquis Ordinibus possint conventus agitare, *f*) ac de summa rerum consilia conferre; ipsi quoq; sunt summi Officiales Imperii. *g*) Archicancellarii quidem sunt Moguntinus per Germaniam, Trevirensis per Galliam & Regnum Arelatense; (quibus vocabulis tamen juxta peritissimos autores non integra Gallia, sed quicquid ejus ad Regnum Burgundicum pertinuit, quod seculo XI. Germaniæ jungi cœpit, intelligitur;) Coloniensis per Italiam: Etsi hodie penes posteriores inane fere nomen remansit. Rex Bohemiæ *h*) est Archipincerna, & in cele-

poris iis magnum pondus ob superstitionem populi addebant, unionem Cleri Germanici cum Papa timeat. Toto orbi ostendit Lavardinus, quod excommunicationes, ne quidem Romæ hoc tempore multum valeant.

f) Debebant vi Aureæ Bullæ singulis annis. Sed non faciunt.

g) De hac materia vide Conringii & Wagenseilii *Dissertationes Peculiares*. Thulemar. *cap.* 20. & 21.

h) Hic cum non sit Germanus, cur isto munere

celebratione solemnis Curiæ Imperatori primum poculum porrigit. Bavarus hodie est Archidapifer, & in solenni processione gestat pomum Imperiale. Saxo Archimareschallus præfert Imperatori gladium evaginatum. Brandeburgicus Archicamerarius *) Imperatori aquam porrigit, & in processione sceptrum præfert. Comes Palatinus Rheni Archithesaurarius in solenni deductione Regis coronati ad palatium in circumstantem populum nummos aureos atque argenteos spargit. Secularium singuli in istis officiis suos habent Vicarios, Bohemus Pincernam de Limburg, Bavarus Dapiferum de Walburg, Saxo Mareschallum de Pappenheim, Brandeburgicus Comitem de Hohenzollern, Palatinus Comitem de Sintzendorf.

nere gaudet? An quia ex Duce a Friderico I. Rex factus? *Vide Conring. de offic. Imperii th. 14. & th. 22.* Sed exercuit hoc officium in electione Friderici: Ergo caussas propiores pete ex Dn. Coccejo *cap. 12. §. 8, 12, 15, 16. 17.*

*) Dicendum hic occasione de similibus officiis in Aulis Electorum & Ducum, de constitutione Caroli Crassi & quodnam sit supremum officium in aulis Electorum.

i) Con-

tibus Rheni & Sveviæ, & ubi jus Franconicum in usu; hic, ubi jura Saxonica vigent.

rem & inferiorem divisa, & terræ Germanicæ duplici jure, Francico, seu Svevico, & Saxonico fuerint usæ, de his agit *idem* §. 9. Forte ultimum ex inde repetendum, quod Saxonibus a Carolo devictis amplior quædam libertatis species relicta fuerit, adscitis videlicet in jura populi Francici. *vide autor. supra cap. 1.* §. 8. ut adeo frustranea sit quæstio: An Vicariatus Saxoniæ fuerit ante A. B. de qua vide *Vitriar. lib. 1. tit. 11. §. 4. p. m. 112.* † Posses etiam sic forte commodissime rem explicare. Comes Palatinus & Vicarius in terris regni immediatis. In mediatis debebant esse Duces ipso jure, quia scilicet vivo Rege summam post eum potestatem habuerunt in Ducatibus, adeoque vivente Rege jam erant ejus vicarii perpetui. (Conf. Dn. Coccej. *X. 1.* & *XV. 24.*) Ergo eo mortuo non poterant desinere. Quodsi ergo Duces illos V. extincta familia Carolina superstites, Lotharingiæ, Franciæ, Sveviæ, Bavariæ & Saxoniæ consideres, patet, terram Rhenensem, Franciam Orientalem, & Sveviam constituere terras immediatas; adeoque eo minus mirandum, quod Comes Palatinus hic sit Vicarius, partim quod Lotharingia terram Rhenensem olim complecteretur & Comes Palatii sit ipse Dux Rhenensis (Coccej. *XII. 1.*) ac Duces

gent. Interdictum tamen iisdem, feuda Principum, & quæ per vexillum confer-

ces hodierni Lotharingiæ sint dubii juris, partim quod Duces Francici & Svevici dudum interierint. Adde, quod Otto M. Ducatum Lotharingiæ antiquum Electori Coloniensi donaverit. Ex mediatis Saxo vicarius est in iis, quæ antiquitus ad Ducatum Saxoniæ pertinuenuerunt, aut postea ad circulum Saxonicum ex natura situs annumerati sunt, ut Provinciæ Vandalicæ. Bavarus etiam Vicarius olim haud dubie fuit in Bavaria. Cum vero Bavaria mox cum Ducatu Saxonico sub Henrico Superbo & filio esset conjuncta, mox cum Palatinatu Rheni uniretur, sub Ottone Illustri, cœpit Bavaria adsvefieri, ut ab alterutro hoc vicario etiam tempore interregni regeretur: Unde etiam, postquam Bavarus iterum ad Archiofficium adspiravit, etsi in causa Vicariatus in Provinciis immediatis videantur rationes Palatini prævalere, tamen in ipsa Bavaria forte prætensio ejus principiis juris publici germanici ita adversa non foret. Cæterum ad somnia vigilantium referendum est, cum à quibusdam adseritur, acsi Elector Saxoniæ vicariatum habeat, tanquam Archi-Mareschallus, & quod adeo olim duo vicarii universum S. Rom. Imp. non provinciis sejunctis, sed jurisdictione invicem divisa admini-

strave-

ri moris, cuipiam attribuere: *n*)nec minus, res Imperii alienare aut oppignorare.

ſtraverint; ita ut Palatinus circa civilia, Saxonicus circa criminalia & res bellicas fuerint occupati, cum haud dubie ex hiſtoriis conſtet Comitem Palatinum jam olim fuiſſe in Palatio ſummum judicem cauſarum criminalium æque ac civilium. Cæterum iſta omnia, quæ hactenus de origine vicariatuum a Dd. & hic a nobis diſputata ſunt, præſupponunt, originem vicariorum imperii mortuo Imperatore plane antiquam eſſe. Cum vero nuper Celeberr. Jenenſium Profeſſor Burc. Goth. Struvius *in diſſert. de officiis imperii Saxonicis Sect. 3. §. 2. & 3.* rationibus non contemnendis oſtendere voluerit; Vicariatus Germanicos mortuo Imperatore, non eſſe antiquiores interregno, conjecturæ hactenus & ab aliis & a nobis allatæ videntur eſſe ſuperfluæ, qua de re tamen ulterius cogitandum.

n) Seu de iis inveſtire, nam noviter conferre nulla poſſunt. Quodſi tamen Vicariatus poſt mortem Cæſaris ultra annum duret, Vicarios quoque de Feudis majoribus inveſtire poſſe, notat & duabus citationibus Electorum Bavari & Palatini probare vult Thulemarius *c. 22. n. 27.* Ego non credo. Nec probant iſtæ citationes, uti totus contextus oſtendit [† quod ſaltem de Feudis minoribus ſint intelligendæ.]

qui

re. Cæterum quæ gessere, abs recens creato Imperatore confirmari solent. Nupero Interregno post mortem Ferdinandi III. Electori Palatino super Vicariatu controversiam movebat Bavarus. *o*) In qua id inprimis callide a Bavaro observatum, ut, quid moliretur, altissima dissimulatione premeret, ne mature ipsius destinata possent eludi. Et cum per dispositos cursores ipsi de obitu Imperatoris nunciatum esset, idem quaquaversum confestim literas dimittit, susceptionem Vicariatus indicantes; ad quas plerique Statuum, *p*) re non satis perpensa, cum præ-

Y 2 pro-

Qui contextꝰ etiam svadet, in citatione Electoris Bavari pro verbis: Nunmehro Jahr und Tag verflossen/(quæ forte Thulemario occasionem ad istam sententiam dederunt) legendum esse: Nunmehro fast Jahr und Tag verflossen/ quod svadent verba: In gebührender Zeit/ & dies subscriptionis.

o) Autores in hac controversia legendos vide ap. Kulpis. *p 64.* Schweder. *d. cap. 33. §. 4. p. 708.* Adde Thulemar. *d. cap. 22. n. 33. seqq.*

p) Etiam Protestantes: Quod miraremur, nisi † sciremus, has esse reliquias controversiæ Bohemicæ.

q) Forte

propera gratulatione responderunt, priusquam Palatino de morte Imperatoris fere innotesceret. Nec jus suum involari segniter tulit Palatinus, sed & ipse passim denunciavit, potestatem sese vicariam deinceps exerciturum, non sine querela super injuria Bavarica. Et satis constat, non paucos principum doluisse, q) literas sese ad Bavarum retractare non posse. Verum uti fit, alienam litem in sese nemo derivare voluit. Res postea inter partes per scripta publica agitata. Ubi quamquam nemini mirum videbatur, Bavarum isthanc dignitatem ad sese conari pertrahere; quippe qui jam tum florentibus Palatini rebus, Electoratum sibi deberi contendere non dubitaverat, r) ac jam potentia propria & favore Austriacorum fidebat: plerisque tamen a partium studio remotis Palatini Scriptores sat manifeste judicabantur ostendisse, Vicariatus dignitatem hautquidquam partem aut appendicem esse Archidapiferatus, sed peculiare jus Pala-

q) Forte dolor in prætextu.

r) Vid. Strauch. *diss. exot. 3.* Burgold. *p. 1. diss. 26.* Vitriar. *lib. 1. tit. 11. p. 114.*

s) Hoc

Palatinatui ad Rhenum perpetuo annexum. s) Prout etiam Saxo. non qua Elector, sed qua Palatinus Saxoniæ,*) Vicarii munere gaudeat. Enimvero cum non pauci in Bavarum favore propenderent, cæteri eundem aperte offendere nollent; neque principibus mos sit, facile de injuria sua confiteri, lis indecisa huc usque permansit. **)

IX. Imperatori quandoque extra ordinem adjungitur Rex Romanorum, verbo quidem, ut tanquam generalis ipsius Vicarius, eodem absente aut impedito, Rempubl. moderetur, & defuncto demum sine

s) Hoc est, quod Dn. Coccejus ostendit *d. cap. 16. n. 2.* officium Comitum Palatii in eo constitisse, ut Curiis publicis eorumque negotiis nomine Principis (seu Regis, seu Ducis) vicario præsint.

*) Contrarium tamen docere voluit Clariss. Struvius *dict. dissert. sect. 3. §. 5.*

**) Lite tamen illa non amplius erit locus, si Bavaro semel in bannum declarato Palatinus Elector in loco Bavari jam rursus occupato maneat. Quod si etiam pax futura restitutura sit Bavarum, non tamen dubito, quin & tum instrumentum pacis futuræ hanc litem perspicuis verbis sit definiturum.

VII. Habent & alia quædam præ reliquis præcipua jura Electores. Præterquam enim quod exclusis reliquis Ordinibus possint conventus agitare, f) ac de summa rerum consilia conferre; ipsi quoq; sunt summi Officiales Imperii. g) Archicancellarii quidem sunt Moguntinus per Germaniam, Trevirensis per Galliam & Regnum Arelatense; (quibus vocabulis tamen juxta peritissimos autores non integra Gallia, sed quicquid ejus ad Regnum Burgundicum pertinuit, quod seculo XI. Germaniæ jungi cœpit, intelligitur;) Coloniensis per Italiam: Etsi hodie penes posteriores inane fere nomen remansit. Rex Bohemiæ h) est Archipincerna, & in cele-

poris iis magnum pondus ob superstitionem populi addebant, unionem Cleri Germanici cum Papa timeat. Toto orbi ostendit Lavardinus, quod excommunicationes, ne quidem Romæ hoc tempore multum valeant.

f) Debebant vi Aureæ Bullæ singulis annis. Sed non faciunt.

g) De hac materia vide Conringii & Wagenseilii *Dissertationes Peculiares*. Thulemar. *cap. 20. & 21.*

h) Hic cum non sit Germanus, cur isto munere

celebratione solemnis Curiæ Imperatori primum poculum porrigit. Bavarus hodie est Archidapifer, & in solenni processione gestat pomum Imperiale. Saxo Archimareschallus præfert Imperatori gladium evaginatum. Brandeburgicus Archicamerarius *) Imperatori aquam porrigit, & in processione sceptrum præfert. Comes Palatinus Rheni Archithesaurarius in solenni deductione Regis coronati ad palatium in circumstantem populum nummos aureos atque argenteos spargit. Secularium singuli in istis officiis suos habent Vicarios, Bohemus Pincernam de Limburg, Bavarus Dapiferum de Walburg, Saxo Mareschallum de Pappenheim, Brandeburgicus Comitem de Hohenzollern, Palatinus Comitem de Sintzendorf.

nere gaudet? An quia ex Duce a Friderico I. Rex factus? *Vide Conring. de offic. Imperii th. 14. & th. 22.* Sed exercuit hoc officium in electione Friderici: Ergo causas propiores pete ex Dn. Coccejo *cap. 12. §. 8. 12. 15. 16. 17.*

*) Dicendum hic occasione de similibus officiis in Aulis Electorum & Ducum, de constitutione Caroli Crassi & quodnam sit supremum officium in aulis Electorum.

i) Con-

dorf. Sunt quoque alia privilegia *i*) Electorum in Aurea Bulla expressa, quorum tamen pleraque aliis quoque Principibus hodie competunt; præterquam quod ab ipsorum judiciis non appellatur, *l*) & quod

i) Conring. *de Septemviratu th. 42.* Thulemar. *cap. 19.*

l) Non quod alii Status non etiam habeant Privilegia de non appellando, sed quod Statibus non competat, qua Statibus seu vi superioritatis Territorialis, Electoribus vero ut Electoribus ea concessa sint *in A. B. c. 11.* Quibus autem præter Electores istud privilegium competat, docet Schweder. *P. Spec. Sect. 1. c. 11. §. 2. & 3.* & recensui indicem privilegiorum de non appellando, ex libello qui conjunctim ea repræsentat *in notis ad Strauch. XXVII. 7. p. 406.* ubi etiam *p. 108.* dixi de tacita remissione privilegii hujus ab Archi-Episcopis Electoribus facta, & quod postea eadem peculiariter iterum confirmata sint, etsi solus Moguntinus hodie id videatur usurpare, cum non solum Coloniensis noviter impetratum privilegium remiserit, sed & (quod Thulemarius docet *cap. 11. §. 9.*) Trevirensis. Unde emendandus est in Thulemario *§. 6. cap. 19.* quod hodie num præter Trevirensem omnes Electores privilegium hoc habeant, præprimis cum ipse Thulemarius *cap. 12. n. 10.* ea quæ de Coloniensi dixi-

quod inrenovatione feudorum suorum sunt immunes, *m)* & si quæ forte sunt alia.

IIX. Interregno existente vicariam in gubernando Imperio potestatem gerunt Palatinus & Saxo; *mm)* ille quidem in partibus

dixìmus, adduxerit. Competit autem hoc privilegium Electoribus saltem in terris Electoralibus. Quodsi alias provincias possideanr, quibus privilegium tale non sit annexum, jure communi utuntur.

m) Quid alii principes solvant vide ap. Wagenseilium de officialibus Imperii. *cap. 19. §. 8. p. 308. seqq.* Exemtio Electorum fundatur in *A. B. c. 29.* Istam adhuc in usu esse testatur Thulemar. *cap. 19. §. 39.* exemplo Electoris Palatini, non obstante dissensu Franckenbergii in der Schaubühne/ ad exemplum Electoris Saxoniæ provocantis, ad quod respondet Wagenseilius *d. l. §. 7. p. 306.* id ex libertate factum, eamque in rem plura exempla adducit.

mm) Rem omnium optime ex antiquitatibus Germanicis deduxit Dn. Coccejus, *Juris Publ. Prud. cap. 16.* Potissimum *§. 10.* cur, cum olim 6. Palatia & sex Comites fuerint, reliqui quatuor Palatiorum in provinciis Comites non sint vicarii imperii, quia nimirum fuerint Vicarii Ducum. Cur autem Vicariatus Saxonicus a reliquis provinciis excipiatur, ac Vicariatus Imperii sit, & cur Germania in superiorem

tibus Rheni & Sveviæ, & ubi jus Franconicum in usu; hic, ubi jura Saxonica vigent.

---

rem & inferiorem divisa, & terræ Germanicæ duplici jure, Francico, seu Svevico, & Saxonico fuerint usæ, de his agit *idem* §. 9. Forte ultimum ex inde repetendum, quod Saxonibus a Carolo devictis amplior quædam libertatis species relicta fuerit, adscitis videlicet in jura populi Francici. *vide autor. supra cap. 1.* §. 8. ut adeo frustranea sit quæstio: An Vicariatus Saxoniæ fuerit ante A. B. de qua vide *Vitriar. lib. 1. tit. 11. §. 4. p. m. 112.* † Posses etiam sic forte commodissime rem explicare. Comes Palatinus & Vicarius in terris regni immediatis. In mediatis debebant esse Duces ipso jure, quia scilicet vivo Rege summam post eum potestatem habuerunt in Ducatibus, adeoque vivente Rege jam erant ejus vicarii perpetui. (Conf. Dn. Coccej. *X. 1.* & *XV. 24.*) Ergo eo mortuo non poterant desinere. Quodsi ergo Duces illos V. extincta familia Carolina superstites, Lotharingiæ, Franciæ, Sveviæ, Bavariæ & Saxoniæ consideres, patet, terram Rhenensem, Franciam Orientalem, & Sveviam constituere terras immediatas; adeoque eo minus mirandum, quod Comes Palatinus hic sit Vicarius, partim quod Lotharingia terram Rhenensem olim complecteretur & Comes Palatii sit ipse Dux Rhenensis (Coccej. *XII. 1.*) ac Duces

gent. Interdictum tamen iisdem, feuda Principum, & quæ per vexillum confer-
Y
ri mo-

ces hodierni Lotharingiæ sint dubii juris, partim quod Duces Francici & Svevici dudum interierint. Adde, quod Otto M. Ducatum Lotharingiæ antiquum Electori Coloniensi donaverit. Ex mediatis Saxo vicarius est in iis, quæ antiquitus ad Ducatum Saxoniæ pertinuenuerunt, aut postea ad circulum Saxonicum ex natura situs annumerati sunt, ut Provinciæ Vandalicæ. Bavarus etiam Vicarius olim haud dubie fuit in Bavaria. Cum vero Bavaria mox cum Ducatu Saxonico sub Henrico Superbo & filio esset conjuncta, mox cum Palatinatu Rheni uniretur, sub Ottone Illustri, cœpit Bavaria adsvefieri, ut ab alterutro hoc vicario etiam tempore interregni regeretur: Unde etiam, postquam Bavarus iterum ad Archiofficium adspiravit, etsi in causa Vicariatus in Provinciis immediatis videantur rationes Palatini prævalere, tamen in ipsa Bavaria forte prætensio ejus principiis juris publici germanici ita adversa non foret. Cæterum ad somnia vigilantium referendum est, cum à quibusdam adseritur, acsi Elector Saxoniæ vicariatum habeat, tanquam Archi-Mareschallus, & quod adeo olim duo vicarii universum S. Rom. Imp. non provinciis sejunctis, sed jurisdictione invicem divisa administrave-

ri moris, cuipiam attribuere: *n)* nec minus, res Imperii alienare aut oppignorare.

ſtraverint; ita ut Palatinus circa civilia, Saxonicus circa criminalia & res bellicas fuerint occupati, cum haud dubie ex hiſtoriis conſtet Comitem Palatinum jam olim fuiſſe in Palatio ſummum judicem cauſarum criminalium æque ac civilium. Cæterum iſta omnia, quæ hactenus de origine vicariatuum a Dd. & hic a nobis diſputata ſunt, præſupponunt, originem vicariorum imperii mortuo Imperatore plane antiquam eſſe. Cum vero nuper Celeberr. Jenenſium Profeſſor Burc. Goth. Struvius *in diſſert. de officiis imperii Saxonicis Sect. 3. §. 2. & 3.* rationibus non contemnendis oſtendere voluerit; Vicariatus Germanicos mortuo Imperatore, non eſſe antiquiores interregno, conjecturæ hactenus & ab aliis & a nobis allatæ videntur eſſe ſuperfluæ, qua de re tamen ulterius cogitandum.

n) Seu de iis inveſtire, nam noviter conferre nulla poſſunt. Quodſi tamen Vicariatus poſt mortem Cæſaris ultra annum duret, Vicarios quoque de Feudis majoribus inveſtire poſſe, notat & duabus citationibus Electorum Bavari & Palatini probare vult Thulemarius *c. 22. n. 27.* Ego non credo. Nec probant iſtæ citationes, uti totus contextus oſtendit [† quod ſaltem de Feudis minoribus ſint intelligendæ.]

qui

re. Cæterum quæ gessere, abs recens creato Imperatore confirmari solent. Nupero Interregno post mortem Ferdinandi III. Electori Palatino super Vicariatu controversiam movebat Bavarus. *o*) In qua id inprimis callide a Bavaro observatum, ut, quid moliretur, altissima dissimulatione premeret, ne mature ipsius destinata possent eludi. Et cum per dispositos cursores ipsi de obitu Imperatoris nunciatum esset, idem quaquaversum confestim literas dimittit, susceptionem Vicariatus indicantes; ad quas plerique Statuum, *p*) re non satis perpensa, cum præ-

Y 2 pro-

Qui contextꝰ etiam svadet, in citatione Electoris Bavari pro verbis: Nunmehro Jahr und Tag verflossen/(quæ forte Thulemario occasionem ad istam sententiam dederunt) legendum esse: Nunmehro fast Jahr und Tag verflossen/ quod svadent verba: In gebührender Zeit/ & dies subscriptionis.

o) Autores in hac controversia legendos vide ap. Kulpis. *p 64*. Schweder. *d. cap. 33. §. 4. p. 708*. Adde Thulemar. *d. cap. 22. n. 33. seqq.*

p) Etiam Protestantes: Quod miraremur, nisi † sciremus, has esse reliquias controversiæ Bohemicæ.

q) Forte

propera gratulatione responderunt, priusquam Palatino de morte Imperatoris fere innotesceret. Nec jus suum involari segniter tulit Palatinus, sed & ipse passim denunciavit, potestatem sese vicariam deinceps exerciturum, non sine querela super injuria Bavarica. Et satis constat, non paucos principum doluisse, q) literas sese ad Bavarum retractare non posse. Verum uti fit, alienam litem in sese nemo derivare voluit. Res postea inter partes per scripta publica agitata. Ubi quamquam nemini mirum videbatur, Bavarum isthanc dignitatem ad sese conari pertrahere; quippe qui jam tum florentibus Palatini rebus, Electoratum sibi deberi contendere non dubitaverat, r) ac jam potentia propria & favore Austriacorum fidebat: plerisque tamen a partium studio remotis Palatini Scriptores sat manifeste judicabantur ostendisse, Vicariatus dignitatem hautquidquam partem aut appendicem esse Archidapiferatus, sed peculiare jus Pala-

q) Forte dolor in prætextu.

r) Vid. Strauch. *diss. exot. 3.* Burgold. *p. 1. diss. 26.* Vitriar. *lib. 1. tit. 11. p. 114.*

s) Hoc

Palatinatui ad Rhenum perpetuo annexum. s) Prout etiam Saxo. non qua Elector, sed qua Palatinus Saxoniæ, *) Vicarii munere gaudeat. Enimvero cum non pauci in Bavarum favore propenderent, cæteri eundem aperte offendere nollent; neque principibus mos sit, facile de injuria sua confiteri, lis indecisa huc usque permansit. **)

IX. Imperatori quandoque extra ordinem adjungitur Rex Romanorum, verbo quidem, ut tanquam generalis ipsius Vicarius, eodem absente aut impedito, Rempubl. moderetur, & defuncto demum sine ulte-

s) Hoc est, quod Dn. Coccejus ostendit *d. cap. 16. n. 2.* officium Comitum Palatii in eo constitisse, ut Curiis publicis eorumque negotiis nomine Principis (seu Regis, seu Ducis) vicario præsint.

*) Contrarium tamen docere voluit Clariss. Struvius *dict. dissert. sect. 3. §. 5.*

**) Lite tamen illa non amplius erit locus, si Bavaro semel in bannum declarato Palatinus Elector in loco Bavari jam rursus occupato maneat. Quod si etiam pax futura restitutura sit Bavarum, non tamen dubito, quin & tum instrumentum pacis futuræ hanc litem perspicuis verbis sit definiturum.

t) Pro


ulteriori electione succedat; Verum necessitatem aut utilitatem Reipubl. semper prætextui sumi, tralatitium est. Genuina causa fuit, *t*) saltem circa plerosque; ut se vivis

t) Pro genuina causa id haberi non potest, cur Electores capitulationibus Imperatoriis potestatem hanc extraordinariæ electionis, & tempore Aureæ Bullæ nondum cognitam etiam invito Imperatore, & hodie post capitulationem Leopoldinam (vid. Schweder. *p. 271.*) non petito amplius humiliter ipsius consensu, Capitulationibus inserere curaverint. Dn. Coccejus *cap. 8. §. 6.* Sed haud dubie periculum ex interregno oriundum, vel etiam, ut in posterum contumelia depositionis evitetur. Solet enim etiam in minoribus magistratibus, ubi judex suspectus est, ut honori ejus parcatur, Commissarius adjungi. (Ut adeo post Capitulationes quæstiones de depositione Imperatoris non videantur admittere amplius casus facile dabiles.) Alia quæstio est, an hæc ratio in exemplis hactenus fuerit intenta, annon potius aliæ rationes minimum concurrerint. Quicquid hujus sit, Electionem Josephi evidenter svadebat interesse Imperii & justissimus metus maximarum turbarum ex interregno. De controversiis super ejusmodi electione motis vide quos citat Kulpis. *p. 65.*

u) Ita

vivis filios, fratres, proximosve agnatos faciliori negotio ad Imperium proveherent, prensante eo, penes quem summa rerum. Et arctioribus possunt legibus adstringi qui vacante solio libere adsciscuntur. *u*)

u) Ita quidem est. [† Hæc verba satis innuunt, me ea quæ mox sequuntur, non eo animo attulisse, acsi velim autori contradicere. Unde supersedere potuisset novissimus editor Monzambani ad h. l. notans, quod ista verba etiam autoris sententiæ non repugnent.] Sed per capitulationes jam ita restricta est Majestas Imperatoris, ut verear, multa superesse, quæ adhuc restringi possint. Adde, quod etiam ejusmodi restrictio sperari possit ab eo, qui vivo patre vel agnato eligitur, si ipsius multum intersit, ut Rex Romanorum fiat, & agnatus non sit adeo potens, ut eum Electores metuere habeant necesse. Cæterum quæ Kulpisius notat *p. 66.* quod non *arctiores* sed *eædem* sint capitulationes Regibus Romanorum ac Imperatoribus præscriptæ, mentem autoris plane non feriunt.



CAPUT V.

De Poteſtate Imperatoris, limitata per Capitulationem, Leges atque conſuetudines Imperii, & Jura Ordinum.

I. Capitulationes quo tempore & qua de cauſa condi cœperint.

II. Jus præſcribendi Capitulationem an ſolis Electoribus competat; & quid inde a pace Weſtphalica ea de re diſceptatum ſit.

III. Quænam utilitas ex hoc inſtituto condendarum Capitulationum in Imperium redundet.

IV. De effectu Capitulationum, & an eæ ſummæ poteſtati Imperatoris derogent, nec ne.

V. Jus conſtituendi Magiſtratus in Imperio, penes quem ſit.

VI. Dignationem Principis alicui adimere, aut quempiam Ordinum ex ditionibus ſuis expellere quis poſſit.

VII. De Jure Imperatoris in bona Statuum.

IIX. Jus Belli & Pacis in Imperio quomodo ſe habeat.

IX. Indoles juris circa ſacra in Imperio quomodo mutari cœperit a tempore reformatæ Religionis.

X. Qualiter circa bona Eccleſiaſtica litigatum ſit, donec Pax Religioſa conderetur.

XI. De clauſula Pacis Religioſæ, quam Reſervatum

Qua occasione Proceres Germaniæ enormia incrementa, & ad Leges Monarchiæ haud quidquam quadrantia ceperint, jam supra traditum fuit. Nec minus quod, libera Regum electione ad ipsos devoluta, opes semel partas omnino conservare iisdem cordi fuerit. Quo ipso Regibus ademptum de summa rerum pro lubitu disponere; sed necessitas imposita circa præcipua negotiorum consensum Procerum exquirere, & plura apud eosdem autoritate, quam Imperio moliri; Quin probabile est, juramento, quod ab omnibus fere Regibus Christianis præstari solenne habetur, mature per Proceres Germaniæ hanc quoque clausulam fuisse insertam, quod Rex velit jura omnium & singulorum Germaniæ civium tueri, & laudabiles atque receptas in Imperio consvetudines observare. An vero successu temporum peculiares quædam leges additæ, & scripto quidem comprehensæ, non satis liquet. Neque enim ante Carolum V. ejusmodi Capitulationis *a*) exemplar lucem adspexit;

a) De Capitulationibus Imperatoriis vide præ

xit; & ſi qua producuntur, ſubleſtæ ha-
ben-

præ reliquis diſſertationes Rachelii & Conringii ſpeciales de hoc argumento. Et Rachelius quidem variorum opiniones de ortu Capitulationum recenſet *c. 2. §. 2. 3. 4. 5.* ipſe vero *d. §. 5.* eorum amplectitur opinionem, ſi non ſemper in Regno Germaniæ, ſaltem ordinarie reges in obſervantiam aliquam communem Legum & conſvetudinum receptarum creatos, & admiſſos eſſe, ac olim Juramentum pro Capitulatione fuiſſe. Etſi vero ibi diſerte ab iis ſecedat, qui primam Capitulationum originem demum a Carolo V. deducunt, adeoque & ab autore noſtro diſſentire videatur, revera tamen non diſſentit, cum §. 6. ſententiam ſuam ita declaret, ſemper quidem certis conditionibus, promiſſis, aut legibus, quamvis *generalibus paucisque, & forte in Scripturam non redactis* Reges Germaniæ, regnum accepiſſe, mutatis ſubinde auctisque articulis; cum Carolo V. (quod ex *cap. 3. §. 2.* huic §. jungendum eſt,) *in alias plane conditiones easque ſcripto comprehenſas* convenire viſum eſſe. Huc pertinet etiam diſtinctio, cujus meminit *c. 7. §. 2.* inter capitulationem abſolutæ poteſtati derogantem & ſubordinatam: &c. Quæ vero Conringius diſſerit §. *12. ſeq. maxime §. 19* apertius ab autoris & forte etiam ab ipſius Rachelii (quem præ oculis habuiſſe multa indicia docent) mente abire videntur, cum diſerte aſſerat, longiſ-
ſime

bentur fidei. *b*). Et quod in Aurea Bulla electus

ſime omnium a vero abire, qui Carolo demum V. Imperium cum certis conditionibus iisque ſcriptura comprehenſis obtigiſſe credunt, hoc ſuæ opinionis fundamentum infirmum ponentes, quod nullæ ante eam capitulationes publicam viderint lucem. Ubi equidem non diffitetur Conringius in plurimas novas cum Carolo leges eſſe conventum, ſed illi ſententiæ tamen refutandæ ſufficere, quod Moguntinus in conſultatione de novo Imperatore poſt mortem Maximiliani I. eligendo, meminerit, quod habeant *ſolennem formulam jurisjurandi*, juxta quam fidem dare debeat Carolus, *ſe non labefacturum aut mutaturum jura electionis aut Imperii ſtatum*. Atque ſpem eſſe, ut latentes forte in antiquis Bibliothecis & archivis veterum Capitulationum formulæ aliquando in lucem produci poſſint. Sed quemadmodum iſta Moguntini aſſertio non probat, quod probare debebat, & plane ad capitulationem poteſtati Imperatoriæ detrahentem trahi non poteſt, ita reliquas reſponſiones ſecure retinere poſſumus, donec antiquiores iſtæ capitulationes ex antiquioribus Bibliothecis producantur. † Adde, quod illa conſultutio Moguntini ſit confecta a Philippo Melanchthone, ut jam ſupra notavimus *ad capitis preced. §. 5. lit. u.*

b) Vide quæ de capitulatione Maximiliani I. ad

electus Imperator statim jubetur confirmare omnia jura, privilegia, & immunitates Principum Electorum per literas & sigilla, illud ad hos peculiariter videtur pertinere, adeoque diversum quid notare a capitulatione, quo totius Imperii libertati prospicitur. Cur autem Carolum V. expressis istis, & prolixis legibus vellent adstringere Electores, in causa erat *c*) istius Principis potentia juvenilis, altique spiritus, quos suum istud *plus ultra* satis arguebant; & ne patrimonii sui amplitudine abuteretur ad Germanos in ordinem redigendos; utque nosset, alio sibi modo gubernandam Germaniam, quam reliquas ditiones. Semel receptum institutum, etsi fortasse hæ rationes non æque urgerent, retinere visum, ne ampliora sibi indulta crederent successores.

II. Hæ

ad quam Goldastus provocat, differit Limnæus *Prolog. ad capit. sect. 3. n. 10. 11. 12.* Imo & posteriores capitulationes non omnes correspondent originalibus, quod Thulemarius edita genuina Maximiliani II. Capitulatione, comprobavit, quam longe aliter hactenus ediderant Limnæus aliique.

c) Consentit Rachelius *cap. 5. §. 5.*

d) Hi-

II. Hæ porro Capitulationes hactenus a solis *d*) Electoribus Imperatori fuerunt præ-

d) Historiam controversiæ, Electoribus a cæteris Principibus motæ vide ap. Rachelium *cap. 3. §. 2. 3. 4. 5. 6.* ubi & contra Burgoldensem sententiam suam defendit, quod Leopoldina capitulatio diserte *nomine* omnium Imperii principum concepta sit, (etsi non *ad mentem.*) Adde Conr. §. *24. 25. 26. 27.* Quæ vero Dn. Kulpis. *hic p. 69.* monet de controversia jam post mortem Rudolphi II. mota, ea respiciunt sententiam, quam post Hippolithum a Lapide repetierunt Rachelius *d. §. 2.* & Conring. *d.* §. *24.* Illud extra controversiam est, non esse meri electoralis arbitrii, inserere Capitulationi pro lubitu, quæ sint contra Leges Imperii, libertatem, & jura statuum *Rachelius c. 5.* §. *9.* Quod nec hactenus prætenderunt Electores. An vero non possint immiscere articulos, (ut addit Rachelius) quæ tendunt ad abrogandam, declarandam, aut interpretandam legem, id, si ita crude & universaliter sumatur, forte non est extra controversiam. Alia quæstio est: An jus præscribendi capitulationem pertineat ad Electores omnes? Regis Bohemiæ in concipienda & præscribenda Capitulatione nullas partes esse asserunt Rachel *c. 4. §. 6. 7.* Conring. *§. 22.* Autor opinionis hujus Limnæus est *ad Capit. Proleg. Sect. 4. n. 3. & Tom. 1. Addit. ad Lib. 3. cap. 8.*

præscriptæ, inconsultis reliquis Ordinibus. Qua de re tamen hi aliquoties sunt questi, & in

cap. 8. p. 358. Mirum v. si Rex Bohemiæ jus eligendi habens non frueretur jure electioni (certe ex hypothesi Electorum) adhærente, præscribendi capitulationem. Sed provocant tamen ad ipsas Capitulationes, & quod Regis Bohemiæ in illis nulla fiat mentio. Urgent etiam Rachelius & Conring. *ex Autore omin. rer. ser. P. 1. p. 51. & 52.* in præsentibus Comitiis Regem Bohemiæ non fuisse admissum ad deliberationem de perpetua capitulatione, & ne quidem desideranti conventionis copiam communicatam. Sed hic aperta ratio est, quia præter Electionis comitia ad alia non vocatur Rex Bohemiæ [† Quid circa capitulationem Josephi hac parte gestum sit, late exponit Muldener *in præf. ad capit. Harmon.* Ut paucis nos expediamus, non admissus est Rex Bohemiæ ad deliberationes Electorum de capitulatione præscribenda, admissus tamen est ad revidendam Capitulationem, nec ejus monita fuere neglecta. *Vid.* Muldener *d. l.* Et sic intelligenda Capitul. Josephi] in prooem. verbis: An statt und von wegen des Allerdurchläuchtigsten Römischen Käysers Leopoldi I. als Königs in Böhmen &c. & postea; mit denselben / Unsern respective Gnädigen Herrn Vatern rc. verglichen. † Interim postquam jam Regi Bohemiæ communi consensu imperii

& in ipsa pace Westphalica mentio facta, ut proximis Comitiis deliberaretur de concipienda Capitulatione perpetua. Qua formula *) stylo Germanorum notatur, rem in infinitum iri extractum. e) Audiebam tamen, cum Ratisbonæ hærerem, jam istud serio agitari, f) & non spernendam vim chartæ consumtam. Sed peritiores judicabant, non esse quod Electores sibi metuerent. Ex re Imperatoris esse, ut Electores cæteros Principes emi-

imperii omnia jura Electoralia & Statibus Imperii competentia adomnia Comitia veniendi &c. sunt restituta, quæstio ista amplius nullam præbebit usum.

*) Edit. posth. *Quæ an unquam ad liquidum sit deducenda merito dubites. E re quippe Imperatoris esse. &c.*

e) Satyrice nimis. Utinam vero sub hac ironia non lateret multum veritatis. Idem & de sequentibus in hoc paragrapho durioribus & contra decorum peccantibus expressionibus plerisque judicandum.

f) Vide *Autor. omin. fer. Part. I. seq.* ex quo in summam contraxit Conring. *§. 28. 29. 30.* ubi & quæstiones præjudiciales hic caute separandas accurate proponit. *Conf. Kulpis. p. 70.*

g) Con-

emineant. Hos enim, utpote paucos, facilius se sibi posse conciliare, quam universos Ordines; quibus vicissim aliquid abs se indulgeri æquum fuerit. Ex ipso Principum Senatu non valde adversari, qui familiis Electoralibus sint prognati. Reliquorum petita facile posse eludi. Nec congruere moribus Germaniæ, jure aliquem suo utcunque quæsito per vim aut coitionem exturbare. Addebant, utut non inique postulent reliqui Ordines, ut in capitulatione æque sui, quam Electorum habeatur ratio; tamen vix concipi posse formulam, quæ deinceps non aliqua correctione opus sit habitura, mutata temporum ratione. g) Et in prioribus capitu-

Z

g) Consentit Rachel. *c. 8. §. 11.* Conring. *§. 30. in fin.* Et eleganter notat Rachelius *v. 5. §. 12.* plus Imperatoris, quam Statuum interesse, si perpetua aliqua capitulatio conderetur, quatenus scil. per eam terminus poneretur certus restringendæ potestatis Imperatoriæ. † Dissentit Dn. Titius *hic lit. a. & b. n. 2.* putans, absurdam esse explicationem Capitulationis perpetuæ, quasi per eam denotetur immutabilis aliqua formula, quod etiam jam antea notaverat *in Specim. Jur. publ. l. 2. c. 7. §. 38.* quamvis absque

pitulationibus pleraque adparere adjecta, aut interpolata, prout ex usu præsentium temporum visum, & obstruendis rimis, per quas Cæsares elabi erant conati. *b*)

absque ulla addita ratione. Jamsi historiam controversiæ de Capitulatione perpetua, quam distincte recenset Autor Meditationum ad Instrum Pacis *Specim. 7. p. 966. seq.* evolvas, mirandum, quod hactenus nulla lis mota fuerit de sensu terminorum, quid per certam & constantem capitulationem in Instrumento pacis intelligi debeat (Adde Mulden. *ad Capit. Josephi Sect. 2. obs. proœm. 6. §. 2. p. 21.*) Uti enim sensum eorum nondum certum & constantem esse docebunt tradita ab ipso Dn. Titio *d. c. 7. §. 39. & 40.* ita nolim sensum illum Monzambani & Rachelii absurdum dicere. Præterquam enim, quod Electores & reliqui Status imperii circa sensum terminorum nondum conveniant per tradita *dict. §. 40.* non frustraneum foret quærere: Annon Imperator ipse novam interpretationem aliquando sit facturus ab interpretatione utraque diversam. Sed forte Electores & reliqui status putarunt, illam controversiam, tanquam mere Scholasticam ad ipsos nequaquam pertinere, cum ipsa capitulatio perpetua eandem sit præscissura, ut adeo ante ejus confectionem frustra de sensu illorum verborum disputetur.

b) Adde

ti. b) Electores porro non difficiles futuros, ut admonitu reliquorum Ordinum Capitulationi inserant, quæ ipsorum libertati tuendæ videbuntur inservire. Denique valde absurdos esse, qui Electoribus vitio velint vertere, quod emolumentis suis plus quam cæterorum velificari sint visi; quasi isti soli communem hominum inclinationem teneantur exuere, qua quilibet sibi proximus esse gaudet. Alii tamen *) susceptæ circa capitulationem tractationis aliam suspicabantur causam: Cæsarem nimirum de cætero a Comitiis abhorrentem, ut Ordines convocaret, per bellum Turcicum fuisse motum, quod speraret, eo prætextu magnam se pecuniæ vim ab Ordinibus obtenturum. Sed istos loco pecuniæ milites obtulisse. Id cum Consiliariis Cæsaris parum videretur quæstuosum, pacem destinato citius cum Turcis coivisse. i) Nunc hæsitare

 ipsos

b) Adde Rachel. c. 5. §. 6. & 12. p. 45. Conring. §. 32. in fine junct. §. 54.

*) Hæc verba usque ad finem paragraphi in editione posthuma plane sunt omissa. Ratio facile intelligitur.

i) Prudentius fecisset Schoockius, si duram hanc

ipsos, qualis Recessus Imperii sit conscribendus. Nam materiam de conferendis auxiliis ad bellum Turcicum, quæ in compluribus antiquis utramque paginam facit, jam periisse. Et tamen curiosos homines scire velle, quidnam tanta multitudo Legatorum per tot annos egerit, & cui bono horis quidem antemeridianis vinum Hispanicum, pomeridianis vero Rhenanum aut Mosellanum fuerit bibitum. *l*) Objectam igitur illis esse materiam inextricabilem, *m*) ut, cùm circa eandem

hanc expressionem plane non tetigisset, quam quod eam infirmioribus conquisitis & affectum ubique spirantibus ratiunculis refutare aggressus est, *Ex. I. §. 2. & 3.*

l) Hic vero Schoockius *d. Ex. I. §. 6.* non solum autoris mentem in duriorem, quam ipse scripserat, sententiam contra leges bonæ interpretationis detorquet, sed & defensione sua ulcera Germaniæ exteris magis deridenda incaute propinat.

m) Pacifico *p. 371* hæc & alia autoris tanti non sunt, ut hæc Reip. maxime necessaria & utilissima materia *non possit tandem aliquando* optabili exitu concludi, & optat, ut salutare filum Ariadnæum inveniatur, quo *inexplicabilis iste Labyrinthus* tandem pervius reddatur. Quis credat,

eandem diu incassum laborarint, demum liquido possint jurare, se otiosos non fuisse; simulque receptionem vanorum litigiorum cum rejectione decisionis eorundem

Z 3 ad

credat, hominem scivisse quid scribat? quid refutare velit? † Cæterum historia modo *ex specimine 7. Medit. ad Instrum. pacis* citata eorum, quæ ab anno 1664. usque ad annum 1673. de hoc negotio tractata sunt in Comitiis, & mantissæ novendecim subjunctæ docent, rem tamen serio actam fuisse inter Electores & Status reliquos; cum quibus actis si conferas novissimam capitulationem Caroli VI. Imperatoris, cui Deus faustum regimen clementissime indulgere velit, patebit, quod illa capitulatio plane ad normam formulæ capitulationis perpetuæ, hactenus in Comitiis agitatæ conscripta, ac ab ordine & methodo omnium præcedentium capitulationum recessum fuerit. Unde spes est, ut negotium illud de capitulatione perpetua, quod hactenus inextricabile visum fuit, aliquando & forte brevi tempore sit determinandum. Utrum vero spes hæc magna an exigua sit, in discursu explicabitur. Mihi certe vitio non vertendum, quod experientia doctus non magnifice sperem de sopiendis controversiis in imperio Germanico hactenus agitatis.

n) Huc

ad alia Comitia, posse qualecunque instar Recessus Imperii præbere.

III. Quicquid tamen hujus sit, saluberrimo videtur more introductum, potestatis Imperatoriæ leges expresso & distincto scripto comprehendi. Nam omnino ad existimationem Ordinum facit, ut, cum imperari sibi ad modum cæterorum Monarchis subjectorum non patiantur, non credantur ex contumacia, aut per meram usurpationem id facere, sed quia in tales leges Imperatorem adsciverunt. Eorundem quoque libertati consulitur, præfixis terminis, quos Cæsari transilire nefas. Præscinditur quoque hoc modo Cæsari querelarum causa, quod non ad reliquorum exemplar Monarcharum uti possit iis, qui se ipsi subjectissimos multo cum verborum honore vocant. Nam ab initio capitulationis profitetur, sese in has leges imperium suscepisse, inque easdem cum Electoribus pro se & reliquis Ordinibus per modum pacti convenisse. Atqui si istæ condiitones displicebant, licebat dignitatem illam recusare, *n*) aut Ele-

n) Huc pertinet, quæ ex Theatro Europæo retu-

Electoribus ostendere, dictas leges iniqui aliquid aut absurdi continere; qui talia sine dubio lubenter correcturi erant. Ubi semel limitatam potestatem acceptare placuit, Imperatori nefas, plenam & Regiam potestatem in Ordines affectare; aut si tale quid ausus fuerit, his impune non parere licebit. *o)* Nam quin Regia potestas cer-

retulit Rachel *c. 1. §. 8.* cum modernus Imperator eligeretur, unum ex primariis ejusdem Ministris sequentia profudisse verba: Man wolte auf solche Art die Kron lieber lassen / und möchte man sehen / ob sich zu dergleichen Bedingungen ein Kayser finden würde.

o) Inde & clausula cassatoria *in art. 14. & 38. Capitul. Leopold.* ex qua tamen inferre nolim, quod Imperator, si quid contra capitul. faciat, judicio ordinum subjiciatur, cum Rachelio *cap. ult. §. 7. p. 73.* si quidem voce judicii proprie usus est. Et notabilia sunt verba clausulæ cassatoriæ, immassen WJR es auch hiemit cassiren und tödten. Multo minus cum Rachelio facerem, quando *in seq. §. 9.* pergit, hodie quia expresse addita sit clausula commissoria, rem de deponendi jure claram esse, nam tunc quoque Regem in privatam personam recidere, quam in rem allegatur *Grotius de J. B. I. 4. 12.* Uti vero de mente Grotii hic non ero sollicitus,

tis includi limitibus queat, cordatiores Germani non dubitant. Imo & dari potestatem, quæ capiti corporis alicujus fœderatorum competat, quæque specie a regio & pleno imperio differat, acutiores Politici puto non negabunt.

IV. Cæterum in plerisque Germanicis scriptorib9, quando de capitulatione agunt, observare licet fœdam adulandi libidinem, aut insignem doctrinæ civilis inscitiam. *p*) Impru-

tus, ita puto Rachelium hic miscuisse clausulam commissoriam, (si Rex talia fecerit, quod Imperium amittere debeat) cum cassatoria, actus contra promissionem factas annullante, inter quæ duo tamen ingens est differentia. Adde Conr. §. 56. qui ibi tacite videtur notare voluisse Rachelium.

p) Huc pertinet, quod Reinkingius subinde ingeminat, capitulationem augere Majestatem Imperatoris instar legis Regiæ veteris. Kulpis. *p. 72.* Unde natus Carpzovio tractatus de lege Regia Germanorum, cum tamen oppositas plane intentiones habeant lex Regia & capitulatio, Schwederus *Part. Gen. Cap. 2. §. 10. p. 22.* † Sed ista quidem condonari poterant illis temporibus, in quibus studia elegantiora & politica fere exulabant. At hodie, ubi illa subsidia præsto sunt, & si non ubique, tamen passim

Imprudenter non nemo asserere ausus est, per capitulationem potestati Imperatoriæ terminos non poni, sed id tantum agi, ne imperii vires per alienationes, oppignorationes, & similia flaccescant. q) Plerique agnoscunt, per eandem certis quidem limitibus circumscribi potestatem Imperatoriam, adeoque absolutam esse desinere, non tamen summam; seu, uti quidam loqui amant, eandem plenitudini potestatis aliquid detrahere, non tamen summitati. r) Quod uti sequenti

Z 5 capite

passim in imperio dominantur, quis æquo animo ferret Mulzii cujusdam repræsentationem Majestatis Imperatoriæ. ubi pariter & fœda adulandi libido & insignis doctrinæ civilis inscitia fere in singulis paginis regnant.

q) Notat Lindenspurii *dissertationem de successione & mutat. imper.* Rachel. *c. 6. §. 8. p. 55.* & ex hoc Kulpis. *p. 72.* Ergo non tam describit, qualem habeat Imperator potestatem, quam qualem non habeat. *Lampad. III. 2. II.*

r) Circa hanc quæstionem in genere quomodo dissentiant Doctores vide ap. Rachel. *c. 6. §. 4. p. 49. & §. 7. p. 53.* Conring. *§. 52.* Pacif. *Disc. XI. p. 370.* Kulpis. *p. 72. seq.* † Recte vero hic notat D. Titius *lit. o.* distinctionem allatam

capite curatius erit examinandum, ita illud heic obiter duntaxat monendum, falli eos, qui putant, controversiam hanc solide expediri distinctione prolata inter leges, quæ obligant ex præscripto superioris, & quæ ob placiti fidem & ex conventione stringunt. Ad quod posterius genus Capitulationem referunt. s) Nam ex eo tantum probatur, Imperatorem non esse subjectum Ordinibus; non autem, ipsum in eosdem obtinere imperium proprie dictum. Ut enim aliquis summum obtineat imperium, non sufficit superiorem non habere; sed requiritur, ut jussibus ipsius citra tergiversationem aut provocationem cæteri teneantur obedire. Multo minus sufficit, ut quis sit summus *) in ordine ad suam Rempublicam.

tam inter summitatem & plenitudinem potestatis esse frustraneam, cum de hac, non illa unice quæratur.

s) Pactum esse capitulationem, non legem, probarunt post alios Conring. §. *20.* Rachel. *c. 1. §. 12. 13. & cap. 4. §. 3.* ubi respondet ad dubium ex verbis capitulationum: Wir sollen und wollen.

*) Etsi vero hic moneat Kulpisius *p. 76.* mutari

cam. Quaſi vero in noſtra Republica Dux Venetus non foret ſummus, cui tamen nemo ſummum imperium tribuere auſus eſt. Nam præterquam quod & in Republ. Optimatium & in Democratiis dentur Principes proprie dicti, quos recte Summos in ſua Republ. vocaveris; etiam in ſyſtematibus ſociorum dari poteſt aliquis eminentior, & cui communis cura rei peculiariter ſit commiſſa, qui in iſto quidem corpore recte Summus & Caput audiat, utut imperio proprie dicto in ſocios deſtituatur, ſeu iisdem ad modum ſubdi

tari controverſiæ Statum, ſi ad prærogativam dignitatis delabamur, ubi de ſummitate poteſtatis ſermo ſit, non ſine ratione tamen diſſentit D. Titius *hic lit. g.* qui nihil hic peccatum arbitratur. Nam uti de ſummitate quærere per modo dicta plane non eſt neceſſarium, ita ſi ultro quæſtionem eo vertamus, ſummitas tam poteſtatis, quam dignitatis ſimul intelligitur. Hinc ſtatus controverſiæ non mutatur, ſi alter reſpectus altero quandoque magis emineat. Recte etiam provocatur ad exemplum Ducis Veneti, vel generaliter Principis Ariſtocratici aut Democratici, quo ſummitas dignitatis, ut & capitis ſociorum, quo ſummitas tam dignitatis quam poteſtatis illuſtratur.

u) Cen-

subditorum uti nequeat. Verum satius opinor fuerit, in rem velut præsentem venire, & sigillatim considerare, quidnam circa summi imperii partes Imperatori liceat. Ni quis enim ista norit, inepte ac temere de Germanorum Republ. judicare instituit. Erit autem nobis heic sequendus ordo, magis qui genio ejus Imperii, quam regulis scientiæ civilis examussim congruat.

V. Initium ergo capiemus a constitutione Magistratuum, quæ in qualibet civitate est penes summum imperium. In quod si ultimo demum redundare debet imputatio eorum, quæ ab istis recte aut secus gesta fuerunt, necessum est, ut summo imperio competat facultas eorundem gesta examinandi, & si quid deliquerint, officio eosdem dejiciendi, aut alio modo plectendi. *n*) Isthæc potestas quin Cæsari in

„ *n*) Censura Kulpisii *p.* 76. Minus recte facultas animadvertendi in Magistratus innectitur juri constituendi Magistratus, cum hæc ad jus judiciarium spectet, saltem unum, ab altero non dependeat, possitque illud esse communicatum hoc retento. Sed ut taceam, suavia somnia Philosophiæ Aristotelicæ de felici-

ri in ditionibus suis hæreditariis illibata competat, dubium non est. Sed de reliquo Imperio controvertitur. Equidem ab initio Duces Comitesque Germaniæ Magistratus proprie dictos fuisse, supra asseruimus. Id hodie vocabulum pro summa injuria iidem accipient. *x*) Nec ullus

licitate Reip. mixtæ ex communicatione & retentione diversorum jurium majestatis oriundæ hic supponi, ista quidem Autor non miscet, sed potestatem judiciariam §. *14. seq.* aperte a jure Magistratuum constituendorum separat, imo in §. *seq.* etiam de ablatione dignitatis principalis distincte agit. Interim verum manet, eum qui Magistratum constituit in Republica recta & non ægrotante, debere etiam habere potestatem deponendi, de ipsius actibus judicandi eumque coercendi. Nec princeps in pœnis inferendis semper opus habet, ut per alios judices id expediat, aut servato juris ordine aliis præscripto, sed ipse poterit cognoscere, servato saltem dictamine rectæ rationis, quo respectu principem cum judice nemo confundet. Aut quidsi autorem dicamus sensisse de crimine notorio, ubi judicio plane non est opus. Certe depositio, ad quam Autor primario videtur respexisse, si fiat absque ignominia, ad jus judiciorum non pertinet.

x) Unde parum apta comparatio Statuum Impe-

ullus Principum Germaniæ concedet, quod Cæsar per ipsum ditioni suæ subjectum populum gubernet, aut quod ipsius subditi Cæsaris sint, saltim hactenus, ut plus Cæsare in ipsos juris, quam sibi competere agnoscant; utut multo cum verborum honore de humillimo adversus eundem obsequio subinde testentur. Et licet hæreditarium in Regno Magistratum existere non repugnet: salvum tamen, ut in ministrum suum, summo imperio semper jus manebit. Ex iis, quæ subjiciemus, res tota fiet clarior. Potest igitur *y*) Imperator conferre alicui titulum

Imperii cum Magistratibus Romanis, frequentior olim, quam hodie JCtis. Vid. Kulpis. *p. 77.* B. Strykius *de usu moderno Pandectarum ad lib. 1.*

y) Populariter agere Autorem, quod occasione Magistratuum constituendorum agat de jure creandi Status imperii, rursus censet Kulpisius *hic. p. 77.* quorsum & pertinent ea, quæ habet *in dissert. de unitate Reipublicæ in Imperio c. 2. §. 19. p. 64.* Sed ut arbitror sine causa. Ipse autor, ut modo notavimus in nota præcedente, popularem illam philosophiam de comparatione Statuum cum Magistratibus rejecit. Ergo hic & in sequentibus hujus paragraphi incipit ex suppositione disputare contra eandem, ostendendo, quod

lum S. R. Imperii Pricipis, aut Comitis, verum jus suffragii ferendi *z*) in Comitiis dare.

---

quod, si quis maxime juri constituendorum magistratuum surrogare velit Jus Cæsareum conferendi dignitates, nec hoc tamen esse liberum.

z) Hippolitus a Lapide distingvit ferè eodem modo inter jus faciendi principem & Statum. *Kulpis. p. 78.* Quocunque modo rem efferas, expedita est, & capitulationes non loquuntur sed clamant. Ne tamen corruat opinio Scholastica a Schützio olim defensa: quod nihilominus causa efficiens Statuum sit solus imperator; applicatur distinctio inter causam veram & causam sine qua non, *ibid. & de unit. reip. d. p. 64.* & applicatur, Statuum consensum esse causam sine qua non, verius non dissensum, quam consensum, quia & ipsa Capitulatio dicat wider dero Willen nicht auffdringen, & alia plura ex actis publicis prærogativam Imperatori tribuentia eique constitutionem Statuum adscribentia. Plura hic censuram merentur 1. Indicium malæ causæ plerumque est, si controversias Politicas quis ad apices subtilitatum Metaphysicarum examinare velit, sæpæ non quadrantium ad materias practicas 2. Status pro causa sine qua non haberi nequeunt, cum nobilius influant, & in Comitiis quoad negotia imperii conjunctum æquale votum voto

dare non poteſt citra reliquorum Ordinum conſenſum. *conf. artic. 44. Capitul. Leopoldinæ.* Et cum fruſtra Principum titulo ſuperbiant, quibus ditiones ſuſtinendo ejus digni-

voto Cæſaris habeant. 3. Prærogativam Cæſaris in decernendo & proponendo ad deliberationem &c. hic nemo negabit, ſed debebat hic monitum proprium obſervari (de quo diximus *ad §. præced. lit. t.*) non confundendam eſſe ſummitatem dignitatis cum ſummitate imperii. Et jam autor ad iſta repoſuit *circa finem §. præced.* 4. Verba capitulationis non debebant mutile allegari, ubi enim dicitur, denen Ständen nicht auffdringen / ibi & dicitur: und über ſolches alles &c. vorhero gnugſam gehöret werden. 5. Votum ergo Statuum uti in aliis comitiorum negotiis ita & hic negativum non eſt, ſed poſitivum, & pro ſolo non diſſenſu non poteſt venditari, aut voto plebis in electione miniſtri Eccleſiæ asſimilari. 6. Schemata externa & ſtilus in propoſitione votorum (de quibus *Kulpiſ. p. 80.*) in controverſiis ejusmodi dirimendis non magis aliquid faciunt, quam quod autor in præcedentibus obſervavit, ſi quis ex ſubſcriptione Statuum humili inferre velit, eos eſſe revera ſubditos. † Adde Dn. Titium *hic lit. u. n. 3.* ubi docet, Kulpiſium alibi plane diverſum a doctrina, quam hic poſuit, docuiſſe.

a) Sci-

dignitatis splendori desunt, ne novitios istos per feuda vacantia locupletare queat Cæsar *art. 30. capit. Leopold.* cautum est, ubi talia bona in patrimonium Imperii jubentur redigi. *add. art. 29. capit. Leopold.* Ejus constitutionis duplex potissimum ratio, tum ne omnia feuda vacantia per domum Austriacam absorbeantur, quæ, relicta facultate ista denuo in alios conferendi, sui aut sibi obnoxiorum haud videbatur oblitura: tùm ut tandem aliquando præter titulum tribuere quid possit Germania suo Cæsari, ex quo tanti fastigii sumtus toleret,*) ne in electione opum eligendi potissima sit habenda ratio. Ex propriis autem ditionibus recens creato Principi dignum isto titulo patrimonium assignare, & ad conditionem cæterorum Germaniæ Principatuum idem provehere; supra mensuram puto sobriæ liberalitatis fuerit. Extraneum, ac abs nemine superiore pendentem Principem in reliquorum Germaniæ Principum ordinem adsciscere Imperatori fors concessum.

 a) Sed

*) Sed repete notata superius ad *capitis 2. §. 9. in fine lit. l.*

a] Scili-

a) Sed si vel maxime alicui conditionem suam deteriorem facere in mentem veniret, quem locum iste in Comitiis occupabit? Nam & hunc ultimi subsellii pudebit, & antiqui Germaniæ Principes, nisi Regi, hautquidquam loco cesserint. Circa urbes extraneas in censum Imperialium Germaniæ urbium recipiendas minor videtur difficultas futura. Nam nec istas tanta ambitio, uti Principes, titillat; & facili negotio obtineri posset a Buchhornio, b) similisque splendoris oppido, ut præfracta loci sui defensione Imperii Germanici

a) Scilicet si onera imperii ferre & indigentiæ regni Germanici cum jactura aliqua propriæ libertatis succurrere velit. Cæterum possent & hic occurrere casus, aliam decisionem suadentes, si scil. potens sit & per assumtionem turbas in Germania movere intendat, aut hoc tentamen juste metuatur a Statibus: ut si Imperator vellet Regem Galliæ aut Hispaniæ (fingamus enim, posse ita velle Imperatorem,) Statum imperii facere.

b) Sub hoc nomine autor videtur intelligere quamlibet civitatem imperialem, non nisi libertatis specie memorabilem, quales plures in Svevia & alibi in classe civitatum impeperialium inveniuntur.

c) Quod

nici incrementa ne impediret. Sed ut libera urbs Germanis sese velit adjungere, vix videtur prius eventurum, quam una altera vicinarum Rerumpubl. dissolvatur. Ex urbibus autem Germaniæ, quæ jam alicui Ordinum subsunt, nullam in conditionem civitatum Imperialium Cæsari conceditur evehere.

VI. Multo minus autem in arbitrio Imperatoris solius est, alicui dignationem Principis adimere, aut quempiam Ordinum suis ditionibus expellere, *c*) ne quidem ob crimen aliquod in Rempubl. admissum; sed in notorio etiam facto saltem Electorum consensu opus habet, prius-

c) Quod hic notat Kulpis. *p. 83.* differre ademtionem dignitatis, ac territorii; illam toti fere lineæ nocere, hanc personale quid esse, id uti contra autorem non est, ita quantum ad rem præsentem, parum habebit utilitatis. Nam si Imperator post Capitulationes non poterit adimere territorium, quod minus est, non poterit etiam adimere dignitatem, quod majus. Pertinet huc aliquo modo controversia Bentheimensis, in qua Cæsar creationem Comitissæ Bentheimensis rursus irritam fecit. *Vide* Bentheimisches *Echo* auff das Steinfurtische Gegen-*Manifest. fol. 35. & 128.*

d) Sed

quam proscriptionem delinquenti intentet. *vid. art. 28. capitul. Leopold.* Scilicet cavere placuit, ne, qui fors in rem privatam Imperatoris quid deliquisset, tanquam hostis Reip. statim plecteretur. Imo & circa eundem articul. 28. dum capitulatio Francofurti concipitur, quidam Ordinum *d*) non imprudenter monebant, ut expresse insereretur, executionem sententiæ in proscriptos debere fieri ex legibus receptis per membra Circuli, in quo isti sunt siti. Nam si Cæsar ipse sententiam exequeretur, fieri poterat, ut proscriptorum ditiones ad se traheret sub prætextu sumtuum in eam rem factorum. Et fortasse jucundum erat futurum, tam atroces ferre sententias, si istæ in emolumentum judicis cederent. De cætero, Imperatori parum curæ est, quomodo quisque Ordinum suos subjectos tractet; & tondeat an deglubat suas oviculas. *e*) Nam inter præcipua

d) Sed hoc monitum non fuit observatum, Kulpis. *p. 83. seq.* sed determinatio ad Comitia dilata. *Adde Capit. Joseph. artic. 27.*

e) Consentit Pacif. *Disc. XI. §. 3. p. 373.* Et quidem ista Autor scripsit, non ut taxet negligentiam Imperatorum, sed eo sensu, quod Im-

cipua, quæ ipse jurato promittit, est, quod cuique Ordinum sua jura ac privilegia velit conservare, atque in eorundem exercitio neminem turbare. Atqui hoc jure cumprimis sese efferunt Ordines

Imperator per leges Status non possit aut debeat curam gerere. At vero, ait Dn. Kulpis. *p. 84.* hoc vel solæ lites inter Status eorumque subditos in Judiciis Imperialibus *pendentes* poterant confutare. Confutarent credo, si non semper *pendentes* essent, aut si lites adversus Status *executioni datæ* fuissent adversus autorem allatæ. Memini virum aliquem honoratum, nec pauperem, litem habuisse cum civitate quadam Imperiali, cujus non erat subditus. Post magnum temporis spatium & ingentes impensas cum sententiæ definitivæ executionem adversus civitatem expeteret, quæsitum est, quid putaret? Annon puderet, prætendere ut Status Imperii executione inquietetur propter interesse hominis privati? Jam quid subditus sperare posset. Memini Principem Imperii alium virum honestæ conditionis non subditum infami supplicio affecisse, non attentis mandatis pœnalibus pluribus, quæ factum interdicebant. Jucunde Pacif. *p. 373. Gailius & alii Cameralistæ præscribunt quidem nobis remedia, quomodo subditi adversus sævitiam & deprædationes Dominorum suorum*

Germaniæ, quod ſibi ſubditos vel proprio ex arbitrio, vel prout cum ipſis pacti ſunt, poſſint regere. *vid. art. 3. 7. 8. 9. capitul. Leopold.* Pauciſſima quoque ſunt, quæ Imperator ſubjectis Ordinum immediate poſſit imperare. *f)* Imo ne id quidem plerique concedere velunt, ut evocare eosdem queat teſtimonii aut litis cauſa, absque omni ſubſidio juris, incitationibus, quas ſuo nomine emittit. Præmiis tamen & privilegiis ſubjectos Ordinum afficere

rum tueri ſe poſſunt. Cæterum quis erit tam intrepidi animi, qui tam potentisſimos adverſarios in jus vocare velit? quis erit primus, qui nolam feli appendere audeat? ut proinde in communi Litania ſubditi orare debeant: A tali actione libera nos Domine. Conf. infra *ad §. 7. lit. m.*

f) At hoc non ipſam poteſtatem tollit, ſed modum poteſtatis deſignat, juribus ordinum ita instructum. Kulpiſ. *p. 84.* Reſp. Sed relinquit tamen poteſtatem in *pauciſſimis* quod conceditur. Vel conceditur, in plurimis Status habere rem cum modo. Aut denique: in plurimis Cæſarem habere rem ſine modo. At Res ſine modo eſt uti ſubſtantia ſine accidente, h. e. ens rationis aut prope ad ens rationis accedens.

g) Vel

cere non prohibetur Imperator; *g*) ita tamen, ut juri Ordinum in eosdem nihil detrahatur. *h*) Etsi fere intra titulos Cæsarea liberalitas adversus istos subsistat. *)

g) *Vel sola privilegiorum concessio supremi imperii nota est, qualia nonnisi propriis subditis conferuntur.* Kulp. *ibid.* Ego inverterem: supremi imperii effectum esse concessionem privilegiorum. Aut: privilegia vera & non solum secundum nomen talia (i. e. ea quæ ex jure majestatis profluunt) esse indicium majestatis. Aliunde vero constare debet, an fluant ex jure majestatis. Ergo ipsa per se nil probant. Quis dominus prohiberet subditis suis, donaria & alios liberalitatis actus accipere ab extero? multo minus ab amico, confœderato, superiore in fœdere quoad dignitatem & potestatis gradum? Quis ægre ferret, si ejusmodi superior id appellaret privilegia, modo securius esset, ea esse talia, ut jus ipsius non subsit periculo?

*) Hodie etiam solent Status quandoque concessionem privilegiorum ab Imperatore impetratorum per indirectum infringere. vide infra notata *ad* §. *27. lit. y.*

h) *At vero ipsi natura illius juris privilegia concedendi inest ne iisdem juribus alterius detrahatur. Ipsi natura illius juris inest, ad quam in omnibus Rebuspublicis attendere Imperantes, etiamsi nihil alias*

VII. Videamus porro, *i)* quidnam juris ſit Imperatori in bona *l)* Statuum, quatenus ex illis ſunt contribuenda, quibus Reſp. pacis bellique tempore ſumtus tolerat. Quantum mihi conſtat, omnia vectigalia

lias diſpoſitum ſit, ſola æquitas jubet. Kulpiſ. *p. 84.* Ita eſt, ſed quid inde ? An id : Ergo Reſp. Germaniæ eſt una Reſp, ? aut ; Ergo Imperator habet majeſtatem ? Vellem audire argumentum. An id: Ergo poſſet eſſe una reſp. poſſet habere Majeſtatem ? Concedo, ſed multa poſſunt eſſe quæ non ſunt, & quæ poſſunt eſſe, poſſunt etiam non eſſe, quicquid etiam Carteſiani in phyſicis contra per modum hypotheſeos aſſumant. An denique ? Ergo autor per hunc medium terminum non probat, haud eſſe unam Rempublicam ? Recte. Sed quis dixit, quod hoc medio termino probare velit. Reſpondeant ſaltem diſſentientes ad ejus rationes in capite ſequenti.

i) Autores ad explicationem hujus §. facientes vide ap. Kulpiſ. *hic p. 85. ſeq.* Conf. eund. *de unit. Reip. cap. 2. §. 17. 18. p. 56. ſeq.* Burgold. *P. 1. Diſc. 10. n. 4. & Part. III. d. 7. num. 2.*

l) Diſcernit hoc jus in bona Dn. Kulpiſ. *d. §. 17. & 18.* in extraordinarium ſupereminentis dominii, & ordinarium vectigalium & contributionum, & de dominio eminente ſic philoſo

ctigalia extra ditiones Imperatoris, si pau-

losophatur: in Capitulationibus de eo agi *art. 12. cap. Leopold.* (Agitur autem ibi de alienationibus & oppignorationibus rerum Imperii,) & porro in Pacificatione Osnaburgensi, teste Bœclero & Forstnero, supereminentis dominii rationes probe excussas esse, nec alio nisi dominii eminentis jure adigi potuisse Sereniss. Elect. Brandenburgicum, ut jus suum in ditiones Svecis cedendas desereret, aliisque in compensationis vicem sibi satisfieri pateretur; Nam suapte sponte non consensisse, ipsum Autorem supra esse fassum *c. 2, § 7.* Mihi vero videtur Dn. Kulpisius istud dominium eminens ex hypothesi de unitate Reipublicæ effinxisse, non unitatem illam per aliquod dominium eminens probasse. Capitulationes agunt de potestate alienandi res imperii & oppignorandi. At dominium eminens alias dicitur in bonis subditorum, non in bonis regni. Quod si tamen & horum intuitu alias diceretur, in respectu tamen ad imperium nostrum ista potestas alienandi & oppignorandi melius ex natura fœderis inæqualis, quam ex dominio eminenti deduci poterat. Forstneri & Bœcleri autoritas non terret, nisi qui autoritates Virorum illustrium rei veritati præferunt. Præterquam autem quod ex pactis pacis etiam Rerumpublicarum

cissima excipias loca, ad Ordines *m*) spectant; qui, ne eadem supra modum intendendo commercia pessundent, Impera-

fin. imper. lib. 2. c. 19. p. m. 385. non ea mens est Capitulationum, quasi soli Electores a Cæsare sint compellandi, sed quod hi primario conveniri debeant, ut post factam ab his præconsultationem ex omnium denique arbitrio aliquid constituatur. Dubium per responsionem quam ipse Conr. pro dubia habet non tollitur & responsio illa Conringii non meliore modo tolletur, quam si quis dicat: *Fortassis* non eam mentem esse Capitulationum, quam vult Conringius, sed quam rejicit.

m) Rationem differentiæ, cur vectigalia omnia ad Ordines spectent, tributa non item, Dn. Kulpis. *p. 85.* in eo ponit, quod tributa communes imperii necessitates respiciant, vectigalia ob merces ab Ordinibus singulis in suis territoriis exigantur. Sed quemadmodum ista facile intelliguntur, ita tamen Statibus non deneganda est potestas, tributa provincialia subditis imponendi. Ut adeo ad Status pertineant & tributa & vectigalia, Imperium vectigalibus fere destituatur, indicio, nihil fere remansisse ex bonis Imperii, quod non a singulis Statibus sit occupatum. Asserit autem Dn. Kulpis. *de un. Reip. c. 2. §. 18. p. 61.* terminos

perator se prohibiturum promisit. *art. 21. 22. 23. n) capitul. Leopold.* Neque nova ipsi vecti-

nos per leges universales superioritati territoriali esse positos circa exactionem collectarum provincialium, idque exposuisse post alios Mylerum *de Princip. & Stat. P. 2. c. 62.* Unde & illam Autoris Philosophiam emendari debere, acsi Cæsari parum curæ sit, quomodo quisque Ordinum suos subditos tractet, & tondeat an deglubet suas oviculas, contra quam vel nuperum Extensionistarum exemplum docere potuisset, ap. Aut. *omin. rer. ser. part. 3. n. 13.* Ego vero nullam video ap. Mylerum restrictionem superioritatis territorialis ex legibus Imperii, nisi quatenus jus naturæ vult æquitatis habendam rationem: & postulatio quorundam in Comitiis, quod Recess. Imper. de ann. 1654. §. und gleichwie 180. debeat extendi ad omnes collectas a Statibus impositas, ut querelæ subditorum desuper factæ non debeant assumi, in Judiciis imperii (de quo autor *ominos. rer. ser.*) ab aliis rejecta, nil minus probat, quam quod Autori nostro adversum sit. Inutilis postulatio fuit & intempestiva, cum sive assumantur querelæ, sive minus, id quidem parum Statibus noceat, per dicta *ad. §. 6. lit. c.*

n) In Capit. Josephi §. *20. 21. 22.* ubi notandum, quod nolit Imperator nova vectigalia

vectigalia in ditionibus Ordinum instituere concessum. Si quæ alia ad Imperatorem ex Imperio redeunt, magni adeo non sunt momenti, aut ministris Cancellariæ cedunt, quibus inprimis renovatio feudorum quæstuosa est. *vid. art. 17. capit. Leopold.* o) Tributa ab Imperatore p) indici, Germanis auribus inauditum. Nec stati

lia indulgere sine discussione gravaminum eorum Statuum, quorum ea de re interest, & sine voto unanimi Electorum, non attentis votis majoribos. Quod etiam debeant illa vectigalia esse prohibita, quæ sub titulo accisarum imponuntur; salva tamen ubique potestate Statuum, accisas imponendi subditis. Vide tamen Aut. *omin. rer. ser. P. 1. n. 106.* ubi notat, Electores concessisse Bavaro perpetuationem vectigalis jam duplicati; exclusis interessatis.

o) Qui est art. 16. in Capit. Josephi in quo tamen verba: Auch sollen diejenigen Churfürsten &c. omissa sunt; quia hodie eorum nullus amplius videbatur esse usus. Conf. Frisch. *in addit. p. 153.*

p) Contextus ostendit, subintelligendum: *pro lubitu.* († Aut *pro arbitrio*, ut habet etiam editio posthuma.) Unde autorem non attinet censura Kulpis. *p. 85. In Imperio tributa indici novum*

ſtati quid ad neceſſitates Reipubl. ab Ordinibus conferri ſvevit, niſi quod ſuſtentandæ Cameræ Spirenſi deſtinatur: quanquam & modicum iſtud ſat tædioſe a multis ſolvitur. Quondam etiam, imperatore ad coronam Romæ petendam proficiſcente ab Ordinibus armanda & alenda erant IV. equitum & XX. peditum millia. Verum cum expeditiones illæ Romanæ dudum fieri deſierint, deſcriptiones eam ob cauſam conceptæ huic fini inſerviunt,

novum non eſt, etſi Imperatoris arbitrio res omnis non ſit permiſſa. Multo minus tangit cenſura *de unit. Reip. c. 2. §. 18. p. 61: Iterum capere non poſſum, cur, Nonnemo doctiſſimus Vir de Stat. Imp. c. 5. §. 7. nihil ab Ordinibus pro Imperio exigi veluti de plano pronunciavit.* Ubi enim iſta pronunciatio Autoris? Verba mox in hoc §. ſequentia: *Sed ne hic quidem pro imperio aliquid ab Ordinibus exactum*, aliud longe innuunt, & deceptus eſt Vir Celeberrimus, ſi illud *pro imperio*, Befehls-Weiſe/ interpretatus eſt, ut videtur: Für das Reich/ quam interpretationem refutant verba quæ ſequuntur. Docere potius debuiſſent quæ ipſe annotat *p. 60.* de pluralitate votorum in imponendis Collectis Imperii non attendenda, unitatem Reip. quæ abſque pluralitatis votorum valore ſalva eſſe nequit, in Imperio

serviunt, ut, si fors extra ordinem quid conferendum sit, ratæ partes singulorum Ordinum statim sciantur. Etsi & in istis super inæquali distributione a multis querelæ moveantur, quorundam opibus lapsu temporum attenuatis, aliorum auctis, In Turcicum bellum Germanis maxima vis auri insumta, cujus terror hactenus simplici plebeculæ alvum æque ac crumenam solvere suevit. Sed ne heic quidem pro imperio aliquid ab Ordinibus exactum. In Comitiis aut per circummissos Legatos omnia impetrata, eo facilius, quod nonnullis Principibus ea res in quæstum vertit, dum particulam aliquam istius tributi extra ordinem paulo laxius impositi sibi decerpsere.

IIX.

rio non amplius esse quærendam, & plurimos miraturos subsequentem assertionem *d. p. 60.* Quodsi imperator & ordines de quota contributionum *convenerint*, quæ antea voluntatis fuerint, necessitatis futura, Statusque non jure aliquo *pactitio* sed decreto Imperiali a *summa potestate Civili* profecto ad solvendum obligari. Quasi summa potestas in exercendis juribus sibi propriis conventione cum aliis habeat opus.

occasione tota Germania turbis involvi potest; sed etiam, quia ipsa Cæsaris victoria illis parum læta est futura, gliscente nimium ejusdem potentia, quam libertati suæ prægravem fore, non injuria metuunt, *vid. art. 13. 14. & 16. s) capitul. Leopold.* Quomodo itidem Cæsaris potestas circa fœdera ineunda sit restricta, docet *art. 10. t)* ejusdem capitulationis. Ubi non injuria mirari subit,*) quare Imperatori quidem interdicatur bellum alicui facere quocunque prætextu, aut fœdera

 cum

s) Capit Joseph. *art. 13. & 15.* Nam *art. 14. p. 156. Cap. Leopold.* ibi plane est omissus, prospiciens videlicet Regi Galliæ, imperii nunc hosti.

t) Est idem *art 10. Cap. Josephi.* Sed ibi adjecta sunt quædam libertatem Statuum circa fœdera pangenda concernentia, desumta *ex art. 8. §. gaudeant, instr. pac.* ut adeo exinde appareat, Status plus posse quam Imperatorem, cum Imperator ne quidem fœdera defensiva pangere possit absque consensu Electorum.

*) In editione pohuma hæc verba usque ad finem paragraphi sunt omissa, & loco eorum paucissima hæc leguntur: *Circa quæ tamen cum exteris ineunda quantum licentiæ non raro quidam ordinum sibi indulserint magno cum imperii damno, exemplo non uno constat.*

u) Hoc

cum exteris inire, citra consensum saltem Electorum: cum tamen nuperrime u) ad nos nunciatum sit, complures Electores Principesque, coitione facta, tractoque in partes rapacissimorum prædo-

u) Hoc vult dicere: Non bene cohæret: Imperator non potest bella gerere nomine Imperii sine consensu Statuum, & tamen Status possunt sine consensu Imperatoris, scil. *ratione suorum territoriorum.* Et ita intelligo etiam Hippolitum a Lapide ap. Kulpis. *p. 87.* quem adeo non feriunt quæ ei opponit Kulpisius *ibid.* Cæterum quæritur: an Status Imperii possint bella & fœdera tantum defensiva gerere & inire an etiam offensiva? Olim offensiva non licuisse sine crimine fractæ pacis publicæ ex variis legum publicarum textibus adducunt Mylerus & Kulpisius *de Un. Reip. d. p. 54.* qui eas constitutiones ad hodierna tempora quoque applicat, atque exinde jus fœderum Statibus *in d. art. 8. Inst. Pac.* indultum ad fœdera defensiva restringit. Mihi distingvendum videtur. Offensivum bellum vel injustum denotat, vel justum. Id jure naturali cuilibet est prohibitum, haud dubie etiam justa in legibus illis de crimine fractæ pacis publicæ loquentibus intelliguntur. Sed istæ quidem leges post auctam hoc seculo Statuum potestatem & §. *gaudeant*, forte non amplius ita pertinenter allegantur. Quod fœdera attinet,

donum globo, Electoris Palatini *x*) di-
Bb 2 tiones

attinet, posset potius *d. §. gaudeant* etiam de offensivis intelligi cum *cujusque conservatio & securitas* sæpe postulet etiam fœdera offensiva cum aliis inire, si eum in socium nolint recipere, nisi hac conditione. Et quamvis *in d. art. 10. capit. Joseph.* additum sit: Zu ihrer *Defension* Sicherheit und Wohlfarth & ita hic expresse mentio fiat Defensionis, non præsumendum tamen, Electores vocem hanc animo restringendi addidisse, sed *Defension &* Sicherheit pertinere ad *defensiva*, Wohlfarth ad *offensiva*. Et quid disputamus, si Statibus Imperii non difficile est bellis & fœderibus ab aliis pro offensivis venditatis, defensivorum titulum dare, ut de bello Moguntini adversus Palatinum notat Kulpis. *d. p. 88.* Quod inde provenit, quia inter eos, qui in Statu naturali versantur, defensionis initium laxius habet spatium, quam in statu civili, ut alibi dictum. Ergo nunquam deerit occasio, bella offensiva pro defensivis venditandi, præprimis si quis consideret, quam difficile sæpe sit in statu civili discernendi autorem rixæ. † Adde quæ postea de jure belli pacis ac fœderum intuitu Statuum dicta sunt in dissertatione *de Collatione morum cum jure Scripto circa finem &* in observ. Selectis *aliquot observationibus peculiaribus.*

x) In causa Wildfangiatus, Pacif. a Lapide *p. 374.*

tiones invasisse, obtentu quorundam hujus jurium, quæ parum grata sibi fremunt. Et solo isthoc belli auspicio fuisse contentos, ut Cæsari obiter & non citra ferociam per literas significarent, quidnam sibi destinatum foret. Alium item Episcopum *y*) vicinis sibi Belgis, seipso autore, arma intulisse, quibus non difficulter magna Germaniæ pars posset involvi. & hæc omnia patrata, durantibus & otiose inspectantibus Imperii Comitiis. Nam illud jamdudum in consvetudinem abiit, ut quidam Principum fœdere cum Suedis Gallisque implicentur; *z*) qui tamen ex longo tempore hostes sese aut æmulos Domus Austriacæ tulerunt.

IX. Videamus quid Imperatori circa sacra potestatis competat. Nam ut de hac *) quoque sit heic agendum, novæ Theologiæ

374. & ad Instr. Pac. Part. 1. Disc. 26. Kulpis. *p. 88.*

y) Monasteriensem *Pacif. & Kulpis. dd. ll.*

z) Respicit ad fœdus de ann. 1658. Kulpis. *p. 88.* Autor der Grundfeste *Part. 3. cap. 9. p. 331.*

*) Ista sic emendantur in editione posthuma. *Nam ut de hac quoque, a juris publici Scriptoribus inquirendum sit, reformata, per magnam Germaniæ partem, Sacra effecerunt; Cum e veteri Theologia Roma-*

-giæ *a*) addicti Politici faciunt, qui in partem istius potestatis civile imperium *b*) Bb 3 vo-

Romanis placitis addicta Sacrorum cura penes solum Romanum Pontificem sit; ac summis Imperantibus Civilibus nil aliud relictum, quam Clerum tueri & locupletare, & alicubi certa munia ac beneficia Sacra dipertiri. Ast recentior doctrina longe plus potestatis summis Imperatoribus attribuit, eoque ipso magnæ rerum per germaniam conversioni, ansa præbita fuit; de qua pro captu hujus Scripti paucis ita habendum. Cum igitur antea per Germaniam &c.

a) Supponendum, in toto hoc paragrapho autorem loqui ex hypothesi personæ, quam fingit, Itali scilicet religioni Pontificiæ addicti. Hoc ipse Dn. Kulpis. *p. 91.* annotavit & Pacificus *p. 374.* addens: *Si extra illam larvæ assumptionem essent prolata illa dicteria, pura puta essent mendacia: Christianissimus enim Protestantismus superiori seculo exortus non novam, sed novantiquam Theologiam, Christi & Apostolorum sinceræ & niveæ doctrinæ* (utinam & vitæ!) *convenientem postliminio quasi reduxit, Christianamque religionem ab omni fermento Pontificio repurgavit.* Utinam vero eadem novum fermentum intra se post mortem Lutheri non generaverit ambitione & avaritia Cleri, atque socordia & negligentia JCtorum.

b) Kulpis. *p. 91.* suppeditat autores potissimos hanc controversiam illustrantes. Non tamen

vocare non dubitant; cum apud Catholicos constantissima fides sit, Sacerdotum opibus cumprimis noxium, si circa divina alius præter ipsos ullam disponendi facultatem sibi vindicet; sique Laici sola defensi & locupletati cleri gloria contenti esse nolint. *c*) Cum igitur *d*) ante per Germaniam soli ritus Catholici vigerent, nisi quod in Bohemia Johannes Hussus non paucos haberet discipulos, & Judæi passim tolerarentur; per Martinum Lutherum magna clades rebus Pontificis præter opinionem illata est; & ex levibus caussis exorta rixa magnam Germaniæ partem

tamen dubito superesse ingenuo veritatis cultori multa hic eruenda: multas enim caussas verendi habeo, ut vel unus horum utrosque scopulos Papocæsariam, & Cæsaropapiam caute evitaverit. Præ reliquis commendandus B. Pufendorffii *insignis tractatus de habitu religionis ad rempublicam*, qui potissima præjudicia nec a Protestantibus hactenus sequestrata refutavit, in paucis forte emendandus, de quo alibi.

c) Utinam nec hodie Laici caussas similia querendi haberemus multas & graves. Sed dabit Deus his quoque finem.

d) *Noster Dn. de Monzambano pervenuste more* *suo*

tem ab obſequio ſedis Romanæ avertit. Si verum dicere fas eſt, *) ut exigua ſcintilla in tantum incendium erumperet, cauſam præbuit *e*) tum inſcitia eorum, qui primi ſeſe Luthero oppoſuerunt, tum Leonis X. inconſulta præcipitantia. Scilicet

ſuo exagitat hic Romanenſes, ob jus quod ſibi circa ſacra ſoli vindicant, hiſtoriamque religioſæ reformationis prudenti ſtylo ſuo adeo egregie depingit, ut legentis animus non poſſit non jucundiſſimæ lectionis voluptate impleri. Verba ſunt Pacifici *p. 357.* Adde Sleidanum & Strauchium citatos Kulpiſ. *p. 93.*

*) Edit. poſth. *Iſthoc in negotio uti merito divinæ providentiæ primum locum deferimus, ita inter ea, quæ homines huc contulerunt, præter pronam admodum ejusmodi mutationi diſpoſitionem incuſari cum primis meretur, tum inſcitia eorum* &c.

e) Si Autor ex Proteſtantis perſona loqui debuiſſet, haud dubie potiores partes dediſſet providentiæ divinæ. Jam cum Pontificium ſe finxerat, aliter diſſerere non poterat. Unde ſponte ſua cadit cenſura eorum, qui profano nimis judicio Autorem attrectaſſe hoc negotium dixerunt, ap. Kulpiſ. *p. 39. Conf. lit. a.* Accedit, quod providentia divina non ſemper cauſas humanas ſecundas excludat, ſed dirigat. † Unde etiam hic non eſt excludenda, ſed præſupponenda.

f) Iro-

cet miselli quidam fraterculi inter se rixabantur, quorum alteri pietas magis, cæteris quæstus Sacerdotum cordi videbatur. Utrisque ab initio sancta habebatur autoritas Pontificis. Heic prudentis fuerat judicis, utrique se parti æquum præbere, aut utrique parti mature silentium imponere, ne apud vulgus ea merx suspecta fieri inciperet. Saltem non ita aperte in partes institorum erat descendendum, ne summo pastori lucrum magis, quam salus animarum curæ crederetur, aut quasi iste mallet peccata redimi, quam prohibere. Et præbebatur occasio suspicandi hominibus parum devotis, *f*) quasi eadem cum medicis & chirurgis agitarent vota Sacerdotes, queis morbi ac vulnera hominum emolumento cedunt; quousque adeo iisdem bona fide indolescere nemini persvadetur. Quod si autem stultum & sacrilegum erat, sententiam ferre in detrimentum Ecclesiæ vergentem; debebant hominem præfervidi ingenii donis aut per promissa delinire, ne facem iste

f) Ironice pro superstitiosis. Ita & † hodie communiter devotus denotat magis superstitiosum, quam pium.

g) Cen-

iste laicis præferret ad excutiendum Sacerdotum jugum. Et cum plurimi per ambitum aut largitiones ad dignitates Ecclesiasticas adspiraverint, tanti puto fuerat, monachum purpura involvere, g) ne tam male de Ecclesia Romana mereretur. Enimvero cum Martinus ille deprehenderet, Sacerdotum apud tribunal nihil æqui sese obtenturum, Laicorum captare favorem instituit. Exinde Papam, qui

g) Censura Kulpisii *p. 94. Satis constat, rem ita gestam, ut nullis mortalium consiliis potuerit impediri. Ecquo fine ergo Pontificius aliquis diceret, debuisse donis aut per promissa deliniri aut purpura involvi Lutherum? Parum puto se moveri illiciis istis patietur, qui ne quidem præsentissimo mortis periculo deterreri poterat?* Sed videtur Kulpis. non sedulo inquisivisse in temperamenta hominum. Est quoddam hominum genus, qui mortis metu non terrentur, sed succumbunt tentationibus honorum & deliciarum, quorum virtus per adversitates crescit, rebus secundis minuitur. Tali temperamento fuisse Lutherum, quilibet harum meditationum gnarus facile perspiciet. Recte igitur secundum rationes Politicas philosophatur Autor, & admiranda Providentia divina, quod istas tentationes a Luthero averterit.

h) Non

aperte litem jam suam fecerat, pro judice recusavit agnoscere: Et ne Patronis destitueretur, docere cœpit, (b) ad Principes seculares, aut qui his similem gerunt potestatem, spectare curam Ecclesiæ, cumque videant, per bona a majoribus ad pios usus destinata Clericorum ignaviam & luxuriam ali, fas esse, otiosa pecora sagina sua excuti. Id a multis avide arreptum, partim, quod pleraque a veritate non aliena dici viderentur, partim quod reditibus suis

b) Non ferit Autorem censura alia Kulpisii p. 94. *quod nec inter primaria emendata dogmata fuerit potestas circa sacra, sed jam de indulgentiarum nundinationibus aliisque doctrinæ corruptelis præcesserit.* Quasi non eadem dixerit hic Autor noster. † Interim Lutherus non tam docere cœpit, quod ad Principem pertineat cura Ecclesiæ, cum hoc etiam Pontificii inculcent; quam ostendit, alium hujus doctrinæ sensum, & quod magistratus non se hic gerere debeat instar nudi brachii secularis. Neque tamen diffitendum, quod & Lutherus, & ejus Successores jus Principum circa sacra plene non exposuerint, sed multa hic distinctius evolvenda reliquerint Jure consultis, de quo latius dictum alibi.

suis opimam inde alluvionem *i*) sperarent. Increbuerat quoque rumor, ab nostratibus simplices Germanos illudi, dum pecunia ex peccatis ipsorum redacta aleæ, luxuriæ, aut ad satiandam Papalium neptium avaritiam insumitur. Redibat quoque in memoriam dictum Martini V. pastore animarum oppido quam dignum; sibi esse in votis, ut ciconia fiat, dummodo Germani in ranas verterentur. Et qui antehac tam mascule Romanorum arma repulerant, ingemiscebant, sese obtentu religionis ab imbelli hominum genere tantum non ad fœnum *l*) edendum compelli.

i) Vide quæ jam supra præoccupavimus ad *cap. 2. §. 10. lit. i.* Interim isti nævi doctrinæ non adscribendi, sed hominibus, & propterea non secludenda providentia.

l) Abominabilis vox est Herbipolensis Canonici, qui tum temporis in hæc impia verba erupit: Wäre LUTHERUS noch ein 30. Jahr aussenblieben/ wir Geistlichen/ (rectius Geistlose) wolten es dahin gebracht haben/ daß die Bauren Heu und Stroh gefressen/ und uns Geistlichen die Capaunen selbst gebraten gebracht/ und die Junckern hätten uns die Stieffel/ Schue/ und Sporen butzen und schmieren müssen. Verba sunt Pacifici *p. 376.*

pelli. Sed & nescio, quid momenti attulerat restauratus tunc bonarum literarum cultus, quod nova isthæc disciplina tanto cum applausu reciperetur. Habent enim id homines eruditi, ut non facile adduci queant ad credenda illa, quæ a ratione videntur abhorrere. *m*)

X. Isthac occasione magna pars rituum,

m) Non confundendæ duæ assertiones distinctæ. Aliud est: non credere quod rationi repugnat, aliud, non credere quod rationem superat. Ulterius aliæ duæ assertiones distinctæ: Aliud est: non credere velle, quod repugnat Scripturæ Sacræ, aliud: non credere velle libellis humanis, etsi Scripturam ubique crepantibus. Hinc, quæ hac occasione colliguntur dicteria a Burgoldensi *Part. 2. Disc. 2. n. 3.* de religione eruditorum; *Credunt quod volunt &c.* facile corruunt. Atheorum caussam non agimus, qui nihil credunt. Sed aperte etiam est miserrima conditio superstitiosorum Hypocritarum, etiam inter Protestantes, qui aut credunt quod *nolunt*, aut quod *Pædagogi eorum volunt*, aut *nesciunt*, *quid credant.* Datur ergo religio eruditorum media inter ista duo extrema atheismum & superstitionem, de qua dixi *in cogitationibus menstruis Germanicis anni 89. mens. Jan. p. 59. seq.*

um, n) & si quæ dogmata novis doctoribus superflua aut falsa judicabantur, apud multos Germaniæ populos eliminata; simul Clerici passim bonis sacris exoluti. Super istis bonis cum occupatoribus apud Cameram plurimæ lites intenderentur, & vero hæc in clericos videretur pronior, novæ religioni addicti, quos Protestantes vocari mos invaluit, jurisdictionem Cameræ saltem hac in parte detrectabant agnoscere. Etsi enim alias ante omnia leges jubeant spoliatos restitui; non sine ratione tamen tergiversabantur Protestantes, causati, prius generali concilio, eoque legitimo, aut alio conventu publico definiendum, ejectos clericos veram fovere religionem. Ni hoc probatum fuerit, id quod ipsis sit persvasum, impudenter ipsos petere fruitionem bonorum, quæ a majoribus vero cultui divino sint consecrata. Enimvero cum solis rationibus & protestationibus parum sese tutos crederent, plerique eorundem fœdere, quod Smalkaldium vo-

n) Nihil hic monendum. Autores huc facientes adduxit Kulpisius *p. 94. Conf.* Burgold. *P. 1. Disc. 1. n. 20. seq. & P. 2. Disc. 2.*

vocant, junguntur, ad repellendam vim ex causa religionis mutatæ intentatam. Ad arma inde procursum, quæ cum infeliciter cessissent Protestantibus, captis Electore Saxone & Landgravio Hassiæ, religio quoque ipsorum non parum videbatur nutare. Donec Mauritii Saxonis armis restituta horum potentia Transactio Passavii iniretur, cujus capita passim apud autores historiæ Germanicæ invenire licet. Post vero in Comitiis Augustanis Anno 1555. habitis religioni Protestantium amplissime fuit cautum, per modum publicæ legis sancita Pace, quam vocant, Religiosa. Ibi præcipue conventum, ne partes se invicem obtentu religionis invadant, lædant, aut ad eandem ejurandam vi adigant. Si quæ bona Ecclesiastica, quæ ad Statum aliquem immediatum non pertinuerunt, ab Ordinibus secularibus fuerint occupata, modo clerici tempore transactionis Passaviensis, aut interea, ista non possederint, possessoribus relinquantur, neque propter hæc Camera in occupatores jus dicat. Jurisdictio Ecclesiastica in socios Augustanæ Confessionis suspendatur, &
ipsis

ipsis circa sacra sua disponendi sit facultas. Ne quis alterius subditos in suam religionem pertrahat, eorumque defensionem obtentu religionis suscipiat. Subditis tamen, qui ceremoniis sunt addicti a superiori suo diversis, detur facultas sua bona vendendi, & alio migrandi. Si dissidium religionis per licita media non componatur, pax ista in perpetuum duret.

XI. Acerrime autem disceptatum fuit super concedenda clericis Catholicis licentia amplectendi religionem Augustanam, ita ut cum dignitate simul retinere daretur ditiones sacras. Id quod protestantes obnoxie urgebant, in magnam suæ religionis redundare infamiam, si suscepta ejus professione dignitate bonisque sit cedendum. Multis hac via ad puriorem doctrinam aditum obstrui. Sibi haut quidquam in animo esse, ditiones sacras in profanos usus convertere, Capitulis liberam electionem adimere. Verum cum isthac licentia jugulum religionis Catholicæ per Germaniam peti satis adpareret, non minus præfracte Catholici Status istis sese opposuerunt, & favente

vente ipsis Ferdinando obtinuerunt, ut hæc clausula paci religiosæ insereretur: si Clericus ad Protestantium religionem transeat, beneficia quæ habuit Ecclesiastica perdat, salva tamen existimatione. Etsi tunc & aliquoties postea, cumprimis in causa Coloniensi, *) de ista clausula questi sint Protestantes, neque ea sese teneri asseruerint. *o*)

XII.

*) Scilicet cum Gebhardus Elector Coloniensis religionem reformatam profiteretur & uxorem duceret. Vide scripta in hac causa ab ipso Electore & ejus confœderato Johanne Casimiro Comite Palatino anno 1583. edita.

o) Adde Kulpis. *p. 96.* Burgold. *P. 2. Disc. 10.* Controversia omnis sublata per confirmatum Reservatum Ecclesiasticum *in Instrum. Pac. art. V. §. 15.* Antequam vero id fieret, acriter ex utraque parte in tractationibus pacis discrepatum. *Vide Pfanner. Historiam Pacis Westphalicæ paginis in indice sub voce: Reservatum Ecclesiasticum notatis.* Verè Autor: Jugulum Religionis Catholicæ fuisse petitum ista disputatione. Et dolendum, etiam ex nostra parte satis palpabiliter ostensum, curam religionis acquirendis regionibus prætextu sumi. Vel illa ratio ab Autore hic notata: *Multis hac via ad puriorem doctrinam aditum obstrui* ostendit, ex doctri-

XII. Enimvero isthæc pax omnia discordiarum semina, ex diversitate religio-

doctrina Machiavelli magis, quam Evangelicis principiis tum fuisse disputatum, &c. † Cæterum notat Dn. Titius *ad Autoris cap. 2. §. 10. p. 124.* magno quidem consensu asseri solere, reservatum pace Westphalica esse confirmatum: (unde & in Edit. posth. Autoris additum fuit verbis finalibus hujus paragraphi. *Quod haud eo secius Instrumento pacis Westphalicæ confirmatum fuit.*) Ipsi tamen videri, pace illa non tam Reservatum illud esse confirmatum, quam potius protestantibus contra rem iniquam, & cujus abolitionem nullo modo obtinere poterant, qualemcunque defensionem & talionem saltem concessam, adeoque hodie etiam Præsules Pontificios non *jure* sed *juris terriculamento* tantum impediri, ne religionem mutent, ubi simul ad *Specim. Jur. publ. l. 2. c. 6. §. 23. seq.* provocat, ubi plura ea de re dicta sint. Mihi duo hic videntur explicanda: An reservatum illud Ecclesiasticum sit maxime iniquum, & legibus divinis contrarium? Et an idem sit instrumento pacis confirmatum. Prius affirmat Dn. Titius *l. 2. c. 5. §. 38.* posterius negat. *d. l. 2. c. 6. §. 23. seq.* Mihi contra persvasum, prius esse negandum, posterius affirmandum. Scilicet nihil æquius est, quam ut Episcopus vel Canonicus religionem mutans invitis reliquis, deponat beneficium ipsi intuitu

nis oborta, tollere hautquidquam potuit. Nam

religionis datum, cum jus naturæ dictet ut data sub modo restituantur, modo non adimpleto. Et natura omnium Collegiorum in eo consistit, ut potius unus cedat collegio, quam ut Collegium cedat voluntati unius. (Alia ratio est postulati Pontificii & tandem etiam in Instrum. Pacis Westphalicæ simul obtenti, ut si Episcopus cum universis etiam Capitularibus religionem mutet, omni jure excidere statim debeant, quod durius esse satis apertum est. Vid. Dn. Aut. *Medit. ad Instr. Pac. art. 5. §. 15. lit. d.*) Cæterum ratione eorum, quæ contra afferuntur, quasi reservatum illud repugnet legibus divinis, notandum, quod connexio vacillet, dum dicitur, quasi libertatem religionis tollat illud reservatum, imo falsam religionem mediis violentis confirmet. Etsi enim chordam de falsitate pontificiæ religionis, & religione per violentiam non cogenda hic tangere nolim, tamen nec reservatum per se tollit libertatem, nec per se ad religionem aliquem cogit. Et notum est, verum Christianum haud esse, qui ex amore lucri manet in religione erronea. Porro, quod in Instrumento pacis reservatum Ecclesiasticum sit confirmatum, ita perspicuum est ex ipsis verbis & mente legis, ut mirer, virum celeberrimum hic fluctus movisse in simpulo, cum dissensus

ejus

Nam & inter ipsos novæ religioni addictos in partes discessum, *p*) quod pleri-

ejus revera non sit in re ipsa, sed saltem redundet ad meram logomachiam. Ut etiam taceam illa, quæ adversus dicta *in d. lib. 2. c. 6. §. 24.* urgeri possunt: Scilicet quod in Ducatibus, si Dux religionem mutet, non possit subditos ad suam religionem cogere, si ea non obtinuerit anno 1624. illud certe evidens est, per confirmationem reservati a nemine intelligi plenariam ejusdem approbationem & obligationem in conscientia, sed saltem, quod protestantes in posterum non repugnare velint amplius Catholicis episcopatus auferentibus Episcopis ad religionem protestantem transeuntibus, aut Episcopos illos adjuvare, & ita saltem intendi obligationem externam. Et tantum abest, ut per modum cautelæ, certe insufficientis, ut conceditur *in* §. *27.* obviam ire voluerint Protestantes stipulatione simili ex sua parte, ut potius historia pacis Westphalicæ doceat, illam Cautelam Protestantibus a Pontificiis sponte fuisse oblatam, & initio ab illis non sine ratione rejectam, donec necessitate politica adigerentur ad confirmationem reservati. Ex dictis autem facile jam intelligitur, an ad præsens negotium quadret distinctio §. *28.* inter jus & juris terriculamentum.

p) Autores huc pertinentes vide ap. Kulpis. *p.97.* Junge Burgold. *P. 1, Disc. 1. & P. 2, Disc. ult.*

que quidem verbis Auguſtanæ confeſſionis ſimpliciter inhærerent, alii limatius quædam dogmata proponenda cenſerent. Et quanquam cordatioribus videretur, rem tanti non eſſe, ut propterea in bella velut civilia iretur; tamen animi invicem non mediocriter exacerbati fuerunt intemperie concionatorum, & artificio Catholicorum, quibus diſſenſio adverſariorum multum ad victoriam profutura erat. Cumque a pace religioſa excluſi eſſent, qui neque Catholicam, neque Auguſtanam fidem ſectarentur; r) callide labo-

r) Communiter hic articulus Pacis religioſæ, & qui huic reſpondet in Inſtrumento pacis, quod præter tres religiones alia in Imperio non debeat tolerari *art.* 7. *in fine* ita exponi ſolet, acſi Principes Evangelici non haberent regale tolerandæ etiam religionis alterius. Quæ expoſitio a multis ſtabilita fuit, etſi repugnet & juri naturali, & principiis primis Chriſtianiſmi, & regulis omnibus bonæ interpretationis. Verba pactorum ex mente & cauſa impulſiva paciſcentium interpretanda. Pontificius Clerus oriente reformatione primum principium Anti-Chriſti de non tolerandis diſſentientibus in myſteriis fidei inculcarat

laborabant Catholici, ut ad illos, qui po-
Cc 3 litius

rat Politicis Catholicis: Principes Evangelici & Theologi eorum contra ex Principiis Evangelii tolerantiam & jus clerum in ordinem redigendi prætendebant. Ergo hi non poterant salvis principiis suis urgere, ut ista clausula Paci religiosæ insereretur, sed Catholici Principes necessitati cedentes (fremente licet Pontifice) illam inseri curabant, nullum alium adeo sensum inferentem, quam quod, si societas aliqua in Imperio tertiæ religioni addicta oriretur, Catholici Principes non velint Pace hac religiosa teneri, sed libertatem sibi reservent, ex principiis Cleri Pontificii eam oppugnandi. Eadem ratio fuit postea Reformatorum, cum quidam ex Clero nostro eadem Principia Pontificia Principibus nostris instillarent, & idem ergo sensus Instrumenti Pacis esse debet. Et absurdum foret, dicere, Principes Evangelicos voluisse in istis Pacis instrumentis potissimo regalium suorum circa sacra renunciare, & in favorem rixatorum & pacis turbatorum potissimum, præceptorum Christi de diligendis fratribus & per amorem reducendis errantibus ejurare. Plura alia occasione. † Consentit Dn. Titius in notis hic *lit. K. & l. p. 254. seq.* Alia quæstio est: An consultum sit, ut Princeps religionem adversam

litius ſeſe credere arbitrabantur, Auguſtana confeſſio, nihil ſpectare a reliquis, eidem ſimplicius addictis, judicaretur. Quanquam autem hi *s*) non ſemel publice teſtarentur, illos ob diſſenſum non capitalem a pace ſacra hautquidquam ſequeſtrandos; effecit tamen Sacerdotum fervor, *t*) ut utrique ſeorſim ſuas rationes habere inciperent, parciusque in commune conſulerent: imo cum una pars a Catholicis premeretur, aliorum nonnulli tacite ſpectarent eos pereuntes, aut auxilia quoque in eosdem ſubmitterent. Extitere deinceps aliæ diſſidiorum cauſæ; & demum in Bohemia incendium exortum, quo mox univerſa Germania fuit involuta. Eo in bello cum fortuna ab

ſam in territorio ſuo recipiat. Nam non omne quod juſte fieri poteſt, ſtatim conducit.

s) Politici ſcilicet. De Clero enim vix probabile, niſi illo, qui in contumeliam a fervidioribus Syncretiſtarum nomine fuit compellatus.

t) *Conf.* Pufend. *Hiſt. Svec. lib. 7. §. 43. & 44.* & quæ diſſeruimus *in Cogit. menſtruis de anno 1688. Part. 2. p. 362. ſeqq.*

*) In

ab initio Cæsari supra votum arrisisset, isque magnam Germaniæ partem jam armis oppressam teneret, anno demum hujus seculi xxx. edictum promulgat super restituendis bonis Ecclesiasticis, quæ post transactionem Passaviensem a secularibus essent occupata. Edicti arcana ratio hæc erat, ut Cæsar sibi conciliaret Sacerdotes, reliquosque Ordines Catholicos, & iisdem persuaderet, quæ moliretur in gratiam religionis suscipi, non ad opprimenda Ordinum jura. Quod si autem hisce auxiliantibus, aut saltem non reluctantibus, Protestantes subegisset, in proclivi deinceps erat, reliquos etiam ad nutus suos componere. Sed quomodo ea destinata eventus destituerit, notissimum est. Demum in pace Osnabrugensi prolixe super negotio religionis fuit cautum articulo V. ubi transactio Passaviensis & pax religiosa denuo confirmata: & expresse eandem ad Reformatos aut Calvinianos, uti vocant *) pertinere declaratum. Additum, quæ post Ka-

*) In Edit posth. verba illa *aut Calvinianos uti vocant*, sunt omissa.

u) Dispo-

lendas Januarias anni 1624. in Ecclesiasticis, & eorum intuitu in Politicis mutata, in eum statum reponantur, quo dicto tempore fuerunt; adeoque bona sacra, quæ tunc a Catholicis tenebantur, & interim abs Protestantibus occupata fuerint, istis restituantur, & vice versa. Bona sacra mediata, quæ Protestantes dicto tempore possederunt, in perpetuum retineant. Jus religionem mutandi, quod antea Ordinibus libere videbatur competere, ita constringatur, ut subditi Ordinum Catholicorum Augustanæ Confessioni addicti, qui anno 1624. exercitium suæ religionis habuerunt, id retineant; in eodem turbati restituantur: qui illud dicto anno non habuerunt, libertate conscientiæ gaudeant, cultum tamen suum exerceant tantum intra privatos parietes, aut in vicinis locis. Quod si tamen a Domino territorii migrare sint jussi, liberum sit bona vendere, aut per ministros eadem administrare. Nonnulla quoque Cæsar suis subditis in gratiam Principum Protestantium indulsit. Cautum præterea, ut, si deinceps Principum aliquis re-

ligio-

ligionem mutarit, *u*) id ei sit impune, *) suæque religionis Sacerdotes in aula secum queat habere; subditos tamen ad suam religionem vi non adigat, sed in hactenus recepta relinquat. Etsi & hisce licitum est, ultro Domini sui sacra amplecti. Observandum præterea, libertatem illam religionis esse sancitam per modum pacti, æquales inter initi, & in quo ipse Cæsar alterius partis est accessio; adeoque neque Cæsari, neque reliquis Ordinibus Catholicis, utut forte numero superantibus aliquid hic immutare licet. Sed & illud manifestum est, Ordinum protestantium meliorem heic conditionem esse,

u) Dispositum expresse *art. 7. Pacis Monast.* §. *1.* quod cujusque Statuum & subditorum *libertas conscientiæ manere salva* debeat. Quis ergo neget, liberum esse cuilibet Statuum, confessionem secundum normam Sacræ Scripturæ mutare prout conscientia dictet, si modo eorum, qui conscientias arctare intendunt, persecutiones fortiter sustinere & fiduciam in Deo ponere non detrectet?

*) Scilicet si sit Princeps secularis. Nam Principi Ecclesiastico obstat reservatum Ecclesiasticum, de quo satis dictum *ad finem §. præcedentis.*

x) Gra-

ſe, quam Catholicorum; cum hi a Pontifice dependeant, illi de ſuis ſacris proprio jure diſponant, x) ſi tamen ulla ſacro-

x) Gratulatur hac occaſione Pacificus *p. 377.* Principibus proteſtantibus, quod recuperarint auguſtiſſimum jus inſpiciendi, ordinandi, conſervandi, & protegendi religionem Chriſtianam, & vicem Principum Pontificiorum deplorat, tremendum jugum & conſcientiarum carnificinam nondum hactenus abjicientium. Ergo eo cautius procedere Principes Proteſtantes convenit, ne ſub ſpecie religionis Chriſtianæ ſimili conſcientiarum carnificinæ ab inquietis hominibus ſe ſubjici patiantur. Monet vero h. l. Kulpiſ. *p. 99.* Minus recte Proteſtantes Principes propterea duplicem perſonam, aliam, ut Principes, aliam ut Epiſcopos habere dici poſſe, & multum intereſſe itane an aliter loquamur jam obſervaſſe Strauchium, eo nomine laudatum Bœclero *Notit. lib. 12. c. 4. p. 172.* Etſi ICti quidam, ut Carpzovius, Mylerus, Mevius eam formulam nondum dediſcere potuerint. Merentur verba Strauchii *diſſert. Acad. 3. §. 36.* ut apponantur. *Hodie*, ait, *in Imperio Germanico Principes Proteſtantes, qui vocantur, poteſtatem circa ſacra recuperarunt jure proprio, cujus vi clerici obligantur conſtitutionibus eorum. Inde tamen ſatis ſupine*

crorum cura ad imperium civile per decreta

---

pine a quibusdam dicuntur duplicem habere personam. Cum enim Principibus potestas Legislatoria circa sacra de se competat, ut Principibus jure proprio & ut sunt Rectores civitatis vel sua communitatis, non aliam propter exercitium hujus potestatis personam possunt repræsentare, quam qua leges circa profana condunt. Sed cum potestas ipsa una sit eademque, non potest hujus unius potestatis ratione duplicem personam deinceps gerere, nec rectius episcopalia forte jura dixeris Principes nostros exercere, non magis, atque si jurisdictionem Ministro tuo mandatam, vel de facto ab ipso usurpatam, cum vindicaveris, Minister appellari possis, ejusque personam repræsentare respectu illius diceris. Nec hac de verbis est, observatio, sed ad jus rei multum interest, itane an aliter loquaris. Et potius Episcopus duplicem personam gerit, nempe Ecclesiasticam & judicis. Ita est, jure superioritatis exercent principes, quæ in sacris exercent. Nec opus, Jus Papale aliquod Principibus Protestantibus competens nova fictione ex non recte explicato §. *Jus diœcesanum 48. artic. 5. Instr. Pac.* introducere. Aut enim, quæ ad jus istud Papale referuntur, repugnant regulis Christianismi & rectæ rationis, ac a Papa ex principiis Anti-Christianis usurpata sunt, e. g. jura pallii, & similia, & quilibet videt, talia Principibus Pro-

creta religionis Christianæ spectare potest: saltem Sacerdotum autoritatem hoc modo in angustum redigi, in aprico est.*) *add. art. 1. & 19. capitul. Leopold.*

XIII. Ad potestatem legislatoriam pergimus. Ea cui competat, planius adparebit, si intelligamus, quali jure & unde introducto Germania utatur. Ubi facem nobis prætulit *Hermannus Conringius* erudito tractatu *de Origine Juris Germanici*, quem heic fere sequimur. *y*) Operosius autem

Protestantibus non sine aperta læsione religionis Evangelicæ suaderi posse, vel sunt a Papis injusta invasione regalis Principum circa sacra hactenus mala fide possessa; quis vellet suadere Dominis jura sua recuperantibus, ut titulum juris sui a malæ fidei possessore derivarent? alias inconvenientias ex ista doctrina oriundas ut jam taceam.

*) In Edit. posth. verba illa: *Si tamen ulla Sacrorum.* &c. usque ad verba: *in aprico est*: sunt omissa.

y) Adde *Conradi Sinceri* (sub quo nomine latere voluisse censetur Kulpisius,) *Dissertationem Epistolicam de Germanicarum Legum Veterum ac Romani Juris in Rep. nostra origine autoritateque præsenti*, omnibus Juris Studiosis, ut initio

autem est laudatus *Conringius* circa refellendam communem opinionem, quasi jussu Lotharii Saxonis circa A. C 1130. in scholas pariter & fora Jus Romanum sit receptum; *z*) ostenditque, ad seculum usque tertium decimum judicia Germaniæ non tam ex jure scripto, *a*) quam ex receptis moribus, aut ex æquo & bono seu-

tio studiorum eam præmittant & diligenter meditentur vel ideo commendandam, quod primus de usu legum Germanicarum hodierno sane philosophatus esse videatur. Conf. quæ diximus *in vindiciis de exiguo Pandectarum usu iu foris Germaniæ* & in dissert. *de usu action. pœnal. in for. German. c. 1.* [† Et latius *in historia Juris Romani & Germanici.*] Digna quoque sunt Kulpisii verba *ad d. l. p. 99.* quæ apponantur. *Quanti sint Reip. nostræ morbi vix aliunde rectius quam ex legibus hic allegari solitis cognoscitur, quarum tanta est confusio, ut & judicem in foro & Interpretes in scholis sæpissime in errorem seducat. Hujus mali vix alia potest afferri causa, quam quod nostras leges Germanicas proprias non satis curavimus, alienis vero, Canonicis ac Romanis, & cum his Doctorum glossis, nimium concessimus locum.*

z) Conring. *c. 20--24.* Kulpis. *p. 100.*
a) Conring. *c. 25.*

b) Con-

ſententias pronunciaſſe; judicesque ad privatas cauſas lectos non doctrina præſtantes, ſed quos ſenilis prudentia, pietas & juſtitia commendabat, plerisque tunc e populo laico legendi ſcribendique imperitis. Seculo porro tertio decimo Jus Canonicum *b*) paulatim in Germaniam irrepſit, neque ſolum ea inde peti cœpta, quæ ad cauſas ſacras faciunt, *) ſed & proceſſus cauſarum civilium ad idem inſtitutus. Etſi multi antiquis ſuis conſuetudinibus mordicus inhæſerint. Cira eadem quoque tempora antiquæ conſuetudines in ſcripta relatæ; quas inter præcipue celebrantur leges Lubecenſium, *c*) & jus Magdeburgicum, quod

b) Coring. *cap. 26.* Strauch. & Ziegler *de origine & autoritate Juris Canonici* Kulpiſ. *p. 100. ſeq.*

*) Multa etiam per arcana Politicæ Papalis ad cauſas ſacras tracta, quæ antea erant mere ſecularia, ut cauſæ matrimoniales, juramentorum &c.

c) Conring. *cap. 28.* Gryphiander de Weichbild. Saxonicis *c. 80.* Kulpiſ. *p. 101. ſeq.* Secundum Philoſophiam Dn. Cocceji *Jur. publ. prud. cap. 23. n. 5. ſeq.* ita dicendum: Tria in imperio jura Regia fuere, quorum optionem dedit

Caro-

Carolus (ſc. in Italia) Romanum, Longobardicum, & Salicum. In regno vero Germaniæ ſolum Salicum obtinuit, quod & dicitur Franconicum ſeu Suevicum. Ab hoc tamen jure exemta fuit tota provincia Saxoniæ, quæ proprio Jure fuit uſa, (vel quod Carolus Magnus victis Saxonibus hoc privilegium dederit, vel, quod poſtea ſub Henrico Aucupe aut aliis Imperatoribus Saxonicis idem nacti fuerint.) Atque inde duo illa jura quæ vocantur Specula, Saxonicum & Suevicum, & Germania hac ratione diviſa in terras juris Franconici & Saxonici. Fuit & jus Slavicum, ſed hoc pro peregrino habendum, quia Slavi jus Civitatis Germaniæ non obtinuerunt. (*Cap. 3. n. 58.*) Slavorum autem jure hodieque utuntur ſex eorum civitates Vandalicæ dictæ, Lubeca, Wismaria, Roſtochium, Stralſundia, Gryphiswaldia, Hamburgum, vocaturque id a Metropoli Jus Lubecenſe (*d. c. 3. n. 59.*) *Conf. Gryphiandr. d. c. 80. n. 18.* Sed hic dubium manet, qua ratione factum, ſi Jus Lubecenſe Slavicum eſt, cur Polonia, Bohemia, Luſatia, Miſnia (ad Slavicum diſtrictum pertinentes (*Cocc. d. c. 3. n. 56. 57. bb*) non jure Slavico utantur, ſed Saxonico & Magdeburgenſi, ut Autor juris Weichbildici ſcribit *art. 10. §. 1.* Accedit quod Lubeca magis ad Saxoniam videatur pertinuiſſe. (*Cocc. d. c. 3. n. 45.*) An igitur jus Lubecenſe ad tantam qua pollet in Germania autoritatem pervenit, quod Lubeca in fœdere

Han-

quod Teuronica lingua Weichbild *d*) vocant. Item Speculum juris Saxonici, & Suevici, ut & jus feudale Saxonicum, & Suevicum. Atque his fere juribus usa est Germania per seculum decimum tertium & quartum. Seculo demum decimo quinto jus Romanum, nec minus jus feudale Longobardicum sensim invaluit, peritis ejus juris in consilia Principum adscitis, queis artificium suum omnibus

Hanseatico fuerit primaria. Evolvendus est & *Mevius in præfat. ad Jus Lubecense*, qui jam non est ad manus. † Equidem in Mevio non multa invenies ad antiquitates juris patrii pertinentia. Forte plura suppeditabit Schiferdegherus *Lib. 1. ad Anton. Fabrum. tractatu ultimo*, ubi fusius agit de jure Slavico Silesiaco, Polonico. Adde B. Strykii dissertationes *de Jure Silesiorum Saxonico*, & *de feudis Silesiacis*, & de origine juris Lubecensis Meibomium *introd. ad historiam inferior. Saxoniæ p. 82. & 84.* qui citat Sibrandi jus publicum Lubecense.

d) [† De utroque Speculo & de jure municipali dixi fusius *in historia juris §. 101. seq.*] Adde Conring. *c. 29. seq.* Gryphiand. *cap. 80. junct. cap. 48. seq. item cap. 53.* Conradum Sincerum *p. 34. seq.* Kulpisium *p. 103. seq.*

e) Jun-

bus modis fovere cordi fuit; idemque paſſim per Academias Germaniæ doceri cœptum, ad exemplum, uti adparet, ſcholarum noſtratium, quas, uti videtur, Germanis frequentaſſe glorioſum habebatur: *e*) Hinc qui in ſcholis iſti juri operam navaſſent, cum tribunalibus admoverentur, idem jus paulatim in forum receperunt. *f*) Et anno 1495. a Maximilia-

e) Junge omnino Conring. *cap.32. & de Antiquitatibus Academicis.* Scilcet Academiæ Germaniæ inſtituebantur ſecundum Academias Italiæ & primi Profeſſores vel ex Italia petebantur, vel ſtudia ſua in Italia abſolverant. Utrobique autem craſſiſſimus Papatus vigebat. Unde tota ſtructura Academiarum illarum ſuperſtitionem, ſervitutem, & præjudicium autoritatis ſapit. Et mirum, Academias Evangelicorum poſt reformationem iſtos nævos graves & genuinæ ſapientiæ adverſos vel parum vel plane non emendaſſe, ſed ſæpe ſtabiliiſſe, repetiiſſe & adhuc ſubinde pro jugo ſervili militare, ut adeo jam ſuo tempore Schuppius vere dixerit, plures vere eruditos extra Academias, quam in Academiis deprehendi.

f) Quantum vero hæc receptio breviſſimo tempore damnum dederit, vel Reformatio

no I. constitutum, ut in Camera jus ex legibus Romanis diceretur, salvis tamen receptis consuetudinibus, & particularibus statutis singulorum locorum. *g*) Ergo jus, quo Germania hodie utitur, est cin-

Friderici III. *de anno 1441. art. 5. & 7.* docere poterit quam contra Conringium ex Conringio vindicavi *peculiari dissertatione anno 1693.* Unde facile satisfieri poterit, si opus esset, discursui Pacifici *p. 379. 380.* & ab eo citati Forstneri pro præstantia legum Romanarum, de quo alibi suo loco.

g) Conf. B. Strykii *dissert. de usu & autorit. Juris Rom. in for. Germaniæ. §. 24. seq.* Sed ostendit, ut puto evidenter Conradus Sincerus *p. 26. 87. seqq.* Maximiliani illam constitutionem nullibi apparere. † Addit equidem D. Titius *in notis hic lit. c.* quod Dattius *de pace publ. l. 4. c. 1. §. 111. seq.* probabile putet, in Comitiis Wormatiensibus 1495. expresse inter Cæsarem & Status conventum esse, ut ex jure Romano deinceps quoque jus diceretur, ac Lehmannum, dum in Chronico Spirensi confirmationis alicujus faciat mentionem verosimiliter in Archivo Spirensi formulam recessus vidisse, ut mirum sit, quare Recessuum Collectores eam omiserint. Ego subsisto, donec illa formula in lucem producatur.

h) Ita

cinnus quasi quidam ex jure Romano, Canonico, antiquis consuetudinibus, & statutis singularum provinciarum atque urbium, fere inter se plurimum discrepantibus. *b*) Et id in tribunalibus regulariter observatur, ut, si quidem statutum aliquod provinciale aut municipale extet, id primo loco valeat; hoc deficiente, ad jus Romanum recurritur, in quantum id communiter receptum. *i*)

b) Ita est: Unde necessaria summa juris incertitudo, & contradictio infinita collegiorum Juridicorum. Qua ratione aperitur fenestra Rabulis & Legulejis se pro eruditis & ICtis venditandi, summa impudentia defendendi sententias absurdissimas, Quæ enim sententia tam absurda fingi potest, quæ non aliquando ab insigni Juris Doctore aut a Collegio Juridico fuerit defensa, credo non ex ignorantia, sed ex affectu homines sapientissimos excœcante. Quis sibi tyro juris persuaderet, furiosum aut mente captum ob factum aliquod illicitum in mentis capedine commissum ideo quia furiosus sit, pœna extraordinaria esse afficiendum? Et tamen &c. &c.

i) Bene se id haberet, si in tribunalibus consideraretur semper erudite illa quæstio: utrum

utrum jus Romanum receptum ſit, neque perſuaderetur, deficientibus Statutis particularibus, jus Romanum eſſe receptum, aut habendum eſſe pro recepto, donec oſtendatur contraria conſuetudo Germanica eſſe recepta, cum tamen confiteantur ſic ſentientes, Jus Romanum eſſe ſubſidiarium, (vid B. Stryk. *d. diſſert.* §. *27. 28.*) adeoque poſt jus provinciale aut municipale reſpici debeat ad Jus commune Germanicum Saxonicum vel Suevicum, & pro eo tanquam regula præſumtio ſtare debeat, tum demum ad Romanum tanquam ſubſidiarium & exceptionem recurrendum ſit. Latius hæc deduxit & ſententiam communem refutavit Sincerus *d. tract. per integr. Conf. Kulpiſ. p. 105.* In eo tamen Sincero non aſſentior, quod putat, Jus Romanum receptum eſſe in proceſſualibus, ſi regulariter id intellectum velit. Nam in quibusdam per receſſus & conſtitutiones Imperii jus Romanum in proceſſualibus approbatum eſſe non nego. At integer Proceſſus Germanicus hodiernus ita a Proceſſu Romano tam veteri, cujus veſtigia ſunt in Pandectis, quam noviori Juſtinianeo differt, ut dies a nocte, & videtur potius cinnus eſſe ex Jure Germanico antiquo & Jure Canonico, qua Proceſſualia jam in Germania multum recepto, antequam cum Academiis eò introduceretur Jus Romanum.

l) Diſtin-

Habent autem hoc Ordines Imperii, ut in ſuis ditionibus circa cauſas civiles posſint leges ferre, etiam a jure communi diſcrepantes; *l*) uti & alia ſtatuta conde-

 re

l) Diſtinctæ quæſtiones ſunt de poteſtate Statuum imperii? 1. An poſſint Juri Romano derogare in territoriis ſuis? 2. An poſſint derogare Receſſibus Imperii? 3. An poſſint abrogare totum Jus Romanum? 4. An iſta abrogatio conducat? Primam approbat experientia & communis fere conſenſus, eamque contra Arthurum Duckium recte defendit Kulpiſ. *p.106.* Etiam ſecundam affirmarem non obſtante diſſenſu Myleri ap. Kulpiſ. *d. l.* modo non in Conſtitutionibus Imperii diſponatur de Statu communi imperii, ſed de controverſiis privatorum aut proceſſu, tunc enim etſi communi conſenſu latæ ſint leges Imperii, intelligendum tamen eſt, ea intentione latas eſſe, ut valerent in terris Imperii (non in terris Statuum) aut in Judiciis Imperii. Diſtinguit Kulpiſ. *de unit. Reip. c. 3. §. 14. p. 50.* Vel reſervata eſt poteſtas ordinibus derogandi & tum haud dubie poterunt, vel Receſſus Statutis & conſuetudinibus territorialibus expreſſe derogant, ut in R. I. zu Augſpurg de an. 1581. §. 71. & tunc non poſſunt. Sed quilibet videt in d. Receſſu agi de reformatione Politica

tica ex utilitate totius Imperii, & tamen evidentiam testari, istam clausulam cassatorium parum profuisse, cum ubique consuetudines & ordinationes isti recessui adversæ obtineant. Addere etiam debebat Dn. Kulpisius tertium membrum, aut Recessus Imperii neque Statibus potestatem augendi aut minuendi concedunt, neque adimunt, tunc quin possint etiam secundum dictas rationes & limitationem derogare, illis in territoriis suis, nullam rationem aut legem obstantem video. In tertia quæstione sentio cum Kulpisio *p. 108.* affirmante & Conringium defendente contra Praschium. In quarta facilius se pro negativa pronunciaturum arbitratur Kulpisius *d. p. 108.* Ego distinguo. Non conducet Judicibus, Advocatis, & eorum ministris, qui e stultitia partium & incertitudine legum vivunt, item Professoribus juris, qui ultra Leges Romanas & communes opiniones non sapiunt. His enim aut mendicandum esset, aut manibus laborandum, aut id faciendum quod restat. Conducet vero Principi & subditis eorumque saluti temporali, cujus magna pars est habere leges certas & quas universi intelligant. Possset etiam addi quæstio 5. An sperandum sit? † Non sperandum id est, ut fiat per leges, neque adeo etiam est consultum, Principibus id suadere, ut per leges abrogent. Nihil vero tam naturale est, quam ut quid eodem modo intereat quo fuit constitutum. Invasit

Germa-

re ad usus suos facientia, inconsulto quoque Imperatore; modo nihil continent statui totius Imperii adversum. Etsi multi jura sua Provincialia per Imperatorem ratahaberi fecerint. *m*) Imo & circa cri-
 mi-

Germaniam, jus Romanum non quod legibus sit præceptum, sed quod moribus pedetentim fuerit introductum. Si igitur, postquam damna hujus introductionis sentiuntur ubique, Germani sitire incipiant, ac desiderare scientiam juris patrii, & hæc, ut hactenus Schilterus, Coccejus, Hertius, fecerunt, ipsis etiam ab aliis Doctoribus juris patrii amantibus propinetur, nullum dubium est, quin jus Romanum iterum pedetentim vires amissurum sit, & usum forensem, præprimis cum jam sæpius ostensum fuerit, eum non esse tantum, ut hactenus communi errore fuit creditum. Cæterum totam hanc meditationem in secundis curis fusius exposui peculiari dissertatione *de Statuum Imperii potestate legislatoria contra jus Commune.*

m) Id forte iis temporibus factum, ubi exteri in ea persuasione erant, Regum titulum ab Imperatoribus Romanis esse petendum, aut ubi superioritas territorialis nondum ad id fastigium pervenerat, in quo hodie floret. Nam ratio Mevii apud Kulpisium *p. 108.* utile id esse ob

minalia leges condere possunt peculiares. Neque enim constitutio Carolina per omnia ubique observatur. *n*) Exercent etiam Ordines jus nocentibus veniam supplicii concedendi. Quod si novi quid statuendum sit, omnes obligaturum, id non nisi in Comitiis universorum consensu condi potest; nec minus Imperator, quam Ordines, eodem obstringuntur. *vid. artic. 2. capitul. Leopold.*

XIV. Judiciorum per Germaniam diversis temporibus diversa fuit ratio. Circa quæ cum accuratissime sit traditum a laudato *Conringio*, tractatu *de Germanici Imperii Judiciis*, *o*) præcipua inde excerpta

se ob præcavenda dubia, petit id quod est in principio.

n) Optandum, ut in iis, quæ spectant ad æquitatem & processum rite formandum melius observetur quam communiter, ignorantia partim & malitia judicum & advocatorum quorundam non fit. Optandum tamen etiam ut ordinatio criminalis, quatenus adhuc in multis est informe Chaos, emendetur in melius. De his quæ hic notat Dn. Kulpis. *p. 108.* judicandum ex dictis *lit. l.*

o) Istum tractatum ea methodo se expediturum

turum dicit Conringius *th. 2.* ut exponat, circa quæ fuerint occupata Judicia, tum Judices ipsi a quibus, ex quibus & quomodo fuerint constituti. Deficit autem pars potissima: Quomodo judicia fuerint peracta? quod tamen vitio non verto Conringio, cum nec Tribonianus, institutiones tamen scribens, eam expediverit. Hauriri interea poterunt nonnulla ad modum judiciorum Germaniæ facientia ex Lehmanno, Chron. Spirens. *l. 2. c. 28. 29. 30. & lib. 4. c. 21. & passim.* Cæterum in eo totus est Conringius, ut ostendat: judiciorum per Germaniam diversis temporibus diversam fuisse rationem, ac ea quæ hoc & sequente paragrapho inde excerpsit Noster, satis ostendunt, quod neuter loquatur de forma saltem judiciorum externa, seu processu judiciario, (in quo mutationem factam admittit Kulpisius *hic p. 109.*) sed de ipsa intrinseca judiciaria potestate, quod ille *d. l. & de unit. Reip. §. 19. p. 62.* negat, provocans ad regulam Lampadii, omnia imperandi jure Cæsari propria esse quæ non sint communicata, jurisdictionem vero Imperii in solo Imperatore tanquam subjecto formali ac primo residere, & separanda hic esse caute jus legum ferendarum, magistratuum item constituendorum a jurisdictione ipsa, & in hac non confundi debere notionem, jurisdictionem specialiter dictam & executionem, præprimis cum secundum Obrechtum communicatio jurium summi im-

 perii

perii sit strictæ interpretationis ; neque uno jure communicato statim ea quoque quæ sub illo continentur, censeri communicata, ac denique stylum curialem Cameræ adhuc hodie ostendere, pleraque Imperatorii nominis autoritate præscripta fieri. Vides autem facile, hæc omnia & similia, quæ in quæstione de unitate Reipublicæ Germaniæ apud Kulpisium hactenus occurrerunt, tolli responsionibus hactenus sparsim notatis, nunc in usum futuræ brevitatis hic colligendis : 1. Hæc supponere unitatem Reip. non probare, adeoque petere id quod est in principio quæstionis. 2. Miscere parum pertinenter abstractiones Metaphysicas & imo Physicas materiis Politicis. Nam abstrahere multa possumus, quæ non separatim existunt, v. g. substantiam ab accidentibus, materiam a corpore, existentiam ab essentia & vice versa. Talis est illa abstractio potestatis legislatoriæ & magistratuum constituendorum a potestate judiciaria. 3. Seductum autem esse Kulpisium & similis Juris publici scriptores cætera acutissimos, partim falsitate hypotheseos Aristotelicæ de pulcritudine Reip. mixtæ, diu a Pufendorffo & passim explosæ: partim 4. confusione separationum exercitii horum jurium in subditis, cum separatione reali eorum in fonte, qui unicus esse debet, quod simile est ac si quis a separata afficientia motus, luminis, & caloris intuitu corporum sublunarium, inferte vellet separa-

pta heic subjicere compendium laboris fuerit. Quid ergo sub Carolo M. *p*) obtinuerit, prius videamus. Familiæ regiæ cum inter se, tum adversus alios controversiæ in concilio Procerum & populi disceptabantur, *q*) nec minus causæ Procerum,

paratam horum existentiam in sole. 5. Sæpe etiam afferri ad probandas assertiones brocardica Juris civilis dubiæ veritatis, aut conclusiones inde profluentes, quorsum hic refero observationem Obrechti de stricta interpretatione communicatorum jurium &c. quæ verius negatur quam affirmatur. *Conf. in nostra Praxi Logic. caput de interpretatione.* 6. Peccari contra vulgare monitum Politicum, quod ex schematibus externis, v. g. titulo, stylo curiæ, insignibus, pompa non debeat judicari de forma Reip. † Adde differt. nostram *de jurisdictionis & Magistratuum differentia secundum mores Germanorum.*

p) Exponit etiam Conringius *a* §. *4. usque ad* §. *21.* quænam judiciorum ratio apud Germanos fuerit antequam in Francorum imperium transirent, qua primum Romanis innotuerint.

q) Conring. §. *22.* Ex quo patebit, ad mentem autoris aut ista tempora non quadrare expositionem Kulpis. *p. 111.* Causas regias a pro-

cerum, quæ quidem magni forent momenti. *r*) Minores procerum lites per Re-

proceribus discussas non tanquam a judicibus, sed arbitris, aut ea ratione, quod hodie coram propriis tribunalibus se conveniri patiuntur, etiam summi Principes, ut declaretur nempe jus Creditoris, quemadmodum loquatur Grotius. Confer quæ Feudistæ communiter de judiciis antiquis causarum Feudalium differere solent. † Existimat equidem Dn. Titius *hic in notis lit. i. n. 2.* doctrinam Kulpisii a veritate non abludere. Nam vera regum Judicia nec Conringium nec Autorem probasse. Verum ego arbitror, sententiam Conringii facile probari posse ex historicis illorum temporum.

r) Conring. §. 23. Unde tamen nolim inferre cum eodem §. 24. falsum esse quod Trithemius scribat, Duces aut Comites *Regum nutu* amobiles fuisse. Cum olim haud dubie Comites & Duces feuda non aliter acceperint, nisi quamdiu Regi placuerit. Propterea tamen Regi non fuit concessa potestas per modum judicii aut in pœnam aliquid in Duces statuendi. Hinc de *nutu* loquitur Trithemius, non de judicio. Conf. ipsum Conring. §. 25. p. 232. & §. 84. p. 302. † Adde dissertationem nostram *de Originibus feudalibus*.

s) Con-

Regem, aut ipsius Missos, (ita enim tunc vocabantur, quos hodie Commissarios, aut Visitatores, vel Delegatos extraordinarios appellare possis) dirimebantur. *s*) Pro reliquorum controversiis erant in singulis pagis seu districtibus constituti a Rege Graviones sive Judices, *t*) stipati Scabinis sive Assessoribus, ex nobilitate aut honesta plebe selectis. *u*) Hi super civilibus & criminalibus actionibus cognoscebant. *x*) Graviones porro propter pagorum amplitudinem passim per vicos sibi substitutos habebant vicarios, sive ipsorum lingua Scultesios; *y*) a quibus tamen ad istos dabatur provocatio. *z*) Sacerdotes præterea in vitiosos Christianorum mores pœnis canonicis animadvertebant. *a*) Episcopis in Clericos & Mo-

s) Conring. §. 24.

t) Conring. §. 25.

u) Conr. §. 26. Adde Brummerum *de Scabinis*.

x) Conring. §. 28.

y) Conring. §. 27.

z) Illa olim sub nomine blasphemiæ veniebat, & blasphemare pro appellare in capitularibus. Conf. Conr. §. 29.

a) Conring. §. 30. ubi vide rigidum effectum

& Monachos jurisdictio. *b*) Ipsos Episcopos apud Metropolitanum, aut in Synodo deferri moris erat; *c*) etsi paulatim ad Pontificem Romanum ob istius sedis autoritatem provocationes fieri cœptæ. *) *d*) Imo & Laicorum causæ promiscue ad Episcopos devolutæ, ab initio, uti videtur, fere ex compromisso, propter sanctimoniæ & integritatis opinionem. *e*) De bonis autem sacris judicium non erat penes Clericos, sed penes Adv ocatos sive Vicedominos, peculiariter a Regibus constitutos: adeoqve Clericorum personæ Judicio Cleri, bona eorundem judicio Advocatorum Laicorum suberant. *f*) Ab hisce judicibus provocabatur tum ad missos Regios,

ctum excommunicationis longe abeuntis ab excommunicatione Apostolica.

b) Conring. §. *31*.

c) Conring. §. *32*.

*) Addit editio posth. *Ab initio uti videtur fere ex compromisso* atque hæc eadem verba paulo post in illo loco iterum omittit.

d) Conring. §. *33*.

e) Conring. §. *34*.

f) Conring. §. *35*. Adde Magerum *de advocatia armata*.

g) Conr.

gios, *g*) qui certis temporibus Provincias circumibant, tum ad ipsum Regis palatium; ubi super provocatione cognoscebat ipse Rex, aut Comes Palatinus, cujus etiam erat, dirimere causas in ipsa Aula enatas. Provocare tamen non temere concessum, nisi ubi Graviones aut missi justitiam administrare detrectaverant. *h*) Omnia tamen brevissimo & planissimo processu, & per paucas audientias terminata. Sic ut in hac judiciorum forma nihil possis desiderare nisi provocationes Clericorum ad Pontificem, sanctissimum quidem illum, *) sed tamen extra Germanorum Rempublicam constitutum. *i*)

XV. In hisce successu temporum pleraque mutata. Causas regias post Auream Bullam ad se solos fere revocarunt Electores. *l*) Pontifex quoque in Caesares

g) Conr. §. *36.* & de horum Missorum officio §. *37. item p. 87. 88.*

h) Conring. §. *38. 39.*

*) Haec verba: *Sanctissimum quidem illum* in editione posthuma sunt omissa.

i) Conring. §. *41.*

l) Conring. §. *44.* initio [† Ubi de depositione

res eousque ſibi poteſtatem ſumſit, ut ipſos excommunicare, & ſubjectos ab obſequio liberos pronunciare non dubitaverit; Imperatorem inſuper vaſallum, & Imperium feudum ſuum jactans. *m*) Circa Principum cauſas illud ex antiquo more manſit, quod iſtæ nunquam ſolius Regis judicio fuerint permiſſæ, ſed in conventu Procerum deciſæ, proceſſu ſimplici ac brevi, & ex æquo & bono. *n*) Et, ſi quando intra proximum potiſſimum ſeculum Imperatores ſibi ſolis poteſtatem ſum-

tione Wenceslai agit] ex quo patebit, Autorem non reſpexiſſe ad ea quæ dicuntur in A. B. *c. 5.* *§. 3.* de judicio Comitis Palatini in ſpecie, quapropter cadit cenſura & obſervatio Kulpiſii hic. *p. 112. ſeq.*

m) Conring. *§. 44. 45. 46. 47.* Etſi vero jam tempore Friderici I. Papæ Imperium eſſe feudum volenti contradictum ſit, & excommunicationes Imperatorum non ex vi judiciaria ſed vicariatus Chriſti jactati jure profluxiſſe, noter Kulpiſ. *p. 113.* tamen quilibet videt, Pontificem vi iſtius Vicariatus prætendiſſe etiam jus judiciarium, & ante reformationem diu ſatis id perſuaſiſſe Laicis.

n) Conring. *§. 48. 49. 50. 51. 52.*

o) Con-

sumsere judicandi circa personas & feuda Principum, animosiores Ordinum constanter contradixerunt. *o*) Quin si alia deessent testimonia, universi structura Imperii satis arguit, solius Cæsaris arbitrio tanti momenti cognitiones relinqui non

o) Conring. *th. 65.* suppeditabit exempla Imperatorum a temporibus Maximiliani I. talia subinde tentantium, qui simul putat, Ordines Imperii ultra seculum non contradixisse, & ita judicia talia hodie esse tantum non παμβασιλικὰ Huic itaque sententiæ Conringii hic contradicit autor, & de quæstione præjudiciali de jure principuum von Fürstenrecht sententiam suam dicit, cui accedo per ea, quæ succincte sed erudite hic congessit Schvvederus *Part. Spec. Sect. 1. c. 9.* §. 11. 12. ubi ostendit hanc sententiam principiis & juris Feudalis & juris publici esse convenientiorem. Facit huc potissimum *Instrum. Pac. art. 5.* §. *20. junct. Capitul. Leopold. art. 39. circa finem. Conf. dicta superius hoc capite* §. *6. & ibi notata.* Adde Kulpis. p. 114. qui ex hypothesi de unitate Reip. jus statuum per distinctionem inter id, quod consilii causa & necessitate juris factum, item inter jus & exercitium aut modum elevare, & conceptui causæ minus principalis involvere voluit. Etsi autem non diffiteamur, illas distinctiones convenire stylo curiæ anno 1623. adhuc in au-

posse. *) Sic ut adulationis manifesti sint, qui Germanis dictum das Fürstenrecht, sive Judicium Principum, inane figmentum vocare sunt ausi. **) Id tamen deinceps introductum, ut pleræque Principum familiæ, quos & Urbes liberæ sunt imitatæ, judi-

lis Electorum, etiam Protestantium, receptæ, (propter exemplum a Kulp. *d. p.* 114. adductum) tamen id haud dubie factum est, quod concipientes & Consiliarii imbuti fuerint sacris Politicæ Aristotelicæ, quæ tum regnabat unice in Germania. Sed hodie post tempora Capitulationum novissimarum, & liberiorem philosophiam nunc receptam & in aulis Statuum gratiorem, Electores aut Status Protestantes vix formulis similibus utentur. Ut taceam, stilum curiæ non probare quæstiones Politicas.

*) Addit editio posth. *Saltem ut Electores in Consilium adhibere necessum sit.*

**) Duæ sunt quæstiones distinctæ: An judicium Principum olim extiterit? & an hodienum existat. Autor ad primam hic videtur saltem respexisse. De posteriore agit Dn. Titius *hic lit. r. &* latius *in Specim. Jur. publ. l. 7. c. 1. §. 22.* seq. ubi putat §. *28.* post tempora Maximiliani I. hoc Consilium Principum per judicium aulicum videri esse expunctum, culpa statuum & eorum proprio consensu, dum causas majoris momenti ad id judicium detulerint

udicia sibi arbitraria constituerint. Teuones sua lingua Austrægas vocant; quorum origo probabiliter refertur ad extrema Friderici II. tempora & magnum illud Interregnum. *p*) Martem quoque sæpe numero arbitrum sumsere, quibus potentia magis sua, quam causa, placuit. *q*) Id quoque a recentiore tempore, quod

lerint, vel deferri passi sint. Mihi media sententia hic placet, scilicet non doceri quidem posse, post tempora Maximiliani I. existentiam hujus judicii Principum, per exercitium alicujus actus solennis eo pertinentis; Sed propterea tamen dicere nollem, id per judicium Aulicum esse expunctum: multo minus quod per Consensum statuum id factum fuerit. Præterquam enim quod non posit ostendi casus, ubi Status controversiam de vita & honore alterius Status (de quibus causis majoris momenti hic potissimum sermo est) ad judicium aulicum detulerit, aut reus deferri passus sit, (scilicet sine contradictione aliorum Statuum) talis etiam consensus particularis non posset tanquam res inter alios acta præjudicium facere aliis Statibus,

p) Vide *infra* §.*19*.qui de Austregis ex professo agit.Conf.interimConring.*th. 93.junct. th.53. seq.*

q) Conring, §. 54. quod post tempora Maximiliani in melius mutatum esse putat. §. *58.*

Uti-

non ipsi Cæsares ac Principes causarum cognitionem suscipere, sed eandem in Ministros suos rejicere soleant legum peritos. Quod non potuit non evenire, postquam pro simplicibus consvetudinibus patriis intricatæ leges Pontificiæ & Romanæ subierunt, quas Principibus addiscere, summi instar supplicii futurum erat. r)

XVI. Circa Clericos illud mutatum, quod Episcoporum causæ personales paulatim omnes Romam sint pertractæ, neglecta Metropolitanorum & Synodorum provincialium autoritate, sic ut Clericorum personæ *) omnes judiciis secularium eximerentur. s) Id quod apud Protestantes mutatum Catholici adhuc retinent. Etsi Carolus V. & quidam alii, Pontifice inconsulto & ringente, circa Religionem nonnulla disposuerint, & in per-

Utinam! Fateor ab eo tempore controversias legitimis judiciis passim submissas esse. Sed au etiam legitime & sine armis finitæ? Annon plures ne quidem submissæ?

r) Conring. §. 59. unde simul orta diuturnitas litium: Conring. §. 60. Conf. §. 70. 81.

*) Nescio ob quam causam hoc comma omissum sit in editione posthuma.

s) Conring. §. 66. 67. 68.

t) Con-

personas Clericorum manus injecerint. t) Tempore quoque Friderici II. & deinceps plerique Clerici liberam suorum bonorum administrationem, excussis Advocatis, sibi asseruerunt. Subsunt tamen Ecclesiastici Ordines Imperio ratione feudorum suorum & Regalium, quibus multari possunt, si in pacem publicam aliasque Imperii leges atrociter deliquerint. u) Monachi quoad personalia seculo Caroli Magni sub Episcoporum erant jurisdictione; cui deinceps antiqua quædam Monasteria exempta, & immediate Pontifici subjecta. Novi Ordines circa seculum decimum tertium & deinceps exorti, suis Provincialibus & Generalibus subiecti, unius Papæ supremam agnoscunt jurisdictionem, premendæ, uti apparet, veterum Episcoporum autoritati. Bonorum administratio ab initio ut plurimum Advocatis commissa, a quibus successu temporis aliqua cœnobia exemta: plura in antiquo statu permansere. Pauca quoque ab oneribus publicis immunia facta. x)

Ee 3 XXVII.

t) Conring. §. 69.
u) Conring §. 71. 72, 73. Kulpis. p. 115.
x) Conring. §. 74. 75. y)

XVII, Causæ plebejorum *) seculares jam tum seculo Caroli M. vel coram Episcopali audientia, quæ deinceps late pomœria protulit, *y*) vel in foro seculari agitabantur. Heic adeundi primum Scabini, qui antiquissimis temporibus per pagos atque vicos constituti. Ab his ad Graviones seu Comites ibatur, quorum potestatem post multi Duces & Episcopi invasere. A Comitibus dabatur provocatio ad Missos Regios, & demum ad ipsum Regem, qui in Aula ultimo lites decidebat. *z*) Enimvero cum seculo quinto decimo appellationes fieri cœpissent frequentissimæ ob introductas processus ambages, & per rabularum nequitiam, iis commodius excutiendis deliberatum fuit de amplissimo aliquo & stato Tribunali constituendo, quod demum Spiræ fixam sedem

*) Per Plebejos hic iterum non intellige rusticos, qui sunt in potestate dominica, quæ hodie novo vocabulo jurisdictionis patrimonialis insignitur, sed nobiles & cives urbicos per dicta supra. *ad* §. *2. verbis universo populo.* Conf. §. *14. verbis pro reliquorum Controversiis.*

y) Conring. §. *30. 34. 80.*

z) Conring. §. *82. seq.*

a) Con-

ſedem accepit. Sic ut illi cauſam dederit,**) non quod Aula Cæſaris fere ambulatoria foret, ſed quod tanta litium moles ſeparato in loco commodiſſime videretur expediri poſſe. *a*)

XIIX. Moderna per Germaniam Judicia *b*) ſic ſe habent. Privatus cum privato litigaturus, in prima inſtantia Prætorem adit ejus urbis aut vici, ubi degit, niſi alter privilegio ſit munitus. Inde in omnibus, quos novi, principatibus eſt ſuperius aliquod Tribunal., toti provinciæ commune, (ipſi Curiam Aulicam aut

**) Primaria cauſa conſtituendæ Cameræ Spirenſis fuit, ut tandem aliquando poſſet juſta conſtitutio pacis publicæ cum ſpe ſucceſſus promulgari. Vide opus Dattii *de pace publica.* Vereor enim, ut illo tempore tantæ ambages proceſſuum fuerint, cum hæ demum per ipſas ordinationes Camerales fuerint introductæ.

a) Conring. §. *97. 98. 99.*

b) Proceſſus modernus in Germania non uniformis, ex incertis & parum cohærentibus juribus connexus ac undique miſer eſt. Medela per receſſum imperii noviſſimum & alias emendationes quæſita non obtenta, quamvis id recte quidem notet Kulpiſ. *p. 116. ſeq.* quem hic

provincialem vocant,) ad quod ab iſtis provocatur. Pleræque tamen Urbes liberæ ſuam jurisdictionem unica inſtantia abſolvunt. *c*) Communia toti Imperio Judicia ſunt Camera Spirenſis, & Curia Aulica Cæſarea. *d*) Verum gaudent quidam Ordines hoc jure, ne ipſorum ſubditi omnino ad iſta ſuprema Tribunalia poſſint provocare; uti ſunt Electores. Etſi circa Eccleſiaſticos quidam dubium voluerunt movere; magis tamen, an exerceant illud jus, quam an habeant. *e*) Item domus

hic confer, poſt emendationes illas non habere rationem Saxones, ut proceſſum in ſuis foris receptum Camerali præferant. Nam uterque ſuis incommodis & miſeriis laborat, a quibus nulla ſpes emergendi, † per Leges, ſed per mores contrarios pedetentim introducendos.

c) Videndum annon multæ gaudeant duplici, Ober- und Untergericht / vel Hohen- und Niedergericht.

d) Conring, §. *99. 100.*

e) Præoccupavi jam hac de re dicere *ad Cap. IV.* §. *7. lit. l. p. 207.* Conf. Kulpiſ. *p. 118. ſeq.* ubi putat tamen Status ab *appellatione juridica* exemtos, ſubeſſe tamen *appellationi politicæ*. h. e. ſubjici jurisdictioni Cæſareæ per *ſupplicationem* aut

domus Austriaca, *f*) & Rex Svediæ ratione provinciarum Germanicarum: vid. *Instrumentum Pacis VVestphalicæ. cap. X. §. 12.* qui Wismariæ Tribunal erexit, in quo appellationes, alias Spiram *) aut in Curiam Aulicam devolvi solitæ, terminentur. *add. capit. Leopold. art. 27. & 28.* Hoc tamen omnibus, quantum mihi constat, Ordinibus est commune, ut ab illis provo-

Ee 5 catio

aut alium modum dependentiam inferentem idque vel ex eo patere, quod hoc per modum *privilegii* obtineant. Sed haud dubie constat, sententiam Mevii ab ipso Kulpisio adductam: ne quidem supplicationem loco appellationis hic licitam esse, praxi communi Imperii esse conformiorem, etsi locus detur querelæ super denegata justitia, quæ tamen rarissime vel adhibetur, vel effectu aliquo gaudet. Dependentiam vero Statuum uti nemo negavit, ita a dependentia ad subjectionem non licet inferre. Reliqua quæ hic adversus Mevium disputat *Kulpis. p. 120.* facile responsionem capiunt ex *dictis ad §. 14. lit. o.* † Adde Dn. Titium *hic lit. d. n. 3.*

f) Ex tabulis Friderici I. Kulpis. *p. 118.* sed vide notata supra *ad cap. 2. §. 4.*

*) Edit. posth. *ad earum quondam Provinciarum principes aut Spiram &c.*

g) Illa

catio non fit, nisi litis æstimatio certam pecuniæ summam excedat; quæ summa tamen alibi major, alibi minor. *g*) Criminalem autem jurisdictionem non solum Ordines Imperii, sed etiam municipia quædam ac Nobiles plurimi citra provocationem exercent. *h*)

XIX. Quodsi ipsis Ordinibus inter se lis sit, plerique eorum in prima instantia adeunt arbitros sive Austrægas. *i*) Eorum aliqui conventione certorum Ordinum peculiari constituti sunt, alii ex communi dispositione legum publicarum dependent. Origo prima eorundem in obscuro est.

g) Illa variatio summæ non in eo est, quod Autor omnibus commune esse ait, hic enim olim ex Ord. Cam. *P. 2. tit. 58. §. 4.* ad quinquaginta florenos, hodie ex Recessu noviss. *de ann. 1654. §. 112.* ad quadringentos Imperiales summa determinata est, infra quam nulla appellatio in Judiciis supremis admittitur. At in privilegiis limitatis summa amplioris quantitatis variat. *Conf. Kulpis. p. 121. supra not. lit. l. d. p. 207.*

h) Kulpis. *p. 121.* Loco Appellationis defensio concessa. Nota eapropter controversia inter Carpzovium & Oldekopium.

i) Conring. *§. 53. 61. 62.* Kulpis. *p. 122.*

*) Vide

est. Vero quam proxime videntur accedere, qui eosdem ad Friderici II. tempora & Interregnum illud magnum referunt, uti jamjam dictum. Sic ergo istorum autor, quod quidam volunt, non est Maximilianus I. etsi iste novam ipsis formam dederit, quæ extat in Ordinatione Cameræ anno 1495. Wormatiæ conscripta. Ex variis, qui ibidem recensentur, Austrægarum modis duo potissimum frequentantur; ut vel reus tres denominet Principes, aliosque Ordines, ex quibus unus ab actore eligatur; vel ab Imperatore Commissarii, unus pluresve impetrentur. Sunt tamen quædam causæ, quæ non ad Austrægas pertinent, sed statim ad Cameram aut Judicium Aulicum sunt deferendæ, quas passim in vulgaribus libellis enumerari videas. *) Comitantur autem Austrægas hæc incommoda, quod ab illis provocari queat ad Cameram & Judicium Aulicum, adeoque paucæ lites ibi finiantur; quodque multi sumtus requirantur, dum muneribus demulcendi, lauteque tractandi Commissarii Principum

*) Vide e. g. Dn. Coccej. *Cap. 32. n. 10. seq.*

l) Con-

pum arbitrorum. Accedit, quod semestre aut annuum spatium sit præfinitùm judicio Austrægarum, intra quod litem majoris momenti finiri, portentum in Germania foret.

XX. Supremum Germaniæ Tribunal est Camera, cui Spiræ sedes fixa, quæ primum consensu Ordinum instituta a Maximiliano I. anno 1495. Hæc etsi in decretis ac sententiis suis solius Imperatoris nomen præ se fert; rectius tamen illi, qui eandem non abs solo Imperatore, sed & ab universis Ordinibus dependere, eorumque autoritate jus dicere *l*) asserunt. Præ-

l) Confundi constitutionem Cameræ cum ejus jurisdictione notat Dn. Kulpis. *p. 123*, ipse vero cum Lampadio ea sic distinguit, quod *constitutio* Cameræ quoad *subjectum, modum & formam expediendæ jurisdictionis* communi Statuum & Cæsaris autoritate facta sit, *ipsam vero jurisdictionem* a solo Cæsare acceperit. Ego nihil muto, & potius miror, Viros eruditos amore Scholasticæ doctrinæ de Republica mixta & separatione aut potius abstractione particularum majestatis, aut hypotheseos non probandæ de unitate Reip. Germaniæ in tantum excæcari posse, ut non sentiant, Cæsari per istas abstra-

Præsidem huicjudicio constituit Cæsar virum Principem, aut saltem Comitem vel Baronem. *m*) In Pacificatione Osnabrugensi conventum, *n*) ut deinceps sub primario illo Præside, quem judicem Cameræ vocant, essent quatuor Præsides inferiores a Cæsare constituendi, & in universum L. Assessores quorum XXVI. religioni Catholicæ, XXIV. religioni Protestantium forent addicti. Scilicet ut tolleretur Protestantibus materia querendi, quasi, prævalente numero *o*) Assessorum Ca-

abstractiones nihil, nisi mera rationis entia relinqui, & v.g. h l. jurisdictionem sine subjecto, forma & modo. Jam quærerem jurisdictio talis quid sit?

m) Adde Kulpis. *p. 124.*

n) *Vide §. 53. art. 5.* ubi etiam agitur de translatione Cameræ ad commodiorem locum futuris Comitiis reservanda. Attulit eam in rem memorialia quædam Kulpis. *p. 127. seqq.* Præ reliquis civitatibus de Wezlaria, Friedberga ac Svinfurto consultatum. Sed res tum effectu caruit, donec violentia belli Gallici cogeret consilio subitaneo Wezlariam eligere.

o) Sed & sic tamen prævalet. † Adde Dn. Titium *hic lit. m.*

p) Adde

Catholicorum ipsi justitiam experirentur minus faventem. Quamquam hodie ne dimidia quidem pars istius numeri sit expleta, *p*) plerisque Principum tardis circa sufficiendos Assessores aut conferenda eorundem salaria; quod ipsorum aures imperiosas ejus Tribunalis sententias, utut raro ultra verba procedentes, ferre aversentur. Qui accuratam ejus Judicii formam cognoscere avet, ei omnino legenda est Ordinatio Cameræ; Recessibus Imperii inserta. *q*) Vulgo lites Spiræ dicuntur spirare, sed nunquam exspirare; cujus rei causa est tum immensæ ambages processus, tum causarum multitudo & paucitas Assessorum; *r*) sed inprimis, quia deficit ut plurimum facultas exequendi sententias. *s*) Inde qui propriæ confidunt potentiæ, susque deque habent, quid Spirenses pronuncient. Et his ipsis tan-

p) Adde Kulpis. *p. 125.* ubi docet, monitum esse a quibusdam de reducendo numero Assessorum ad viginti quatuor aut sex.

q) Adde Kulpis. *p. 125.*

r) Conring. *de judic. Reip. Germ. §. 99.* † Sed repeti modo notata *lit. p.*

s) Vide dicta *supra ad §. 6. lit. e. p. 233.*

t) Kul-

tantum salis est, ut, quod superest autoritatis, non temere velint prodigere, sententias dicendo validioribus ludibrium debituras. Imbelles tamen muscas heic, ut & in aliis Tribunalibus, irretiri mos est. Circa defectus Cameræ *t*) emendandos multa sunt constituta in Recessu Imperii anno 1654. A Camera non datur provocatio; sed si quis gravatum se putat, revisionem potest petere: quæ tamen, quantum mihi constat, alto adhuc somno composita quiescit. *u*)

XXI. Est quoque in Aula Cæsarea Judicium, quod pari se potestate cum Camera Spirensi fert, sic ut, quæ in illo moventur lites, ad hanc non possint trahi, & vice versa. *x*) Ejus leges primum Ferdinandus Cæsar promulgavit anno 1549. auxit Maximilianus II. plane innovavit Matthias anno 1614. *y*) sed & quædam inter-

t) Kulpis. *125. seq.*

u) Conring. *d. l. th. 99.* Maurit. citatus Kulpisio *p. 126.* Adde Swederum *Part. Spec. Sect. 1. c. 13. p. 446. seq.*

x) Olim disputatum fuit de concurrentia jurisdictionis. Conring. *n. 100.* Kulpisius *p. 144.*

y) Desumta hæc ex Conring. *d. th.* 100. Neuter

interpolata per Ferdinandum Tertium in Comitiis Ratisbonensibus anno 1654. vid. *Instrumentum Pacis art. 5. §. 20. & art. 41. 42. 43. capitul. Leopold.* Id Judicium a solo habenus Imperatore dependit, utut Moguntinus tanquam Cancellarius Imperii, in eodem revisionis sibi jus asserat. z) Causam instituti a) ejus Judicii divinando assequi, non ita arduum est. Scilicet

---

ter dicit Judicium hoc cœpisse temporibus Ferdinandi, imo Conringius notat Judicium hoc *mansisse superstes*, unde non obstat quod Kulpis. notet *p. 145.* a Ferdinando & seqq. saltem in concinniorem formam redactum esse hoc judicium, qui & loca ordinationum supplet.

z) Kulpis. *p. 146.* etiam illos refutat, qui putant judicii hujus assessores Moguntino juramento esse obstrictos.

a) i. e. ut modo notavimus, in formam novam redacti. † Unde editio posthuma sic emendavit. *Causam vel instituti vel instaurati solenniusque adornati ejus judicii* &c. Neque omittenda observatio Dn. Titii de controversa origine hujus judicii *in notis hic lit. y.* Videntur tamen diversæ sententiæ commode conciliari posse, si pro diversa judicii potestate diversam asseramus originem, quo etiam indi-

cet *b*) ægre ferebant Auſtriaci, dum Spiræ ſuper Adpellationibus aliisque graviſſimis cauſis cognoſcitur, ibique juſtitia imploratur, Aulam ſuam minus frequentari. Nam & in eo maxime reſplendet imperantium majeſtas, quod ad illos confugiant, qui ſuper jure ſuo conſequendo aut repellenda injuria laborant:

clinat Autoris philoſophia. Nimirum judicium Aulicum quod ad cauſas ſubditorum aut controverſias Procerum minores pertinet, ac hoc reſpectu *vulgare* dici poteſt, Reipublicæ Germanicæ videtur coævum. Quatenus vero facultatem judicandi de vita ac fortunis Statuum ſibi arrogat, ac eo ſenſu *eminens* poteſt vocari, a temporibus Caroli V. repetendum erit.

b) Deſumta hæc eſſe ex invidioſa philoſophia Hippolithia Lapide notat Kulpiſ. *p. 146.* ſed non omne invidioſum falſum. Male id habere Evangelicos dicit Conring. *d. th. 100.* quod in judicii hujus ſenatum hodie ſoli fere Pontificii cooptentur. Adde (ex praxi hodierna) aut tales cooptentur ex Proteſtantibus, quorum ob abſentiam aut alias cauſas non timetur autoritas. Retulerunt alii: frequenter in ore Cleſelii cardinalis fuiſſe: non eſſe opus, ut Cæſar bellum in proteſtantes gerat, ſed ſufficere, ſi in proceſſibus adverſas iſtis ſententias ferat. † Quod dictum etiam refertur in Edit. poſthuma.

& cui justitiæ oracula interpretari datum facile ab eadem Diva impetrabit, ut ne aliquid respondeat, quod commodis ipsius adversetur. Camera porro Spirensis, præterquam quod ab universo imperio dependeret, consilium erat ab aula Cæsarea remotum, Rhenoque suo affixum, qua Danubius flueret, parum videbatur curare. Controversiæ porro ordinum, propter mutatam juris rationem, non ita commode, ut olim in comitiis, expediri poterant. Eas ergo si ad se solum trahere posset Cæsar, receptis etiam privatorum provocationibus, firmum *) sibi gradum strui videbat ad comparandam paulatim in Ordines potestatem Regiam. Nec deerat plausibilis prætextus tali judicio instituendo. Quare namque in Capitulatione promiserat, se omnibus justitiam administraturum, c) si omnes ipso præterito Spiram cursum intenderent? Accedebat, quod Ju-

*) Duriora hæc verba sic emendata leges in edit. posth. *magnam ordinibus necessitatem imposuerat, majestatem ipsius colendi.*

c) Hoc tamen aliter exponit Lampadius. Kulpis. *p. 146.* † Sed vide Dn. Titium *hic lit. a. n. 2.*

d) Un-

Judicium illud Aulicum lentissimo sese processui haud adstrictum profiteretur. Unde volupe erat brevi lite posse defungi, si cui ejusdem favorem mereri contingerat. Nam Spirensibus, ne si velint quidem, etiam in liquidissimis causis, ambages illas præcidere licet. *d.*) Profundius adhuc genium illius Judicii penetrabit, qui consideraverit, esse præterea secretius sive sanctius Consilium in Aula Cæsaris, in quo negotia summam Reipubl. spectantia potissimum tractari solent. Causæ igitur controversæ in Judicio Aulico prius disceptantur, & ubi adspectus quidam politici intervenerint, ad Cæsarem transmittuntur, adjuncto, quid sibi super iis videatur. Hinc causæ denuo in secretiori isto Consilio proponuntur, ubi non tam juris, quam Status rationes ponderantur, puta, num Cæsari *) expediat, talem sententiam ferri, an & quam commode executio possit fieri. Si circa

d) Unde non obstant sententiæ Mauritii, Bœcleri, Kulpisii *p. 146.* istud commodis judicii Aulici adscribentium.

*) Addit. Edit. posth. *aut Imperio.*

e) Ple-

talia scrupulus occurrat, sententiæ pronunciatio suspenditur. e) Illud tamen credere vix ausim, f) Assessores ejus Judicii non valde indignari, si partes per largitiones ipsorum gratiæ conentur adrepere. Etsi, ut hac sese suspicione liberarent, multis consultum videtur, si litigantibus indicare erubescerent, cuinam ipsorum causam in Senatu referre sit injunctum.

XXII. Circa executionem g) sententiarum in summis hisce Tribunalibus dictarum ita fere proceditur. Primo, senten-

e) Plenam hoc prudentiæ laudem habere notat Bœcl. *Not. imp. lib. 13. c. 4.* Sed nec hoc Autori adversum. † Sed promittit tamen Imperator in capitulatione, quod nolit permittere, ut Consilium Secretius se immisceat causis & negotiis ad Judicium Aulicum pertinentibus Dn. Tit. *hic lit. c. n. 2.*

f) Poterat hoc scomma omitti. Vitium hoc commune totius orbis judiciis est, & odiosa haud dubie foret hac parte comparatio inter Assessores Cameræ & judicii Aulici. † Unde & totus hic versiculus omissus est in editione posthuma.

g) Adde Kulpis. *p. 147.* Confer *dicta ad §. p. ac-ced. lit. f.*

*) An

tentiæ ut pareatur, condemnato injungitur, sub comminatione certæ summæ marcarum auri puri, partim fisco, partim victori solvendarum. Si tergiversatus iste fuerit, multa intenditur. Si quis minas contemnere perrexerit, banno sive proscriptione afficitur, ac vi armata in ordinem redigitur. Et quidem si alicui Ordinum subjectus sit, executio eidem mandatur, cui damnatus subest. Si damnatus ex Ordinum numero fuerit, executio mandatur præfecto circuli, *) aut uni alterive Ordini ejusdem circuli, cujus membrum iste damnatus est. Si circulus unus parum sit validus cogendo damnato, duobus aut tribus ea res committitur. Verum rarius contingunt ejusmodi executiones; & magis est ex commodo Germaniæ, ordinumque liberta-

 te,

*) An Cæsar præcise executionem Circulis mandare debeat, quæsitum maxime fuit ·stro tempore in controversia Megapolitanæ ·ccessionis, pro negativa scribente Mulzio, pro ·rmativa Illustri Coccejo & B. Strykio, ·m & pro libertate Academica peculiari ·ertatione defendi. Conf. Dn. Tit. *hic lit. f.*

h) Au-

te, ut tanti momenti lites arbitrorum interventu componantur.

XXIII. Denique si quid incidat, quod summam Reipubl. spectat, de eo hautquidquam licet Imperatori pro lubitu statuere; sed in Comitiis, *h*) sive universorum Ordinum conventu, ejusmodi negotium est proponendum, & ex consensu eorundem definiendum. Vid. *capitul. Leopold. art. 39. sub fin.* De his quia satis accurate a Scriptoribus Germanis traditur, nos summa tantum capita delibabimus. Indicere Comitia, *i*) solius quidem est Imperatoris, ita tamen, ut literis, vel per legatum, consensus Electorum sit requirendus, etiam super eorundem loco & tempore. vid. *art. 17. capitul. Leopold.* Possunt etiam Electores Imperatorem admonere de habendis Comitiis, si usus Germaniæ videatur exigere. *l*) Quia vero

h) Autores in materia de Comitiis videndos, adducit Kulpisius *p. 148*.

i) Quomodo per Capitulationes libertas Imperatorum antiqua indicendi Comitia a temporibus Caroli V. pedetentim magis magisque sit restricta, indicat Kulpis. *p. 149*.

l) Continetur & hoc in capitulationibus. *Vid. Cap. Josephi art. 16.* *m*) *A.*

vero eadem multo Statuum sumtu celebrantur, expresse Capit. Leop. d. l. cautum fuit, ne Imperator ipsos, habitis præter necessitatem Comitiis, gravaret. Per Interregnum Comitia indicere, penes Vicarios Imperii erit, *m*) & absente Imperatore penes Regem Romanorum, si quis tunc extiterit. Indictio non fit publico & generali aliquo edicto, sed per literas manu exaratas, aut impressas, singulis Ordinibus insinuandas, quæ concipiuntur verbis blandam potius invitationem, quam imperiosam citationem, præ se ferentibus. *n*) Et isthæc indictio fere per semestre spatium antecedit Comitia, ut per otium de rebus ibi tractandis meditari possint Ordines.

m) *A. B. tit. 5.* Kulpis. *d. p. 149.*

n) Et hoc olim aliter se habebat Kulpis. *d. p. 149.* Adde Autorem der Grundfeste *p. 18. & 19,* ubi monet, quod jam *anno 1608.* graviter tulerint Status vocem *citationis*. Et mallem adeo consentire Bertramo neganti contra Limnæum, quod Status hodie non minus ac olim æqualiter literis indicentibus Comitia obligentur, quos utrosque citat Kulpis. *d. l.*

XXIV. Priscis temporibus per singulos annos *o*) Comitia fuisse habita, nec ultra mensem *p*) durasse, antiquitatum Germanicarum peritis probabile videtur. Hodie quoties & quamdiu *q*) eadem celebra-

o) De tempore & duratione Comitiorum vide graviter differentem Autorem der Grundfeste *Part. 1. c.3.*

p) Hæc olim Anno 1495. *vid. d. Autor p. 16.* Da waren gantz andere Zeiten. Ibi Comitia Provincialia (Landtäge) durabant die, vel potius aliquot horis. Mane hora octava Propositio fiebat. Hora nona incipiebant deliberare Status. Hora undecima cunctantibus iis in deliberatione adventabat Stultus Aulæ (der Hoffnarr) & urgebat eos: Williget ihr Herren/ die Schöpskeulen werden sonst verbraten. Hodie cum Dies Provinciales aliquot Menses durare soleant, non mirandum quod Diætæ Imperiales tamdiu protrahantur. Quamvis non diffitendum, diversas utrobique protractionum causas esse. † Non ultra triduum Comitia olim regulariter durasse docet Lehman *Chron. Spir. l. 5. c. 32. p. m. 400.* ex Lamberto vel ut rem notatu dignam, narrans, quod Comitia anno 1076. d. 16. Octobr. Treviri instituta, per integros septem dies ob materiæ tractandæ gravitatem, fuerint habita. Dn. Tit. *hic lit. m.*

q) De hodiernis utique diætis & potissimum

branda, nihil certi constitutum, sed ista omnia necessitatibus Reipubl. definiuntur; saltem *) ita fieri debebat. Judicant tamen aliqui, expedire Ordinum libertati, si certum intra tempus, puta singulis trienniis, omnino Comitia essent celebranda, ubi tamen necessarium foret, tarda negotiorum molimina, nec minus ingentes sumtus, in compendium redigere. r) Etsi suspicantur nonnulli, moras

mum post instrumentum Pacis valet, quod adducit dictus autor *p.27.* Germanorum diætas esse fœcundas & quamlibet in ventre habere aliam, ac credibile esse, quia fœmininum sit nomen, libenter imprægnari diætas & parturire. Quamvis præsentia Comitia ita videantur esse comparata, ut ob gravitatem ac multiplicitatem negotiorum, non videantur concipere posse, ac de partu eorum ac Recessu Imperii nescio an desperandum, aut quid, & quanto sperari possit.

*] Editio posthuma hæc verba; usque ad verba *efficacissima media creduntur*, omisit.

r) Conf. dict. Autor. *d.l.p.30. & 31.* Ubi prætea etiam miratur, cur Electores in Capitulationibus repetierint, quod non debeant mit Reichstägen unnothdürfftiglich beladen werden

den/ cum tameu Romani Imperatores post Carolum V. non ita faciles fuerint in indicendis Comitiis uti Maximilianus I. & eleganter addit: Hat fast eine Beschaffenheit / wie mit der Evangelischen Lehre von guten Wercken / wormit D. Luther zu seiner Zeit bey dem gemeinen Volck viel zu thun hatte / damit er ihnen den eingebildeten Verdienst derselben aus dem Sinn bringen möchte. Wenn er aber jetzo wieder aufferstehen / und / wie fast niemand einiges guten Wercks GOTT zu Lob sich beflisse / sehen solte / würde er sonder Zweiffel seine Predigt dißfalls anders einrichten. †) Habes adeo hic exemplum, quod non facile expungi soleat, quod semel insertum est capitulationi. Confer Limneum ad *Capitul. Carol. V. art. 12.* Exegerant etiam Status in suis monitis, ut Electores Capitulationibus insererent, quo Cæsar minimum singulis sexenniis, ac alias, quoties utilitas imperii id exegerit, Comitia instituat. Sed Electores hactenus id monitum non attenderunt, ac juxta receptum stilum, a frequenti Comitiorum indictione Cæsarem desistere saltem jusserunt, in quod invehitur *Autor* der Grundfeste *p. 103.* Sed videtur affectibus in transversum actus, nam inter duo illa nulla est pugna: Poterit Cæsar statibus molestus esse *vel nimis frequentia, vel nulla* Comitia indicendo, priori abusui occurrerunt Electores, posteriori monitum suum opponi voluerunt Status. Ut ut ergo hoc

ras istas & impensas e re Cæsaris esse, *s*) ut earundem tædio fessi Ordines a Comitiis adhorrere incipiant; quæ alias libertatis servandæ efficacissima media creduntur. Circa locum *t*) Comitiorum in Aurea Bulla quidem dispositum, ut prima Comitia Noribergæ habeantur. *) Id

hoc forsitan non recte hactenus neglectum sit, ideo tamen prior dispositio reprehendi non debet. Dn. Titius *hic. lit n.*

s) Hic quidem puto Cæsarem facile defendi posse per ea quæ habet Kulpis. *p. 150.* †)Excerpsit rationes Kulpisii Dn. Titius *hic lit. o n.* 1. ubi simul addit *n 2.* Aliis tamen conjectura autoris non improbabilis videtur, ceu liquet ex doctrina *Autoris* der Grundfeste *p. 2. c. 1.* verb. es haben aber einige *p. m. 59.* Et sane uti conjectura, contra Cæsarem, non temere formanda est, ita rationes Kulpisii non omni etiam exceptione majores videntur, de quo specialius dicere non attinet.

t) Adde Autorem der Grundfeste *P. 1. c. 4. p. 4. seq.* Kulpis. *p. 151.* qui tamen nescio an satis bene provocet ad Recessum Erffurtensem de anno 1567. in hunc finem, quod non perpetuum sit, Comitia habenda in Civitate aliqua Imperiali.

*) Addit editio posthuma: *ni legitima impedi-*

Id quod tamen hactenus ita religiose non fuit observatum. Et in Capitulationibus de commodo duntaxat loco fit mentio, qui non sit situs extra Germaniam, & in quem Electores consenserint. Jamdudum Urbs aliqua Imperii libera Comitiis sedem præbuit, cujus rei ratio non est in obscuro. Et ægre crediderim comparituros Principes, si v. g. Viennam*) eosdem Imperator convocaverit.

XXV. Vocantur ad Comitia omnes Imperii Status, *u*) & quidem inter Ecclesiasticos etiam illi, qui nondum a Pontifice sunt confirmati, aut pallio armati. *x*) Sede vacante **) vocatur Capitulum. *y*) Posses-

pedimenta intervenerint, & verba sequentia: *id quod tamen hactenus non ita religiose fuit observatum*, omittit.

*) Addit. Edit. posth. *aut Pragam.*

u) Extra ordinem etiam alii. Autor der Grundfeste *l. V. p. 40. seq.* †ut v. g. Lutherus.

x) Respexit forte ad id Justiniani: *Legibus armatam. Vid. d. autor. p. 37.* Kulpis. *p. 152.* Confer. dicta superius *ad Cap. IV. §. 4.*

**) Hæc verba: *aut pallio armati. Sede vacante vocatur capitulum*, omissa in edit. posth.

y) Kulpis. *p. 153. seq.* a quo tamen dissentio, quod

Possessores Episcopatuum, qui religionem Augustanam fuerant amplexi, cum antea neque vocarentur neque admitterentur, in pace demum Osnabrugensi peculiarem locum accepere. ***) z) Circa Principes seculares observandum, quod pro minorennibus ipsorum Tutores vocentur. a) Majorennes etiam ante petitam & obtentam investituram vocari & admitti debere, verius est, utut ea super re in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1608. Joanni Friderico Duci Würtenbergico controversia mota fuerit. b) Si qua in domo jus primogenituræ receptum, solus primogenitus vocatur. Ubi divisioni ditionum locus est, singuli vocantur, qui de portione sua peculiariter sunt investi-

ti

quod defendere velit rationem vulgarem disparitatis, cur Capitulum vocetur ad Comitia non ad Electionem. Hic enim magis placet sententia autoris der Grundfeste *p. 37. 38.*
† Adde Dn. Titium *hic lit. r.*

***) Addit. edit. posth. *quem nunc solus Lubecensis tenet.*

z) Kulpis. *p. 154.* Grundfeste *p. 38.*

a) Grundfeste *d. p. 38.*

b) Kulp. *p. 155. seq.* Grundfeste *p. 39.*

c) Grund-

ti. Qui ditiones suas indivisim possident, universi quidem vocantur, sed suffragium duntaxat unum obtinent. *c*) Vocati ad Comitia comparere tenentur, vel ipsi, vel, si hoc incommodum fuerit, *d*) per legatos, mandatis sufficientibus instructos. Qui venire neglexerint, nihilo secius obstringuntur eo, quod a majori parte

c) Grundfeste *p. 39. seq.* Confer dicta *supra ad cap. 2. §. 1. circa finem.*

d) Ita videl. liberum est hodie an ipsi comparere velint post tempora Maxim. I. *Kulpis. p. 157. seq.* Grundfeste *P. 1. c. 6. p. 43.* qui & consentit in Kulpisii limitationem, nisi personalem Statuum præsentiam Cæsareæ literæ expresse desiderent, ut olim Carolus V. fecit. Ego quoad limitationem dissentio, vel ideo, quia olim erant saltem officiales, hodie *gaudent* voto in Comitiis *per §. gaudeant art. 8. Inst. pacis.* Ad beneficium autem nemo cogitur. Multum autoritas Imperatorum a temporibus Caroli V. remisit per capitulationes, unde si Status hodie non ferre possunt vocem *citationis*, (*vid. notata ad §. 23. lit. n.*) quid facerent, si Cæsar imponeret personalem comparitionem bey hoher Pön oder Verliehrung der Regalien oder Freyheiten. Quoad quæstionem: Utrum *consulti-*

parte conclusum. *e*) Ex peculiari privilegio *f*) Rex Bohemiæ *g*) non tenetur venire

consultius sit, si Principes ipsi compareant an per legatos? (quam tractant prius affirmantes Kulpis. p. 158. & Autor der Grundfeste *p.* 45.) distinguo. In thesi si quæratur de eo quod utilius est in bene ordinata Republica, ipsis consentio. In hypothesi: an consultius sit, Principes Imperii Germanici hodie ipsos comparere? Dissentio.

e) Huc pertinet clausula consueta indictionis Cæsareæ, Und ob schon D. Liebd. nicht erscheinet &c. ap. Aut. der Grundfeste *p.* 43. † Sed adde limitationem ex paragrapho sequente.

f) † Friderici scilicet II. sed hoc non agit de vocatione ordinaria, sed quod Rex Bohemiæ etsi sit Vasallus imperii, tamen vocari ad Curiam Cæsaris promiscue non possit, ut alii Vasalli. Neque semper vocatus fuit, quod tamen faciendum fuisset, si privilegium ejus fuisset non comparendi.

g) Rex Bohemiæ ad Comitia non vocatur amplius. Unde etsi id forte olim privilegium fuerit, cum comparitio fuerit onus & necessitatis, hodie tamen, ubi comparitio voluntatis est & jus votandi insigne privilegium, antiquum illud privilegium Regis Bohemiæ pro privilegio haberi nequit, cum nec volens ad Comitia admittatur. Exemplum adduximus *supra ad* §. 2. *p*, 219. Conf. Kulpis. *p*. 159. † Item Dn. Coccej.

venire ad Comitia, nisi ea Noribergæ aut Bambergæ habeantur. Domui Austriacæ Statibusque circuli Burgundici, venire, an emanere velint, liberum est. Inania *) rituum b) recensere, non est nostrum.

XXVI. Quæ in Comitiis deliberanda & constituenda i) sunt, ab Imperatore aut ejus Commissariis proponuntur. l) Inde ad deliberationes proceditur. Ubi quæstio movetur, an idem sit ordo tenendus in deliberando & constituendo, qui fuit observatus in propositione? seu an ad aliud caput rerum propositarum sit transgrediendum, prioribus nondum decisis,

cej. *c. 19. §. 10. adde cap. 1. §. 14. Cap. 4. §. 4. & c. 14. §. 13.* Sed ista quidem observatio hodie cessat, postquam Rex Bohemiæ plenissime ad Comitia etiam est restitutus.

*) Hæc verba: *Ininania rituum &c.* omissa in edit. posth.

b) Vide ea apud Autorem der Grundfeste *d. c. 6. p. 43. seq. & passim.*

i) Quænam sint illa præter allegatos a Kulpis. *p. 159. seq.* vide apud Autorem der Grundfeste *Part. 3. & potissimum summatim cap. 1. p. 191.*

l) Vid. Autor der Grundfeste *Part. 2. cap. 1. & 2. p. 61.* Pertinet adeo ad Reservata. *d. Autor. p. 62.*

cisis ? *m*) Heic Status quidem sæpe contenderunt, non ita religiose inhærendum ordini propositionis. Enimvero semper Cæsareani sunt obnixi; quibus de causis, (*) nasutioribus facile subolet.

Gg Scili-

62. Kulpis. *p. 161.* quatenus solennitatis est. Nam quod ipsum ordinem punctorum proponendorum ejusque efficaciam attinet, de eo mox. Comparatio autem inter hanc propositionem & orationem Imperatorum Romanorum conficiendo SCto præmissam, quam facit Dn. Kulpis. *p. 160.* tolerari potest, si modo eam rationem disparitatis observes, quod ibi oratio sit adhibita ad ostentandam speciem libertatis amissæ, vix autem, ut ex Tacito constat, ut Senatui contra sententiam Principis hiscere permissum fuerit, at hic propositio reservatum sit ad ostentandam speciem potestatis Monarchicæ olim forte competentis, salva tamen libertate Statuum determinandi quæstiones aut dissentiendi a sententia proponentis.

m) Vid. Autorem der Grundfeste *Part. 3. c. 2.* Kulpisii definitio *p. 162.* litem non tollit: Ordines tum demum recedere posse, si Reip. necessitas id svadeat. Quis enim definiet: Utrum Reipubl. necessitas id svadeat, contradicentibus sibi Cæsare & Statibus?

*) Hæc ita emendata in edit. posth. *Semper*

Scilicet primum ſemper locum obtinuere, quæ Cæſaris ex re fuerant: Reip. univerſæ commoda poſt principia ſtare juſſa. Igitur ſi de his quoque aliquid cogitare vellent Ordines, neceſſario prius Cæſari gratificandum erat. Qui poſtquam ſcopo ſuo fuit potitus, de negotiis Ordinum non adeo anxius fere deprehenſus eſt. Ubi ad deliberationes deſcenditur, in tria Collegia Ordines ſeparantur, Electorum, Principum & Urbium; quæ ſeparatio creditur cœpiſſe (*) anno 1489. in Comitiis Francofurtenſibus. *n*) In primo directorium,

per Cæſareani ſunt obnixi, uti aliqui interpretati ſunt, quod primum ſemper locum &c.

*) Communis ſententia eſt, quod ante Comitia Francofurtenſia ſaltem duo Collegia fuerint, unum Principum & reliquorum Statuum, in quo etiam Electores fuerint, alterum Civitatum. In his vero Comitiis cœpiſſe Electores ſe ſeparare. Sed contrarium verius eſſe & Electorum Collegium ſemper & antiquitus etiam fuiſſe patet ex Dn. Coccej. *Jur. publ. prud. cap. 14. & c. 20. n. 21.* Adde Pfeffinger *ad Vitriarium III. 8. 10.* Vitriarium ipſum *IV. 1. 54.* & omnino Dattium *de pace publica. l. 1. c. 29. n. 20. ſeq.*

n) Grundfeſte *Part. 2, c. 3. §. 91. junct. Part. 3. c. 6. p.*

rium, o) quod vocant, gerunt Moguntinus, in altero Auſtriaci & Salisburgenſis, alternis vicibus, in tertio urbs illa libera, in qua Comitia celebrantur. Principes viritim ſuffragia ferunt, Comites Prælatique minores curiatim. **) Major pars pauciores quoque obligat; niſi circa negotium religionis, & ubi Ordines non tanquam unum corpus, ſed tanquam partes invicem diſceptantes, conſiderantur.

6. p. 181. Kulpiſ. *p. 162. 163.* ubi de controverſiis in conventu deputationum ratione ſeparationis collegiorum.

o) Circa directoria lites ſunt in Collegio Electorali, deficiente Moguntino, inter Capitulum & Electorem Saxoniæ, item Trevirenſem & Colonienſem. (In conventibus religionis cauſa ex parte Evangelicorum inter Electorem Saxoniæ & Domum Luneburgicam.) In collegio Principum inter domum Auſtriacam & Archiepiſcopum Salisburgenſem. Kulpiſius *p. 163.-172.* ubi & quæſtionem de directorio Collegii civitatum, ſi Comitia habeantur non in urbe aliqua imperiali, definit, & loca Autoris der Grundfeſte huc pertinentia citat.

**) Neſcio qua de cauſa Edit. poſt. hæc verba: *Comites Prælatique minores curiatim* omiſerit.

p) Mi-

An idem in materia collectarum debeat obtinere, nondum est decisum. vid. *Instrument. Pacis art. 5. n. 19. p)* Ego putaverim, distinctione rem posse commodissime expediri, an, quæ conferuntur, ad totius Reipubl. salutem spectent, an vero in gratiam duntaxat & peculiarem usum

p) Mihi §. *51.* Kulpisius *p. 172.* in Rep. nostra casus nonnullos exceptos esse dicit, non quod regula illa naturalis de majoris partis obligatione esse desinat, sed quod rem civiliter æstimanti pars major illa demum haberi debeat, quam civitas tamen fecerit. Quæ observatio tamen meo judicio huc non pertinet, ubi de exceptionibus agitur, in quibus major pars plane non attenditur, sed ubi singuli etiam contradicere possunt. Notandum autem, quod Instrumentum pacis præter causam religionis etiam admittat alias similes causas, ubi Status non tanquam unum corpus considerari possint, quod si hunc sensum habet, uti autor exponit, ubi tanquam partes invicem disceptantes considerantur, non solum materia collectarum eo pertinebit, sed & omnia negotia, ubi Status quicunque verosimile aliquod interesse disceptandi prætendere poterit. Conf. Autorem der Grundfeste *Part. 2. c. 5. p. 122. seq.* & de controversia circa collectas *Part. 3. c. 7. §. 2. p. 286.* Adde Kulpis. *p. 173.*

q) Au-

usum Imperatoris tendant. Ista nemo bonus civis defugerit: circa hæc suæ quemque liberalitati modum statuere par fuerit. Modus deliberandi *q)* hic fere est. Quod collegio Electorali visum fuit, collegio Principum communicatur. Hoc illi vicissim suam mentem aperit, (referre & correferre vocant) idque tamdiu, quousque inter ipsos convenerit. Id ubi factum, sententiam suam collegio Urbium exponunt. Ubi & hoc conspiraverit, Imperatori aut ejus Commissariis unanimis Statuum sententia proponitur. Qui si eam adprobaverit, res confecta est. Si collegia inter se convenire non possint; discrepantia suffragia Imperatori proponuntur, qui amica tractatione, non autem pro imperio, componere disceptantes laborat. Similiter si & ipsi quid secus videatur, eousque res amice agitatur, donec & ipse cum Ordinibus aut hi cum illo conspirent. Inde so-

q) Autor der Grundfeste *Part. 2. c. 4, 5. 6. 8. 9.* & quos citat Kulpis. *p. 174.* ubi & *p. seq.* occasione communis differentiæ inter Reichsgutachten / Reichsschluß und Reichs-Abschied controversiam notat, an conclusum Statuum possit appellari Reichsschluß? *r)* Id

ſolennis in Receſſibus Imperii formula: hæc inter Imperatorem & Ordines per modum contractus conſtitui. *r)* Circa collegium Urbium *s)* obſervandum, quod, etſi in *Inſtrumento Pacis art.* 8. §. 4. votum deciſivum illi ſit aſſignatum, cum antea cæteri ad deliberationes duntaxat idem admittendum contenderent; non tamen prius duo ſuperiora collegia cum hoc communicent, quam ipſis inter ſe convenerit. Ita tamen, ut illa huic ſua decreta pro imperio, aut tanquam major pars, invito nequeant obtru-

r) Id fieri notat ſimili modo Kulpiſ. *p. 178.* in omnibus Imperiis Polyarchicis, at conſtitutos tamen Receſſus habere vim legum perfectarum adverſus quoscunque ſubditos, imo ipſos conſtituentes ſigillatim conſideratos. Quod verum eſſet, ſi imperium eſſet una Respublica, ubi major pars obligaret minorem, & ubi ſinguli non gauderent majeſtate ſuperiotatis. Et vellem ſcire, an Kulpiſius inter conſtituentes ſigillatim conſideratos ex Receſſu Imperii tanquam lege obligatos etiam comprehendat Imperatorem?

s) Kulpiſ. *p. 178.* Autor der Grundfeſte *Part. 1. c. 6. p. 231. ſeq.* Confer *notata ſupra ad cap. 2. §. 13.*

t)

trudere. Sed ubi dissenserit, res ad Imperatorem defertur, quousque & heic concordia fuerit inventa. Quæ componi nequeunt, in alium conventum differri moris est. Quæ sic universis placuere, a Moguntino directorio in justam Recessus formam rediguntur, denuo expenduntur, & post subscriptionem & sigillationem promulgantur. *t*)

XXVII. Quid igitur circa præcipuas summæ potestatis partes Imperatori sit relictum, satis puto adparet. Sunt tamen quædam jura, quæ soli Imperatori per Germaniam exercere datur. *u*) Inter quæ refertur I. jus primariarum precum, cujus

t) Grundfeste *Part. 2. c. 10.* Kulpis. *p. 178. 179.*
u) Uno verbo reservata. Probat hic Lampadii & Itteri axioma Kulpis. *p. 180.* Omnia imperandi jura esse Cæsaris propria, in quorum communionem ordines per Capitulationes, Recessus, aliasque Constitutiones Imperii non expresse accesserint. Sed quemadmodum istud axioma imbecilli fundamento nititur, nempe Reges Germaniæ *admisisse* ordines in consortium non ab his *acceptos esse*, unde pro antiquo Statu semper esse præsumtionem, quia ista præsumtio locum quidem habet in Statu

Statu quieto, non vero allegari poteſt in Statu per aliquot ſecula turbulento, ubi facile ſe inſinuant præſumtiones contrariæ de conceſſionibus etiam tacitis.] ita, ſi vel maxime obtineret id fundamentum, regulæ tamen ex plurimis faciendæ ſunt, exceptiones ex paucioribus, & rideretur certe, ſi, qui ex centum juribus nonaginta ſex cum aliis communicaſſet, ad deducenda reliqua quatuor, ſimili axiomate uti vellet. Regalia fere omnia ſine quibus Reſpublica exiſtere nequit, cum Statibus ſunt communicata. Quantillum eſt quod Imperatori reſtet? Ipſa reſervata illa ex Statu hodierno in quantum reſtricta & a Statibus diminuta ſunt? Axioma aliud magis uſitatum in praxi axioma Lampadianum facile ſuperabit, etiam in doctrina reſervatorum: Status tantum poſſe in territoriis ſuis, quantum Imperatorem in imperio. Iſta vero Philoſophia ego quidem abſque adulationis ſuſpicione uti non poſſem: debuiſſe conſiderare Autorem, ſigillatim reſervata recenſentem, privatis id fere impoſſibile eſſe, poſtquam nec ipſis Cæſaris Legati pacificationis Weſtphalicæ tempore, cum ab illis hoc peteretur, id facere auſi fuerint, teſtantibus actis publicis, ut adeo facilius quæ non ſint, quam quæ ſint eadem, dixeris. Ego certe credo Legatos Cæſaris noluiſſe ea definire, ne inopia ita evidenter incurreret in oculos omnium. Confer omnino quæ de hoc facto memorat Itterus

de

vi electus Imperator in quolibet colle-
Clericorum unam potest personam
beneficium Ecclesiasticum præsentare.
jus tamen juris*)non tam ipsum Impe-
orem, quam Clericos, pudere debebat,
, cum pleraque sua veterum liberalita-
nperatorum in acceptis referant, non
. unius beneficii collationem in singu-
Collegiis ipsi reliquerint, & quidem
modum precum valituram. x) 2. Quod

gradibus Academicis c. 6. §. 3. p. 99. seqq. Quæ hic & ad totum hunc paragraphum no-a sunt, latius postea sunt exposita peculia-dissertatione, *de injusta oppositione reservato-um Imperatoris, & regalium Statibus competen-n.* Non vero mirandum est, quod regula: tus tantum posse in territorio suo, quan-n Imperatorem in imperio, oppugnata sit a a multis, etiam Principum subditis. Sci-et non exclusus est aditus etiam subditis orum Prineipum ad consilium Aulicum. cluderentur vero haud dubie si non impu-arent istud axioma, & Imperatori adularen-aliquo modo verbis, si re ipsa non possunt.

*) Hæc verba usque ad finem hujus versi-li in Editione posthuma sunt omissa.

x) Appellationis rationem non eam esse tat Dn. Kulpis. *p. 181.* quod Imperator ejus-modi

modi beneficii collationem a Collegiis *per modum precum* impetrare debeat, sed potius denominari, quod antiquitus Imperatores primis petentibus ista concesserint, quæ sententia tamen an confirmetur per testimonium Abbatis Urspergensis ibid. adducti de alio plane negotio loquentis, valde dubito. Et Dn. Kulpisius ipse non negat, pontificum machinationibus in alienam interpretationem vocem degeneravisse. Cæterum hoc reservatum translata (aut potius revocata) potestate circa sacra in Protestantes per Instrumentum pacis, ita videbatur simul translatum fuisse, ut peculiari pacto ad ejus exercitium in territoriis Principum protestantium Cæsari opus fuerit, relato *in artic. 5. Pac. VVestph. §. ubi sacra 18.* Nescio tamen, an Cæsar id ibidem strenue exerceat. Et forte utilius putat Clerus Pontificius, id non, vel raro exercere, quam homines alienæ religionis ad beneficium commendare. † Inter Imperatorem Josephum & Pontificem Romanum Clementem XI. recrudiuit controversia: Utrum Cæsar sine prævio Pontificis indultu, primarias preces concedere queat? Negare hoc sustinuit aula papalis, cujus rationibus se opposuit Cortrejus *in præsent. jur. primar. prec. edit. Magdeburg. 1706.* Sed sententiam aulæ papalis defendere conatus est *Conradus Oligenius* in dissertatione *de primar. prec. Imper. Fribuag. 1706.* cui iterum respondit *Dn. D. Gribner* dissert. *de primar. prec. Imper. sine*

Pon-

cujusvis generis & gradus dignitates confert. vid. *tamen artic. 43. & 44. Capit. Leopold. y)* 3. Quod ab ipso solo obtinetur inve-

Pontif. indult. valid. hab. Lips. 1707. Dn. Titius *hic lit. t.* In singulis his scriptis multa reperies, quæ multis dubiis sunt obnoxia, non tam vitio autorum, quam quodtota materia de jure primariarum precum hactenus sit confuse exposita, adeoque in plerisque assertionibus emendationem, potissimum ex genuina historia de origine & progressu primariarum precum, hactenus plane neglecta, desumendam desideret. Quædam ea de re ulterius notanda tetigimus in dissertatione *de cautelis circa naturam precum juridicarum circa finem.*

y) Ubi istud reservatum valde restrictum est. Consistit insuper magis in inanitatibus titulorum, præcedentiarum &c. quam in re. Uti enim Paterfamilias poterit in sua Domo dignitates distribuere pro lubitu, ita multo magis Status Imperii in suo territorio. Quis impediret, quo minus nobiles crearet, in suo territorio valituros? Sed non valerent in toto Imperio. Et in hoc est prærogativa Imperatoris *Confer supra §. 6. in fine, ibique notata.* Unde facile patet, parum accedere potestati Imperatoris, etsi Kulpis. notet *p. 182.* reservatum hoc involvere concessionem omnium aliorum privilegiorum, præprimis cum ipse Kulpisius con-

investitura, & collatio feudorum principalium, & quæ per vexillum notari moris est. z) 4. Quod Scholas publicas sive Acade-

concedat, Status imperii talia requisita circumponere posse *ut* aliquis actu privilegiis a Cæsare indultis fruatur. Ego clarius dicerem: *ne*, iis haud observatis, privilegio illo fruatur. Sed Kulpisius inservit hypothesi suæ, etiam in selectione verborum. Certe exemplum constitutionis Brandenburgicæ, ne ab Imperatore nobilitatus pro tali habeatur, antequam coram Electore causas mutati Status exposuerit, probant potius nostram sententiam. Quidsi enim Elector causas illas pro insufficientibus declaret? Sane carebit effectu reservatum illud. Novi etiam, si v. g. ad opificium quis se voluerit curare legitimari, prudentiores Advocatos semper consuluisse, ut legitimationem impetraret a Principe, in cujus territorio recipi voluit, quam a Comite Palatino, non ideo saltem, quod Comites Palatini, uti publice fit, abutantur fere potestate sua, & pro pecunia quælibet privilegia indignis indulgeant, sed, quod gaudeant hodie Status, quantum fieri potest, reservata Imperatoris in suis territoriis ipsi exercere. † Adde Dn. Tit. *hic lit X.* ubi plura suppeditat ad enormitatem doctrinæ Kulpis. demonstrand.

z) Hoc reservatum est intuitu Vicariorum

demias constituit. *a*) 5. Quod faculta-
indulget condendæ Urbis, *b*) & si
quæ

. *Art. 5. §. 1.* Nam intuitu Statuum in gene-
iam reservatum Imperatoris est, conce-
Feuda, quæ per sceptrum Ecclesiasticis
cipibus conferebantur olim. (Hodie enim
que conferuntur per Gladium.) Atque
reservatum non tam est regale Majestati-
, quam jus Domino Feudi qua tali com-
ns.

) Alibi jam dixi, jus Academiarum intra
n territorium instituendarum etiam com-
re Statibus imperii. *Vide cogit. menstr. ger-
. de anno 88. mense Novembr. p. 656. seq.* Nec
quid muto, etiamsi Itterus magno cona-
d agat *d. c. 6. §. 12. seqq.* ut hanc sententiam,
a jam ab Illustri Dn. Rhetio *dissert. de jure
tuum Imperii circa Sacra c. 3. in fine* defensam
tet, nescio quem conceptum, (& forte
exprimere non poterit) de Superiorita-
rritoriali & sensu axiomatis, quod Sta-
tantum possint in territorio, quantum im-
tor in imperio, sibi formans, qui æque
le a nobis negatur, qum ab ipso adstruitur.

) Et de hoc dubitatum meminit Kulpis.
4. annon Status id hodie possint absque
sensu Imperatoris. Mihi videtur indubi-
Consentiunt Scriptores Juris publici,
Jus

investitura, & collatio feudorum principalium, & quæ per vexillum notari moris est. *z*) 4. Quod Scholas publicas sive Acade-

concedat, Status imperii talia requisita circumponere posse *ut* aliquis actu privilegiis a Cæsare indultis fruatur. Ego clarius dicerem: *ne*, iis haud observatis, privilegio illo fruatur. Sed Kulpisius inservit hypothesi suæ, etiam in selectione verborum. Certe exemplum constitutionis Brandenburgicæ, ne ab Imperatore nobilitatus pro tali habeatur, antequam coram Electore causas mutati Status exposuerit, probant potius nostram sententiam. Quidsi enim Elector causas illas pro insufficientibus declaret? Sane carebit effectu reservatum illud. Novi etiam, si v. g. ad opificium quis se voluerit curare legitimari, prudentiores Advocatos semper consuluisse, ut legitimationem impetraret a Principe, in cujus territorio recipi voluit, quam a Comite Palatino, non ideo saltem, quod Comites Palatini, uti publice fit, abutantur fere potestate sua, & pro pecunia quælibet privilegia indignis indulgeant, sed, quod gaudeant hodie Status, quantum fieri potest, reservata Imperatoris in suis territoriis ipsi exercere. † Adde Dn. Tit. *hic lit X.* ubi plura suppeditat ad enormitatem doctrinæ Kulpis. demonstrand.

z) Hoc reservatum est intuitu Vicariorum

Academias constituit. *a*) 5. Quod facultatem indulget condendæ Urbis, *b*) & si quæ

rum. *Art.* 5. §. 1. Nam intuitu Statuum in genere etiam reservatum Imperatoris est, concedere Feuda, quæ per sceptrum Ecclesiasticis Principibus conferebantur olim. (Hodie enim utraque conferuntur per Gladium.) Atque hoc reservatum non tam est regale Majestaticum, quam jus Domino Feudi qua tali competens.

a) Alibi jam dixi, jus Academiarum intra suum territorium instituendarum etiam competere Statibus imperii. *Vide cogit. menstr. german. de anno* 88. *mense Novembr. p.* 656. *seq.* Nec jam quid muto, etiamsi Itterus magno conatu id agat *d. c.* 6. §. 12. *seqq.* ut hanc sententiam, olim jam ab Illustri Dn. Rhetio *dissert. de jure Statuum Imperii circa Sacra c.* 3. *in fine* defensam refutet, nescio quem conceptum, (& forte ipse exprimere non poterit) de Superioritate territoriali & sensu axiomatis, quod Status tantum possint in territorio, quantum imperator in imperio, sibi formans, qui æque facile a nobis negatur, qum ab ipso adstruitur.

b) Et de hoc dubitatum meminit Kulpis. *p.* 184. annon Status id hodie possint absque consensu Imperatoris. Mihi videtur indubium. Consentiunt Scriptores Juris publici, Jus

quæ minoris c) fortis sunt alia.

XXIIX. Sed & exinde non difficile est colligere, quidnam Ordinibus ad summum

Jus Nundinas concedendi esse reservatum, jus erigendorum mercatuum der Jahrmärckte competere Statibus. Si ergo Status hoc Jus concedat vico, erit Urbs. Aut, si plura ad urbem requiri putes, nomina, & ostendam, eorum omnium indultum dependere a libera voluntate Statuum. [† Quod latius probavi postea in peculiari dissertatione *de jure dandi civitatem.*] Olim etiam Principes exteri & Respublicæ putabant, se non posse Regium nomen assumere, nisi Imperator Romanus id indulserit. Hodie cessante superstitione alia Politica utimur.

c) *Haud commode*, dicit Kulpis. *p. 185. Neque enim hac æstimatione debent haberi, quæcunque ad complenda majestatis jura pertinent.* Oblitus forte est, dum ista scriberet, distinctionis Feudalis inter regalia majora & *minora*. Scio, hanc distinctionem non approbari ab omnibus, & quæri, quodnam sit criterium minorum. Ego sic arbitror. Sine quibus regalibus non potest concipi Respublica & tranquillitas publica promoveri, ut legum ferendarum, magistratuum &c. majora sunt. Quæ ad præcedentias, voluptates & alia similis generis inania pertinent, ut jus venandi, conferendi dignitates &c. pertinent, minora sunt. &c. Inter alia

mum imperium desit. *d*) Scilicet habent isti,

alia illa reservata est etiam jus postarum. Sed quantum, aut quantillum potius restat hodie quod illud reservatum imperatori, si id compares cum jure Postarum Potentibus quibusdam Statibus, quos honoris causa non nomino, haud dubie competente? &c. †Interim Autor in edit. posth. verba illa: *minoris fortis* vitandæ invidiæ causa omisit. De distinctione inter regalia majora & minora in secundis curis paulo aliter disserui *in notis ad Huberum de jure Civitatis lib. 1. sect. 3. cap. 6. §. 3. lit. x. p. 91. & ad c. 7. §. 8. lit. i. p. 97. item ad c. 8. §. 12. lit. s. p. 102. §. 18. lit. u. p. 103. §. 55. & 56. lit. b. d. e. p. 106. denique ad cap. 9. §. ult. lit. i. p. 111.*

d) Ita est, ut monet Kulpis. *p. 185. seq.* totus hic paragraphus adornatus est præmuniendæ viæ ad sententiam capitis sequentis, quem quomodo destruere aggrediatur idem in singulis locis absque nova nominatione monebimus. [† Cum quibus conferri merentur ea quæ Dn. Titius etiam ad hunc paragraphum passim contra Kulpisii objectiones notat.] Repetendum ante omnia, nos supponere cum Autore *cap. 3. §. 4. & quæ ibi supra monuimus* feuda in se spectata ad fœdera inæqualia tanquam species pertinere, quod uti natura feudorum & doctrina communis Juris Feudalis vasallum a subdito ubique secernentis satis ostendit, ita quod illud concoquere non potuerit Pacificus

isti, saltem plerique, *e*) jus vitæ & necis in sibi subjectos. Leges condunt, etiam juri communi repugnantes. Religionis libertate gaudent. Omnes reditus ex ditionibus suis sibi capiunt. Tributa indicunt. Fœdera inter se & cum exteris feriunt, modo non spectent contra Imperatorem aut Imperium. vid. *Inst. Pacis art. 8. §. 2. & Capitul. Leopold. art. 6. & 8.* Quod jus mediatis Imperii civibus expresse ademtum, *art. 9. Capitul. Leopold.* Armis se defendunt, aut injurias sibi illatas vi exequntur, in-pri-

ficus a Lapide *differt. 11. §. ult. p. m. 384. seq.* inauditum esse clamans, quod Feudum pro fœdere Politico venditetur, non miramur, at quod Kulpisius vestigia Pacifici hac parte sequi maluerit, non percipimus, hic subinde ad dependentiam feudalem provocans, dum fœdus inæquale subesse negat.

e) Si Status omnes superioritatem habent, uti habent, habebunt quoque omnes jura superioritatis, nisi quatenus pactis quid remissum. Superioritas autem est ens revera majestaticum, etsi in Rep. Germaniæ ob recordationem reip. antiquitus unitæ, hoc nomine careat *vid. art. 8. §. 1. Instrument. Pac.* & quæ diximus *cap. 2. de feudis oblatis §. 29. 30. p. 879. seq.* Unde potuisset autor summatim dicere: Habent

primis contra exteros. Munimenta in ſuis ditionibus extruunt. *f)* Monetam cudunt *g)* & quæ ſunt alia ad gubernationem civitatis neceſſaria *h) add. artic. 33. 34. capitul. Leopold. & Inſtrument. Pacis artic. 8. §. 2.* Ad dignitatem Electorum peculiarem facit *artic. 5. capitul. Leopold.* Et iſta quidem omnino ſuo jure, non Imperato-

bent Status ſuperioritatem, ſed potuit etiam per inductionem jurium potiſſimorum & nobiliſſimorum procedere, quæ adeo non ſunt dividenda, ſed ex mente autoris conjungenda.

f) Sed inquit, Kulpiſ. *hoc ſaltem, ſi defenſionis cauſa fiat, non ſi æmulationis aut alio fine.* Ego vero & ſi offenſionis cauſa (juſtæ ſcil.) quia poſſunt, ut ſupra *ad §. 8. lit. a.* monitum, bella offenſiva gerere. Cæterum æmulatione injuſta nec debent Reges in ſimilibus negotiis uti.

g) Sed ex privilegio. Nego, etſi mediati ex privilegio cudant, aut Status quidam negligentia hoc jus aut ex aliis cauſis amiſerint. *At per abuſum amitti poteſt.* Reſpondet autor verſic. *denique quod duriſſimum.* † Interim tamen & hoc notandum, in Editione poſthuma verba: *monetum cudunt* eſſe omiſſa.

h) Aſt Ludolphus Hugo jam deduxit, hæc omnia fieri modo ad ſuperioris Imperii leges reſtricto & poteſtate ſumma ſubalterna. Imo, vero non aliud de-

ris loco, *i*) exercent. *) Neque tamen ipsorum potestatem, quam habendi modum, afficit quod ditiones suas tanquam feuda ab Imperatore & Imperio recognoscant. Nam cum eadem jam hæreditario jure ad posteros transmittant, quicquid de primæva eorundem acquisitione sit, ritus potius solennis, quam veræ collatio

deducere potuit, quam restrictionem illam fieri ad pacta, non ad leges.

i) *Ast non justa oppositio: non Imperatoris loco, ergo jure suo. Ita fieri debuisset, si veram oppositionem facere voluisset autor, jure suo proprio, non aliunde dependente aut beneficiario.* Sed quomodo Auror negare potuisset, Status non exercere illa jure beneficiario, cum jus beneficiarium *supra c. 3. §. 4.* indulserit. Ego recte jus *suum & proprium* adeo opponit juri, quod ex *imperio* alterius exercetur. Tale non est jus Vasalli, & imo isto respectu etiam jus Vasalli *proprium* esse potest.

*) Addit Autor in Edit posth. *Quæ etsi quibusdam non ad summum imperium proprie dictum, sed ad superioritatem duntaxat territorialem, quam vocant, sufficere judicantur, qui gradus potestatis illo inferior & subalternus sit: tanti tamen ponderis ista superioritas est, ut civilem subjectionem longe excedat, & Monarchicæ Majestati locum non relinquat, in eos, qui ista præditi sunt, præsertim ubi vires privatum modulum longe supergressæ, accesserint.* Qui

lationis *l*) vim investitura habet; cum nemini denegari possit, *m*) quin intra legitimum eam tempus petat. *) Juramentum fidelitatis intelligitur salvis cujusque

 juribus

Quibus verbis Autor dubio procul respexit ad objectiones Culpisii, quas etiam hac responsione satis elisisse videtur. Dn. Titius *hic lit.* *x*. Conf. supra *notam lit. e.*

l) *Imo collationis. Nam si non petatur, admittitur feudum.* Nollem hanc objectionem ex Pacifico *p. 385.* fuisse repetitam. Id enim infert saltem, investituræ petitionem habere vim *conservationis*, nequaquam investituræ renovationem vim *collationis.* Et supra ex hoc fundamento monitum, Electores nondum investitos eligere tamen.

m) Est quidem hoc *ex pacto primi acquirentis*, & possumus etiam jus inde ortum *conditionatum appellare, si delato ad se ordine quis præstiterit*, modo meminerimus, conditionem illam stilo JCtorum esse resolutivam non suspensivam.

*) Addit Editio posthuma: *Et quanquam feudum dependentiam, & vinculum beneficiarium involvere dicatur; non tamen omnia, quæ eo vocabulo veniunt, possessorem statim ad civis & subjecti conditionem redigunt. Sicuti &, quod alicujus potestas ad imperii leges restricta aut ab imperio ac Dominio universali dependere dicitur id est, magna illius*

juribus, *n*) & socios quoque invicem jura-

lius Reipublicæ, & corporis membrum constituit; non ideo iste, civilis subjectionis mensuram haud excessisse, dici potest. Ad quæ verba sequentia notavit Dn. Titius *l.b.* An recognitio feudalis saltem modum habendi an ipsam etiam potestatem afficiat, hic disquiritur. Kulpisius *p. 187.* posterius quoque asserit; cui Autor in nova hac editione, nonnulla reposuit. Cæterum cum termini quæstionis sint quodammodo ambigui; hinc omnis controversia ad duas quæstiones, magis perspicuas revocari potest. (1) *An investitura Cæsarea, vel ejus renovatio, statibus jus conferat?* hoc negandum esse, satis forte contra Kulpisium ostendi in *specim. jus publ. l. 4. c. 7. §. 13. seqq.* (2) *an nexus feudalis libertati Statuum civili obsit?* hoc etiam negandum est, ceu amplius ostendi in *Specim. jur. publ. l. 7. c. 7. §. 98. seq.* Non igitur argumento recognitionis & nexus feudalis libertas Statuum probatur, ceu inepte ista detorquet Pacificus D. II. vers. fin. verbo *non enim sequitur p. 586.* sed, illa huic, propriis suis rationibus suffultæ, non abesse, saltem contenditur.

n) At *Juramentum fidelitatis non ex juribus Statuum limitandum est, sed inverso potius ordine jurium horum quantitas illius tenore debet æstimari.* Ego vero *artic. 8. §. 19. Instrum. Pac.* licentiam dare arbitror invertendi argumentum: Juramen-

ramenti vinculo adstringi, *o*) tralatitium est. Neque illud tantum onus est, aut subjectionem arguit, quod in Comitiis propriis sumtibus teneantur comparere. *p*) Nam id in omnibus sociorum conventibus fieri svevit. *) Uti nec illud, quod

mentum scilicet fidelitatis ex juribus Statuum interpretationem accipere, non jura ordinum ex juramento metienda esse. † Hinc & Edit. posth. addidit. *Ac revera jura Ordinum non e juramento sunt metienda, sed juramentum potius ex illorum juribus est interpretandum.*

o) Nunquam tamen fidelitatis aut homagio. Imo vero, quatenus vasallus sub sociorum inæqualium classe comprehenditur, & quatenus, uti quandoque fit, homagium, pro fidelitatis juramento usurpatur.

p) Sed illud subjectionem arguit, quod teneatur decretis majoris partis tanquam a summa potestate civili profectis. Nam ipse Pufendorfius concessit, in nullo sociorum conventu talia fieri svevisse. Ast hoc igitur in Imperio Romano *irregularis* alicujus & *inconsveti* conventus nota erit. Adde quod supra monitum sit, istam obligationem majoris partis hodie post *art. 5. §. 1. Instrum. Pacis* valde esse debilitatam. *Vide quæ supra notavimus ad §. 26. lit. p. & quæ infra dicemus ad cap. 6. §. 5. lit. 5.*

*) Addit. Edit. posth. *in quorum regulari syste-*

ad Imperii necessitates quædam conferunt. *q*) Denique quod durissimum videtur, Statum Imperii in supremis Tribunalibus posse in jus vocari, ubi in Rempubl.; graviter deliquerit, proscribi *) & ditionibus suis exui; ne id quidem societatum natura penitus respuit. *r*) Nam & apud antiquos talia exempla occurrunt in

stemate etsi major pars minorem dissentientem velut pro imperio obligare nequeat, in republica tamen & corpore civili irregulari fieri potest, ut major pars obliget minorem, non velut pro imperio, sed velut ex pacto. Res patet ex modo dictis *lit. p.*

q) *Sed Mylerus tamen pluribus recessuum locis ostendit, contra Status non solventes decerni mandata ad pœnam dupli, contumaces vero privatione bonorum vel regalium imo proscriptione coerceri posse.* Resp. 1. Utinam Mylerus id magis ostendisset exemplis. Prohibent Recessus das Zutrincken. Et tamen luxuria privatorum impune invenit modum: Es gilt dir auff den Reichs-Abschied. 2. Hæc forte olim. Hodie Status in multis mutavit Recessus. 3. Iterum respondeat autor pro se in versic. statim sequente. *Denique* &c.

*) Editio posthuma omisit mentionem facere *proscriptionis.*

r) *Imo vero respuit: per processum, sententiam & executionem judicialem.* Sed ubi executio judicialis proprie dicta, quæ non bellica potius sit?

s) *At*

in ſocietate Amphictyonum, & Achæorum; & noſtro ſeculo vidimus Fœderatos Belgas Gronnigam ad tempus caſtello coërcere. *s*) Statibus tamen Germaniæ abunde cautum *art. 28. capitul. Leopold.* Ut autem, reliquis proterve ac pertinaciter inſultaverit, a cæteris compeſcatur, etiam in æquali ſocietate fieri ſuevit. Heic enim cognitio delicti ſuſpicitur, non velut ex imperio in delinquentem, ſed tanquam ex ultroneo ejusdem conſenſu & quodam compromiſſo. Executio autem fit non tanquam in ſubjectum, legis civilis violatæ damnatum, ſed per modum belli, ut in violatorem fœderis.**)

s) *At hic omnia ex lege fœderis & jure belli facta ſunt.* At etiam in Imperio, ut autor mox, talia fiunt ſimili jure. *Sed imperiti ſunt, & ex affectibus cæci, qui ita philoſophantur & effata Bœcleri nolunt habere pro certiſſimis.* Hic nihil habeo quod reſpondeam. Ad invectivas enim & verba iracunda aut ex impatientia profecta optime reſpondet ſilentium patiens.

**) Addit. Edit. poſth. *Iſta autem omnia facilius expediuntur, ubi non de regulari quopiam ſociorum ſyſtemate ſermo ſit, ſed de irregulari quopiam corpore, quod nonnulla cum civitate, aliqua cum*

cum systemate habet communia. Ubi recte adjecit Dn. Titius *lit. n.* Hac nova editione Autor sibi contra dissentientium rationes, bene prospexit. Nam ita utique se res habet: Germania in Sociorum Systema sensim degeneravit sed ita, ut quædam subjectionis reliquiæ, sæpe sane inefficaces, remanserint. Socios enim, certis in casibus subditorum loco haberi posse nemo politicarum rerum paulo peritus negaverit. Male igitur dissentientes a particulari, ad universale argumentantur, ac subjectionis particularis, nonnunquam etiam valde dilutæ & inefficiacis argumento conditionem Systematicam in genere negant.

CAPUT VI.

De Forma Imperii Germanici. *a*)

I. Circa formam Imperii Germanici definiendam Scriptores cur erraverint.

II. Quan-

a) Hoc potissimum caput autoris est, quod a plurimis oppugnatum fuit, a paucis defensum. Pacifico a Lapide, Martino Schoockio, Teuteburgio, Praschio, Scharschmidio &c. satisfecit Pufendorffius, *de Rep. irregulari & in Additionibus.* Unde hic non est, ut actum agamus. Rachelius vero in dissertationibus de jure Gentium, & de Capitulatione, in Intro-

II. *Quantum ad Territoria singula, in Principatibus & Comitatibus, Monarchiæ instar; in Urbibus liberis interdum Aristocratiæ, interdum Democratiæ simile regimen obtinent.*

III. *Forma totius Imperii an Democratica dici possit.*

IV. *Qui pro vera & mera Aristocratia Germaniam venditent, quibus argumentis utantur.*

V. *Imperium Germanicum non esse Aristocratiam, ostenditur.*

VI. *Rationes illorum proferuntur refutanturque, qui absolutam Monarchiam heic statuunt.*

VII. *Expenditur sententia eorum, qui Imperatorem in magistratuum classem detrudunt.*

IIX. *Nec non illorum, qui Germaniam inter regna limitata referunt, aut inter resp. mixtas.*

IV. *Autoris sententia, Germaniam esse irregulare aliquod corpus & monstro simile, si ad regulas scientiæ civilis exigatur.*

troductione item ad jus publicum & institutionibus jurisprudentiæ, autoris doctrinam inter Viros judicio celebres fere solus secutus est. Nam Kulpisio placuit una ex receptioribus sententiis non solum *in dissertatione de Unitate Reipublicæ in S. R. Imperio, quæ subjuncta est ejusdem supplementis ad Lampadium*, sed & in *Commentatione ad hoc caput*, cui adeo opus dabimus, ut in scholiis nostris respondeamus.

b) Ob-

QVemadmodum *) corporum, naturalium juxta atque artificialium, ſanitas & habilitas ex apat partium inter ſe harmonia & connexione reſultat; ita quoque corpora moralia, ſeu ſocietates ſanæ ac firmæ aut invalidæ judicantur, prout earundem partes inter ſe bene aut ſecus invicem connexæ deprehenduntur; adeoque prout concinnam formam, aut irregulare quid & monſtroſum *b*) præ

*) Verba quidem totius hujus paragraphi primi in editione poſthuma hinc inde ſunt mutata vel transpoſita, ſed ſenſus tamen utrobique eſt idem, unde non opus erit, iſtam mutationem verborum in ſingulis annotaſſe. Notabimus tamen præcipua.

b) Object. 1. *Cordatiores judicarunt, dignitati Imperii Germanici adverſum eſſe, ex verarum Rerumpublicarum numero in cenſum monſtrorum id detrudere velle, ſed & publice noxium haberi debere, ſi quis laxum fœderationis vinculum pro Reip. unius ſpiritu ſubſtituere velit, cum imperium nihil magis deſideret ad ſui conſervationem, quam unitatem,* p. 193. Reſp. 1. *Cordatiores* ſæpe contra Autorem producti quid denotent quæritur, an qui Autori craſſius & incivilius contradicunt? An qui principia philoſophiæ Bœclerianæ vel Strauchianæ exoſculantur? An alii? 2. Non peccare

re contra observantiam Reip. debitam, si quis subditus, cæteris paribus, de morbis reipublicæ sub qua vivit, disserat, ostendi in *Instit. Jurisprud. div. lib. 3. cap. 6.* 3. Debebat vox monstri non sic odiose captari, cum hoc loco nihil aliud denotet quam irregulare, aut cui multa inesse debita desunt, alia vero abundant. Et, si eruditi non pro contumelia habent, si ab adulatoribus *monstra eruditionis* appellentur, non debebant etiam *monstri* vocem in præsenti doctrina tam invidiose explicare. 4. *Monstrosa* respublica *vero* Reipubl. non accurate opponitur. Potest enim monstrosus homo esse verus homo. Et quando Monzamb. negavit, Imperium esse veras Respublicas, si non concessit esse veram Remp. unam? 5. Indicium malæ causæ, si quis sententiam de unitate Reip. Germanicæ munire velit accusatione criminali adversus dissentientes. Fere enim deficiunt argumenta, quoties de *periculo* adversæ sententiæ disputatores clamant. Ego, quoties pro cathedra mihi opponitur argumentum in cujus conclusionem periculum sententiæ meæ, aut coercitio ejusdem, ingreditur, secure non assumo, sed ad judicium criminale seponendum svadeo. Debemus enim eruditi de veritate esse solliciti non de periculis, quas veritas creat, quæ uti sæpe odium parit, ita sæpe periculosa est, sed erroribus, & qui præjudiciis imbuti errores defendere volunt, ne autoritas ipsorum pereat. 6. Desiderat quidem Respublica nostra unitatem

tem

tem, vel ideo quia maxime morbida est. Sed si quis propterea ei persvadere velit, quod unitatem jam habeat, is peccaret contra officia humanitatis, æque ac medicus ægroto sanitatem desideranti persuadens, quod jam sit sanus. Object. 2. *Parum congrue sanitas cum regularitate, irregularitas cum morbo vel vitio miscentur, cum monstrum possit esse sanum, nec omne imbecille sit monstrum* (p. 193.) Resp. Ista quidem Autor non miscet. Comparat corpora moralia cum naturalibus & artificialibus. De naturalibus sanitas, & morbus, item monstrositas, de artificialibus regularitas, & irregularitas prædicantur. Ista duo ad morale corpus applicat. Ergo nec hic verba captanda, aut extendenda ultra tertium comparationis. Etsi vero non omnis infirmitas monstrum faciat, possunt tamen monstrositas & infirmitas in uno subjecto morali etiam concurrere, si vitia Status tanta sint, ut nulla adsit spes salutis, nisi ab omnipotentia divina. † Interim Autor, haud dubie ad istas Culpisii objectiones respiciens, verba initialia hujus paragraphi in editione posthuma sic emendavit. *Quemadmodum tria sunt corporum genera: naturalia, moralia, ac artificialia, quorum singula diversis e partibus componantur: ita prout hæ partes inter se probe sunt digestæ, & temperatæ, aut concinne dispositæ, vel sana ista aut regularia, vel secus esse censentur.* Atque adeo terminum *monstrosi* Culpisio exosum plane omisit.

c) Hoc

præ se ferent. Satis autem ex superioribus apparuit, in Germanorum Republ. latitare nescio quid, *c*) quod eandem ad simplices *d*) Rerumpubl. formas referri, prout passim a Politicis illæ describuntur, non patiatur. Eo curatius nobis in genuinam ejus Imperii formam erit inquirendum; quo crassius plerique ejus nationis

c) *Hoc* nescio quid *debebat specialius exprimi, ut quale sit, judicari rectius possit.* (*p. 194.*) Id vero explicat autor §. *ult.* esse mutuam inter Imperatorem ac Ordines renitentiam, legibus cura summa stabilitam, ut nulla spes sit emergendi.

d) *At propterea non sequitur: Ergo est irregularis nisi quis regularem cum simplici, irregularem cum mixta miscere velit. Nequaquam autem admittendum, mixtam non esse regularem.* (p.194) Resp. Autor quidem simplices & regulares non confundit, ut qui & systemata civitatum regularia statuit, ergo supple hic verbum, & adde: *Simplices & regulares.* [† Quod etiam ita factum in Editione postuma.] Mixtam autem rempublicam non esse posse sanam & regularem, quicquid etiam sibi persvadeant ejus amasii, quilibet videt, qui considerat, in mixta non adesse ullum modum legitimum evadendi dissensiones inter eos, quos inter regalia divisa sunt, semel ortas.

e) In-

nis Scriptores heic erraverunt, ignorantia civilis ſcientiæ, & quia pleriſque apud iſtos, complurium ſententias citra judicium compilaſſe, novus liber vocatur. Sed & eo faciliorem mihi veniam polliceor, ob admixtas paulo uberius, quam pro delicatis auribus, ſubtilitates ſcholaſticas, quo difficilius eſt citra *) hæc ſolidum de Germaniæ ſtatu judicium ferre. Etſi paucis apud cordatos verbis liceret defungi, ni aliorum ineptiæ *e*) plurimis probatæ operoſius viderentur convellendæ.

II. Circa ſingulas ergo partes, ſeu Ordines Imperii ſeparatim ſpectatos, parum eſt difficultatis. **) Nam omnes Principatus

*) Edit poſth. *circa hæc*; forte ut occurreretur objectioni Culpiſii adductæ a Dn. Titio. *hic lit r.* qui tamen bene notat, illa emendatione adhibita ſenſum non ſatis videri perſpicuum.

e) Ineptias Scholaſticarum ſubtilitatum ipſe graviter notat Kulpiſius *p. 195*.

**) In Edit poſth. Paragraphus hic ita inchoatur. *Singulæ porro partes Imperii, ſeu Ordines ſeparatim conſiderati etſi pro Civitatibus perfectis haberi nequeant, cum tamen a Provinciis proprie dictis, & earum Principes a Gubernatoribus Pro-*

patus, Seculares & Ecclesiastici, (quorum illi hereditate, hi per electionem conferuntur,) nec non Comitatus, Monarchiarum instar *f*) gerunt. Cum hoc tamen discrimine, quod alicubi Principum potestas sit absoluta, ***) alicubi limitata per certa pacta cum Statibus, quos vocant, seu Ordinibus Provincialibus, eorumque privilegia. Urbium autem liberarum nonnullæ Aristocratico utuntur regi-

Provinciarum longe abeant, nihil obstat, quo minus in diversas earum formas inquiramus. Omnes igitur Principatus &c. Patet vero ex statim dicendis, quod hac emendatione intenderit Autor occurrere objectioni Culpisii unitatem Reipubl. Germanica supponenti.

f) *Non sunt veræ Monarchiæ, Aristocratiæ &c. quia sunt partes unius Reip. analogiam aliquam cum Monarchia habentes, quia Status majorem potestatem sibi vindicarunt, quam provinciarum rectores. (p. 196. seq.)* Resp. Si essent partes unius Reip. Status majorem potestatem, quam Provinciarum rectores habere non possent. Quod autem Autor *instar* Monarchiarum &c. subesse dicat, id intuitu non unitatis sed irregularitatis factum.

***) Addit Edit. posth. *nisi qua Communibus imperii legibus adstringitur.*

g) Com-

regimine; in quibus nempe penes Senatum est summa rerum, in quem primarii cives ipsorum Senatorum suffragiis adoptantur; & ubi Senatus neque a plebe in ordinem potest redigi, neque rationibus administrationis suæ reddendis est obnoxius. Alicubi Democratia viget, ubi tribuum suffragio Senatus suppletur illisque in hunc inquirendi est potestas.

III. Quæ autem toti corpori Germaniæ forma Reipubl. sit assignanda, inter scriptores ejus nationis non convenit; *g*) certissimo argumento Reipubl. valde irregularis, & a tritis Politicæ inter istos receptæ dogmatibus longissime abeuntis; nec minus *h*) inscitiæ scriptorum, qui

g) Commendat hic Bœclerum præ reliquis Kulpis. *p. 198.* tanquam accurate satis in hac materia versatum. Diligentiæ laudem Bœclero tribuo; de accurato judicio ejus hodie securius dubitare possumus, quam temporibus relationum Sarcmasianarum. Et ostendi, ut puto, in dissertatione de feudis oblatis *cap. 2. §. 25.* præsuppositum ejus, quod in bene constituta Republica de forma ejus non aliter loqui liceat, quam leges publicæ determinent, præjudiciis erroneis annumerandum esse.

h) Contextus ostendit, particulam *nec minus*

qui i[illegible] nulla rerum civilium, aut valde tenui ſcientia inſtructi, ad commentandum de Jure Publico, ut ipſi vocant, provolarunt. Qui Democraticam Imperio iſti formam attribuerit, nondum vidiſſe, memini. Sunt tamen, qui illos tantum civium Imperii Germanici nomine velint dignari, *i*) quibus jus ſuffragii in Comitiis competit; ſecuti ſine dubio Ariſtotelem, cui Civis dicitur, qui jus deliberan-

Ii di

nus non collective, ſed diſcretive pro *vel, partim* &c. ſumendam eſſe, unde cadit objectio: *Si reſpubl. vere eſt irregularis, non ſunt ignorantes, qui in ea diſſentiunt; aut ſi diſſentiunt ſolum ignorantes, diſſenſus ille non infert irregularitatem, (p. 199.)* Quis enim neget, circa irregularitatem etiam ignorantes occupari poſſe? † Unde etiam in Edit. poſth. pro *nec minus* ponitur *vel inſcitia ſcriptorum.* Interim Dn. Titius *hic lit. u. n. 2.* Autorem defendit, etiamſi particula *nec minus* in ſenſu collectivo retineatur.

i) Reſpexit haud dubie Conringii opinionem in diſſertatione de civibus imperii. *Confer Kulpiſ. p. 200.* [† ubi Roſenfeldii diſſertationem de ſumma Principum Germanicorum poteſtate notat. vid. Dn. Titium *lit. x.*] Et fruſtra oppugnat doctrinam Autoris Pacificus *diſc. 7. p. 277. 288.* † Cui reſpondit Dn. Titius *lit. y.*

l) Hip-

di & suffragium ferendi de Republ. habet. Hoc si adsumamus, sane Democratia erit Imperium Germanicum, quippe cujus cives soli sint Ordines, qui omnes & singuli utique jus de Republ. deliberandi & statuendi in Comitiis obtinent; Imperator autem instar Principis proprie dicti habebit. Enimvero qui definitionem illam Aristotelicam ulterius, quam ad cives in Democratiis Græcanicis degentes velit extendere, valde absurdus sit. Quis enim liberis hominibus, & patribusfamilias in Regno aut Aristocratia viventibus, civium nomen denegabit, utut isti ad nullam Reip. partem admittantur? Aut quis in regno unum esse civem Regem, in Aristocratia solos Senatores dicet?

IV. Plerique, queis exquisitam rerum civilium scientiam & erectum libertatis studium ostentare placet, pro vera & mera Aristocratia Germaniam venditant. *l*) Hi, ut sententiam suam defendant, solicite inculcant: 1. Non esse, quod qnis

l) Hippolithus a Lapide & Joh. Bodinus. Kulpis. *p. 201.*

m) Consentit huic observationi Dn. Kulpis. *p. 201.* Utinam vero semper qui consentiunt, eam observarent!

n) Con-

quis externa rerum facie, *m*) superbo adparatu titulorum, & formularum, non nisi Monarchicum quid redolentium, moveatur; quorum pars magna ex genio linguæ Teutonicæ, inanibus honorum verbis luxuriantis, ortum trahat, nonnulla ex antiquissima Republica, abs qua moderna multum discessit, remanserint. Penes illos enim revera summam esse potestatem, quibus competit jus de summa rerum proprio ex arbitrio statuendi, quocunque demum vocabulo insigniantur. 2. Non repugnare naturæ Aristocratiarum, habere unum caput paulo eminentius, & autoritate reliquos antecedens, quod velut Directoris & Præsidis in concilio Optimatium vices obeat. *n*) 3. Distinctionem esse faciendam inter ipsam formam Reipubl. & modum administrationis. Quæ distinctio ita est explicanda, quod interdum contingat, ut una Resp. mo-

Ii 2 dum

n) Consentit & hic Dn. Kulpisius *p. 202.* ubi simul notat paralogismum Hippolithi, Imperatorem pro nudo Directore venditantis, in quo uti non abest a sententia Autoris, ita nescio an non sit similis paralogismus, quando soli Imperatori Imperium proprie dictum adscribitur. (*ibid.*) *) Ex-

dum administrationis. ex alterius formæ Republ. proxime resultantem, videatur æmulari; aut saltem ejus aliquod signum præferre. Sic si Rex aliquis de summis Reipubl. negotiis ad concionem populi aut Senatum referat, modus administrationis illic quidem videbitur habere aliquid Democraticum, heic vero quid Aristocraticum: & tamen revera forma Reipubl. erit Monarchica, siquidem concilium populi & Senatus tanquam consiliarii adhibeantur, nec ab iisdem Rex necessario dependeat. *) Ex adverso, si in Democratia vel Aristocratia extet Magistratus aliquis eminentior, aut Princeps proprie dictus, cui jus referendi de negotiis publicis, atque exequendi leges & decreta, soli aut præcipue competat, & cujus nomen acta & decreta publica præ se ferant; erit quidem aliquod simulacrum Monarchiæ in administratione Reipubl. summa tamen potestas revera penes populum aut concilium Optimatium residebit. Sunt equidem

*) Exemplum cape a primis Imperatoribus Romanis, Augusto, Tiberio &c.

*) Ut

dem, qui hanc distinctionem oppugnant, *o*) eo potissimum argumento, quod cum forma sit principium operationum, has utique non alias esse posse, quam prout istius velut efficientia permittit. Jam autem formam Reipubl. esse illum velut fontem, ex quo operationes circa eandem administrandam profluunt. Fieri ergo non posse, ut ab ipsa forma administratio discrepet. Ad hoc ita nonnulli *p*) respondent, distinguendo administrationem in eam, quæ fit nomine proprio, & quæ fit alieno. Illam quidem concedunt, non posse discrepare a forma Reipubl. hæc autem quo minus disparem faciem ostentet, nihil obstare. Et ita res est. Diversæ Rerumpubl. formæ resultant ex subjecto, cui summa potestas inhæret, prout illud est vel unica persona, vel concilium ex universis aut paucis constans. Quibus autem ministris aut executoribus ista summa potestas utatur, nihil interest. Ne dicam, quod axioma illud, cui argumentum innititur, in naturalibus duntaxat procedat; non autem ad illa

o) Ut Limnæus. *Vid. Kulpis. d. p. 202.*
p) Hippolithus a Lapide. *Kulpis. ibid.*

recte applicetur, queis actionum suarum libera competit gubernatio.

V. Enimvero utut hæc fortassis sat subtiliter in scholis disputari possunt; tamen, Imperium Germanicum esse Aristocratiam, nemini persuadebitur, cui rerum civilium profundior paulo intellectus. Nam ad Aristocratiam requiritur, ut summa potestas sit penes statum aliquem & perpetuum Senatum; q) cujus sit, deliberare & statuere de omnibus negotiis ad Rempubl. spectantibus, executione rerum quotidianarum aut singularium Magistratibus certis delegata, qui Senatui rationem gestorum teneantur reddere. Atqui talis Senatus in Germania haudquidquam datur. Camera enim & Judicium Aulicum super appellationibus & certis duntaxat litibus cognoscunt. Comitia autem nullo modo stati & perpetui Senatus instar habent, cui de omnibus negotiis totam Rempubl. concernentibus disponendi sit potestas; quæ pecu-

q) Loquitur Autor de Aristocratia, uti esse debet, si non aperte stricturam a procuratione utilitatis & pacis communis, tanquam fine Rerumpublicarum alienam profiteri velit.

r) Obj.

peculiares duntaxat ob causas convocari moris est. r) Credere autem, *) Comi-

r) Obj. *Sed cur non possint Comitia haberi pro stato & perpetuo Senatu, postquam sic in Germania nostra Imperantibus placuit.* (p. 203.) Resp. Placitum imperantium non potest mutare rerum essentias, nec jubere ut id quod temporarium est credant subditi esse perpetuum. Obj. *At consistit tamen ista Senatus perpetuitas non in actuali semper consessu, sed in jure perpetuo conveniendi, ut quoties velint, se congregare possint.* Resp. Ita quidem est, sed debent etiam dies, locus, & obligatio ac commoditas conveniendi legaliter esse aptata ad finem Reip. non difficulter obtinendum. Obj. *Pertinent ista ad simplices & communibus Regulis formatas Aristocratias, non ad mixtas cum Monarchia.* (p. 204.) Resp. Atqui simplices & communes Regulæ ad bonum finem, qui simplex semper est & vulgaris, tendunt. Mixturam illam sæpius diximus, non nisi bonitatem cerebrinam & malum reale parere, quia unionem & modum emergendi ex dissidiis præcludit. Obj. *Sed Judicium aulicum & Camera Senatui Imperiali rationem tenentur reddere de negotiis quotidianis, quoties ex formula legum publicarum Visitationes instituuntur, aut extra ordinem id ab ipsis postulatur.* (p. 205.) Resp. At utrumque horum ex genuina interpretatione Politica significat; *ad Calendas Græcas.* Utinam

nam visitationes non essent solum in formula legum! Obj. *Si Comitia omnia ut hodierna, tanto semper temporis spatio durarent, Senatus Aristocratici ratio eo clarius appareret.* (*p.205.*) Resp. Etiamsi Comitia hæc perpetuo sint futura, uti ratio Status hodierni svadere videtur, tamen non fierent Senatus Aristocraticus. Neque enim convertendæ sunt propositiones veritatum distinctarum. Id valet, & de eo jam disserit Autor: Ubi non est collegium perpetuum, ibi non est Aristocratia. At vero quis ita arguere vellet: Ubi collegium perpetuum, ibi Aristocratia est. Conjungenda hic erunt criteria Aristocratiæ, de quibus in sequentibus. Obj. *Non peculiares duntaxat ob causas Comitia convocantur, sed in illis de omnibus negotiis totam Rempublicam concernentibus disponi, Instrumentum pacis art. 8. §. 2. loquitur.* (*ibid*) Resp. Non captanda sunt verba autoris. Senatus Aristocraticus de omnibus negotiis disponere, & directorem efficaciter admonere potest, ut ad deliberationem proponantur. At Status talia non possunt, quia jus proponendi pertinet ad reservata Imperatoris. Et quis hoc sensu negaret, eos tantum peculiares ob causas ad Comitia vocari?

*) Hæc usque ad verba: *Svediæ Scotiæ* ita emendata in editione posthuma. *Imo si vel maxime comitia, quæ ab anno sexagesimo tertio per tot lustra durarunt, in perpetuum continuari contingat, quod & ex usu Germaniæ videtur futurum; ea tamen*

tia, & quod in illis suffragiorum pars major prævalet, esse infallibile indicium Status Aristocratici, valde simplex est. *s)*

 Nam

men Senatus Aristocratici indolem haud habebunt. Sane enim, conventus ejusmodi & quod in illis major suffragiorum pars prævalet, esse infallibile signum Status Aristocratici, valde simplex est, cum in compluribus Regnis comitia seu Conventus ordinum haberi soleant, in quibus itidem suffragia numerantur; sed quæ comitia convocandi jus penes Regem sit, nec ipsis ordinibus, quotiès aut quacunque de causa conveniendi jus competat.

s) Ita quidem est: & satis ostendit Autor in sequentibus, non valere propositionem: In comitiis regni valet pluralitas votorum, ergo ibi Aristocratia est. Interim ego quidem arbitror, in hac controversia id omnium maxime urgendum esse: Ubi non valet pluralitas votorum, ibi non est Aristocratia. Quod autem in Imperio nostro pluralitas non obtineat, manifestum est. Non adducam, quod in singulis collegiis dentur multæ causæ, ubi pluralitas non attenditur. Excipient enim, id pertinere ad exceptiones, quamvis jam supra monuerimus, exceptiones illas facile regulam facturas. Id urgeo, non confundenda esse vota singulorum in collegiis, cum votis collegiorum integrorum. Ibi quidem sæpe pluralitas facit decisionem seu votum unius collegii. At si vota collegiorum ipsa, si votum

Caf

Nam & in compluribus Regnis Comitia *t*) haberi, in quibus suffragia numerantur, notissimum est; & exempli loco sufficere possunt Regna Angliæ, Suediæ, Scotiæ. Quid autem frequentius, quam inter socios, arctiori fœdere in unius velut systematis compagem combinatos, conventus seu Comitia celebrari? quorum *) in socios non minor autoritas, quam Comitiorum Germanicorum in Status

Cæsaris consideres, hic pluralitas plane non obtinet, per dicta *cap. 5. §. 26.* Et quomodo possent igitur Comitia Senatus vere Aristocratici instar habere? Hic Rhodus.

t) Obj. *Minus commode cum Germanicis comparantur aliorum regnorum comitia, quæ deliberationis causa tantum adsunt, aut consilii, aut causæ minus principales, cum in Germania habeant votum decisivum &c. (p. 205. seq.)* Resp. Atqui Autor non comparat Germanica Comitia cum Comitiis Angliæ &c. sed dat solum instantiam ad illam propositionem: Ubi vota numerantur in Comitiis, ibi est Aristocratia.

*) Ed. posth. *Quorum in socios major aut minor, prout leges societatis ferunt, potestas, aliquando non multo inferior, quam Comitiorum Germanicorum est in Status imperii, præsertim si non tam indolem potestatis, quam effectum spectemus.* Qua corre-

Status Imperii. Exempli loco esse possunt ex antiquis societas Amphictyonum & Achæorum: ex modernis Helvetii & Belgæ Fœderati. *u)* Deinde habent id veræ Aristocratiæ, ut universo quidem Senatu nemo sit superior; singuli tamen Senatores non minus addicte universo Se-

correctione Autor occurrere voluit objectioni Kulpisii *hic lit. u.* adductæ. Conf. Dn. Titium *lit. l.*

u) Obj. *Socii illi huc non quadrant. Fœdera Socii iterum abdicare possunt, & violator statutorum non nisi violati fœderis & fidei fractæ potest accusari. At in Germania Comitia jure summi Imperii indicuntur, quibus nemo Ordinum se subtrahere aut decretis a cæteris factis contravenire potest, si non rebellis & crimine seditionis ac læsæ Majestatis infectus audire velit. (p. 206. 207.)* Resp. Ista sunt Schemata terminorum ob pristinam unionem, aut quia Aurea Bulla a Bartolo Status Germaniæ ignaro, fuit conscripta. Ipsa executio fit per modum belli, ut in vasallum fœdifragum. Est autem omnino inter Germaniam & alia Systemata fœderata differentia, ob irregularitatem Regni Germaniæ. Et in fœderibus inæqualibus, uti sunt omnia fœdera Vasallitica, non licet fœderi pro lubitu renunciare, certe non, sine amissione dominii directi, aut utilis.

x) Obj.

Senatui pareant, quam alii cives; x) & in illos æque atque in hos jus vitæ & necis y) exerceantur. Id quod longissime a li-

x) Obj. *Atqui hoc etiam de Statibus Imperii dici potest, quia scriptis profitentur se Imperatori & Imperio subjectos esse. Nec repugnat ipsorum libertas, quæ in superioritate territoriali, non in suverenitate consistit. p. 207. 208.* Resp. Verbis hodiernis honorum quilibet se alterius servum profitetur, sed hoc idem est, ac si salutem aut bonam diem impertiretur. Superioritas cum subjectione vera consistere nequit, etsi Vasallitica subjectio, aut dependentia potius, eam satis a suverenitate distinguat. † Adde Dn. Titium *lit. m.*

y) Obj. *Adest utique jus vitæ & necis, toti Civitati Germanicæ competens in singulos Cives, ad aliarum tamen Aristocratiarum simplicium rationem comparari nequit. (p. 208. 209.)* Resp. At vero æquali jure nos manemus in negatione, jus vitæ & necis esse ens, quod superioritas Statuum non concoquit. Quæ vero *p. 210. seq.* contra Autorem de suprematu disputantur ad nos non pertinent. † Aliter respondet Dn. Titius. *lit. n. n. 3.* Jus puniendi quidem ex veteri formula, Germaniæ adhuc competere, sed id plerumque inefficax esse, quo ipso etiam Kulpis. *d. p. 209.* inclinare videtur. Ex admisso interim jure puniendi, Status imperii, minime

a libertate Ordinum Germaniæ abest. Sic & in Aristocratiis privatum sibi patrimonium habent Optimates, cæterorum civilium fortunam sæpe plurimum excedens; non minus tamen illud patrimonium, quam quod extra idem reliqua civitas bonorum comprehendit, universi Senatus summo imperio subjicitur, ejusdemque legibus est obnoxium z) At in Germania, si removeas, quæ ad singulos pertinent Ordines, nihil remanet, quod ad universos pertineat. a) Et magnum habebit malum, si quis apud istos asserere audeat, universis Ordinibus in

fin-

nime ad conditionem Civium Aristocraticorum rediguntur cum subjectio illa particularis sit, ac in Socios etiam cadere possit.

z) Obj. *At Comitia possunt legibus Statuum bonis certos ponere modos dominii exercendi & usus eorum determinare, imo jure eminentis Dominii partem aliquam auferre. (p. 214.)* Sed ista potestas legislatoria secure negatur. Dominium enim eminens jam *supra ad cap. 5. §. 7.* explosimus.

a) Intelligit autor haud dubie, *territoria*, quod nulla territoria communia Imperii remaneant. Unde frustra objicitur, *p. 215.* quod secundum Rec. Imper. in der Kreyß-Cassa solet, aut *debet* reperiri. † Quare & in Edit. posth. diserte pro *nihil remanet*, positum *nihil remanet terrarum.*

*) E-

ſingulorum bona tantum competere poteſtatis, quantum in Sereniſſima Republ. Veneta *) toti Senatui in bona ſingulorum Senatorum. *b*) Nam quod adducunt dictum Alberti Moguntini, prolatum, quando de electione Caroli V. præ Franciſco agebatur; hunc ad Monarchiam inclinare, Germaniæ autem Principibus Ariſtocratiam eſſe retinendam; facilem habet reſponſionem. Nam abs tali Præſule, ut ad exquiſitæ illius ſcientiæ civilis regulas dictionem ita ſolicite formet, requirere, putidum foret; & ſenſus, utut incommodis vocabulis expreſſus, in ſe perſpicuus eſt; ſcilicet ſi præſentem ſuam conditionem & libertatem ament Germaniæ Principes, cavendum ſibi eſſe ab imperio Galli, qui, cum in proprio Regno Procerum conditionem ad exquiſitæ leges Monarchiæ

*) Edit. poſth. *quantum in quavis vera Democratia* (ſed haud dubie legendum: *Ariſtocratia.*)

b) Quod pro oſtendendo Dominio eminente Imperii Germanici in bona Statuum iterum provocatur ad Electorem Brandenburgicum *p. 215.* ad id jam reſpondimus ſupra *ad d. c. 5.* §. 7. Et ſimilis eſt reſponſio ad exempla Ducum Holſatorum & Megapolitanorum &c. *d. p. 215.* adducta.

c) Fru-

chiæ redigere laboret, Germanos in Principes ſine dubio ſimilia ſit tentaturus.c)

IV. Reſtat, ut videamus, an Monarchiarum in cenſum Reſp. Germanorum referri queat. Earum ſunt duæ claſſes: quædam abſolutæ, aliæ limitatæ vocantur. In illis penes ſolum Regem, aut quocunque nomine inſigniatur, eſt poteſtas de negotiis ſummam rerum ſpectantibus pro-

c) Fruſtra vero occinitur *p. 216.* eum illius ſenſum fuiſſe: nobis dandam eſſe operam ut in Imperii mixto Statu pars Ariſtocratica non abſorbeatur a parte Monarchica. Et quidſi etiam fuerit? Potuit eſſe Princeps doctiſſimus & tamen erroneam ſententiam Ariſtotelicam de Rep. mixta fovere. Imo quidſi Philippus Melanchton orationem quam Sleidanus ipſi tribuit, elaboravit? ut putat Schoockius *Exercit. 1. ad Monzamb. §. 7. p. 9.* † Addenda etiam nova reſponſio Dn. Titii *lit. r. n 3.* Demus, eam fuiſſe Electoris ſententiam, attamen omnis illa mixtura pertinet ſaltem ad communem Germaniæ adminiſtrationem. Inde ergo non ſequitur, quod Germania ſit Ariſtocratia, ſed ſaltem, quod in regimine communi, aliquid ariſtocratici occurrat, hoc vero, in omnibus Sociorum Syſtematibus quoque deprehenditur.

d) Fe-

proprio ex judicio ſtatuendi. In his autem Rex circa exercendos actus ſummæ poteſtatis certis legibus eſt adſtrictus. Hanc Monarchiarum differentiam, qui non exacte conſiderarunt, in materia hac vehementer ſunt hallucinati; dum rationibus; quibus Imperatori abſoluta poteſtas denegatur, ne limitatam quidem relinqui crediderunt. Etſi abſolutam in Imperatore poteſtatem per univerſum Imperium exercendam qui agnoſcat, *d*) vervecum in patria natum oportet eſſe. Et quæ afferuntur argumenta, ſibilo magis, quam ſeria refutatione, digna ſunt. Æque abſurdum, ex viſione Danielis, *e*) quam ex libris Juris Romani *f*) Imperatoris Germanici poteſtatem velle definire. Quod Imperator neminem, niſi Deum & enſem, ſuperiorem recognoſcit, id ipſi in Principes Germaniæ non ma-

d) Fecerunt id Reinkingius, Wizendorffius, Schüzius, Stamlerus, Schoockius, *Kulpiſius p. 217.*

e) Quaſi Imperium ſit quarta Monarchia. Succincte reſpondet Kulpiſius *d. l.*

f) De Lege Regia, & quod Imperator ſit Mundi Dominus, Kulpiſ. *p. 218.*

g) Ad-

magis absolutum imperium tribuit; quam provinciæ Hollandiæ in reliquas sex, cui utique idem elogium recte tribui potest. *g*) Inania *) titulorum, *h*) (puta quod ab omnibus Ordinibus nuncupatur

K k Do-

g) Adde iterum Kulpis. *d. p. 218.*

*) Versiculum hunc usque ad verba: *solent adornare* sic in summam contraxit editio posthuma. *Tituli, formulæ Stilusque Curiæ, quo literas interdum & decretorum carmina scribæ solent adornare, longe rei ipsius vim excedunt.*

h) Obj. *Istos tamen titulos &c. non esse levis momenti judicavit Bœclerus, utpote quibus id doceatur, Imperatorem, etsi non paucis in rebus Ordines in consortium potestatis admittat, non desinere tamen esse Imperatorem, neque Imperatoriam autoritatem dimisisse. (p. 219.)* Resp. quod ita Bœclerus judicaverit, concedo, quod recte judicaverit, nego, præprimis cum hic iterum præsupponatur: Imperium esse unam Rempubl. quod in quæstione est. † Addit. D. Titius *lit. y. n. 3.* Ni-„ hil etiam ex illa Bœcleri sententia, quod huc„ faciat, sequitur; neque enim quæritur, an in„ Germania quædam monarchici regiminis „ reliquiæ occurrant? Sed an in Germania„ sit Monarchia absoluta & hoc argumen-„ to titulari probari possit? Repete etiam quæ „ jam supra *ad* §. *4. lit. m.* notavimus, ubi Culpisius ipse monitum Autoris, ex quo præsens ejus observatio deducitur, approbaverat.

i) Obj.

Dominus clementissimus, quod in subscriptionibus literarum, alibique de obsequio suo prolixime pollicentur,) genius seculi, stylusque Curiæ produxit, non plus fere efficaciæ habentia, quam alia verba honoris, in quæ ignavissimus quisque operum solet esse effusissimus. Vanus quoque verborum strepitus, illa plenitudo potestatis *i*) & perfectio, qua literas interdum & decretorum carmina scribæ solent adornare. Denique jurant Ordines Imperatori fidelitatem, sed salva sua libertate, suisque juribus, *l*) quæ quantum isti potestatis relinquant, jam supra satis apparuit. Sed plura heic verba facere, putidum fuerit.

VII. Probabilissimam plerisque visi sunt

i) Obj. *Ista plenitudo potestatis, quocunque demum modo explicetur, aliquam de Monarchia Cæsaris confessionem habet.* (*ibid.*) Resp. Imo prout Autor explicat, non habet.

l) Obj. *Libertas Statuum eorumque jura non esse normam juramenti fidelitatis, Imperatoribus præstandi, sed inverso ordine hoc pro regula & termino etiam libertati & juribus Ordinum posito debere haberi aliquoties monuimus* (*ibid.*) Resp. & nos contrarium monuimus. Vide *notata ad §. ult. cap. præced.*

m)

ſunt ſententiam foviſſe, qui Imperatori tribuunt poteſtatem Regiam & ſummam; non tamen abſolutam, verum certis legibus circumſcriptam. Quam ſententiam paſſim quoque in Scholis apud iſtos defendi audias. Hanc, quantum nobis conſtat, primus oppugnandam, ſibi in Germania ſumſit perſonatus quidam *Hippolithus a Lapide*, *m*) quo tempore quam maxime bellum inter Cæſarem & Suedos fervebat. Qui utut plurima habeat, quæ

 nemo

m) Sub qua larva latere voluiſſe cenſetur Johann. Joachimus a Rusdorff Eques Germanus, Conſiliarius Electoris Palatini. *Vide Placcium de Pſeudonymis p. 210.* † In Svecia *Salvius* pro Autore a quibusdam habetur. Habeo Exemplar primæ editionis Hippolithi a Lapide in Germania excuſæ in quarto; cui primus poſſeſſor, tum temporis ad tractatus pacis ablegatus adſcripſerat, autorem eſſe *Chemnitium*, Theologi nepotem, ſupremum excubiarum magiſtrum. Alios Scriptores, *Henckelium* quendam, vel Dn. *Dranſe*, Berolini Sveciæ Regis Reſidentem, vel *Ludovicum Camerarium*, Regis Sveciæ Conſiliarium intimum & in Belgio fœderato legatum, ut Autores Scripti illius nominantes citat Dn. Titius *hic lit. b. n. 2.*

*) Hic

nemo possit abnuere, nisi omnem pudorem ejuraverit; in multis tamen eundem falli, & per implacabile odium adversus Domum Austriacam in transversum rapi, non minus in aprico est. Etsi prohibitione libri *) nihil aliud effectum, quam ut eidem pretium doctisque legendi ardor accederet. *n*) Cujus tamen mentionem non fecissemus, nisi ille plerisque quantivis pretii videretur; & qui eum impugnarunt, nugari potius aut adulari, quam ipsius rationes destruere, sint deprehensi. *o*) Hic igitur uti recte summam ac Regiam potestatem Imperatori in ordines de-

*) Hic versicula usque ad Versiculum; *Hic igitur* omissus est in editione posthuma.

n) Ita est: Si liber quis errores continet, errores seipsos refutant. Si veritates, veritas per confiscationem propagatur.

o) Forte intelligit Joh. Suterum, qui anno 53. animadversionem scripsit in Hippolithi librum in 12. satis prolixam & ultra mille paginas constantem, quam uti Cæsari Ferdinando III. dedicavit, ita & sententiam Reinkingii, quod Imperium sit Monarchia, in ea defendere laboravit, unde de Autore facile judicare poteris. Forte tamen etiam Autor noster respexit ad Bœcleri stricturas in Hippolithum, si modo eæ tempore, quo Monzambanus prodiit, jam publicatæ erant. *p*) No-

detrahit, ita in eo valde absurdus est, quod eundem Ordinibus subjicit, & nudi Magistratus dignationem velut precario tot titulis superbienti concedit. Quasi vero! necessarium sit, Aristocratiam existere, ubi Monarchia absoluta non datur; aut omnino eum quis superiorem cogatur agnoscere, cui pro lubitu non potest imperare. Et isthæc duntaxat qui observaverit, nullo negotio plerasque ipsius rationes elumbes dabit. Etsi & passim multa sat futilia immiscet, quorum paucula duntaxat, velut per saturam, recensebimus. *p*) Dicit alicubi,

p) Notat Dn. Kulpisiius *p. 220. Autorem videri ideo notasse Hippolithum a Lapide, ut ostenderet, superesse in Imperio nostro aliquam potestatem Monarchicam, sed ita confusam cum potestate Ordinum, ut exinde corpus plane irregulare resultet; ad hanc enim hypothesin tuendam omnino necesse fuisse statuere, rudera quædam, ac reliquias Monarchicæ potestatis in Imperatore, quoniam si hanc penitus sustulisset, ut Hippolithus erat conatus, tum asserenda ei fuisset vel simplex Aristocratia, vel corpus aliquod diversarum Rerumpublicarum, quorum utrumque tamen sibi negandum sumserit.* Resp. Si id ita intelligatur, ut Autor intenderit ostendere Imperium esse aliquod corpus inter Regnum limitatum & systema civitatum fluctuans, ut se explicat §. *ult hic*, consentio. *q*) Vi-

Majestatem sive summam potestatem esse penes Ordines, qui eam etiam tunc habent, quando nullus est Imperator. q). At quis ignorat, in omnibus Regnis tempore Interregni summam potestatem redire ad populum, aut, qui eum repræsentant, Ordines? quam tamen, novo Rege constituto, non amplius retinent. Non statim etiam superiorem agnoscit quis illum, cui quis ad rationes reddendas sese offert. r) Aliter ratio redditur ei, abs quo pœna metuitur, nisi illa sibi constiterit; aliter isti, cui ex pacto duntaxat teneor; aliter denique, cujus existimationem vereor. Sic Reges bella moturi publicis scriptis rationem toti orbi satagunt reddere. Sic socius socio, tutor pupillo rationem negotiorum gestorum reddit. Præterea non statim altero est superior, aut imperium in ipsum habet, qui munere suo eundem dimovere potest. s) Nam potest quis eo pacto duntaxat plurium communibus negotiis gerendis esse præpositus, ut neutri in alterum imperium proprie dictum com

q) Vide Hippol. *Part. 1. cap. 3. Sect. 1. p. m. 38.*
r)) Hippol *P. 1. c. 3. Sect. 2. p. m. 42.*
s) Hippol. *ibid.*

t)

competat; qui ubi displicuerit, officio evolvitur, non alio modo, atque contractus cum eo initus abrumpitur, qui ejusdem legibus non satisfecerit. Etsi saltem circa Henricum IV. & Adolphum Nassovium omnia ad juris normam fuisse gesta, merito dubites, *t*) nisi *) Reverendissimos Præsules præcipuas in eo negotio partes egisse constaret. Quæ de Comitiis prolixe disputat, *u*) vera quidem sunt, sed frustra adducuntur ad probandum, quod ipse intendit. Nam uti Imperator invitis Ordinibus nihil potest injungere; ita, quod hi isti invito aliquid pro imperio queant injungere, puto, inauditum est. Equidem præscribunt Electores in Capitulatione, quid Cæsari faciendum, quid omittendum; verum non velut ex vi alicujus imperii in ipsum, sed per modum contractus; cujus ea est efficacia, ut, si contra conventa quid Ordinibus velit injungere Imperator, impune possint ipsi

t) Conf. Hippol. *d. l. p. 42--50. Conf. dicta supra ad Cap. 4. §. 6.*

u) *Part. 1. c. 4. p. 54. seq.*

*) Hæc limitatio Satyrica omissa in editione posthuma.

x) Hi-

non parere. Enim vero & hoc eſt ex communi pactorum natura, non ex aliqua poteſtate, quæ Ordinibus in Cæſarem competat. Probabilius urgeri poſſet, quod ex antiqua conſvetudine introductum, & poſt per Auream Bullam confirmatum eſt, ut Imperator, ſi quibus ſuper cauſis fuerit impetitus, coram Comite Palatino reſpondere teneatur. x) Et notum eſt, quomodo tres Electores Eccleſiaſtici Alberto I. Imperatori denunciarint, ut coram Rudolpho Comite Palatino cauſam diceret. Etſi tanto reo arma magis in actores judicemque arriſerunt. Poſt auream tamen Bullam nullum ejusmodi judicii coram Palatino peracti exemplum legiſſe meminimus. Origo ejus juris Palatino competentis ſine dubio profluxit ex officio, quod antiquiſſimis temporibus tanquam Major domus in aula Regia geſſit. Hic enim uti in alios aulicos exercebat jurisdictionem; ita, ſi quis ab ipſo Rege quid poſtularet, de quo ambigebatur, Comitis Palatini erat cognitio. Cujus ſententia ſtabat Rex, non

x) Hippolithus *Part. 1. c. 5. Sect. 2. p. 90. & Sect. 3. p. 91. ſeq. item part. 2. c. 7. Sect. 1. p. 409.* Conf. Kulpiſius *p. 223. & p. 113.*

z) Res

non tanquam iſtum agnoſceret ſuperiorem; ſed quod cognito petitoris jure non poſſit non obligationem ſuam explere. Sicut multos novimus Principes in Germania, & alibi, qui ſuper debitis aliisq; ipſos ſpectantibus cauſis, dubii quid habentibus, in propriis tribunalibus conveniri ſolent; quæ tamen tribunalia Principem hautquidquam cogere poſſunt, aut multa coërcere, ſiquidem juris ac conſcientiæ, publicæque exiſtimationis reverentia eundem ad debitum exolvendum non adegerit. Sed puto, Ordines ipſos contentos eſſe, quod a Cæſare nihil poſſit ſibi imperari, quod diſpliceat. Tam invidioſam libertatem, ut Imperatori ſuo ipſi queant imperare, cordatiſſimus quisque ultro adſpernabitur.

IIX. Sed cum *Hippolitho* quidem facile tranſegerit Imperator, ne ab eodem in ſubjectorum claſſem conjiciatur. Magis urgent iſti, *) qui & Imperatori poteſta-

*) Scilicet defenſores ſententiæ initio paragraphi præcedentis propoſitæ, quod Regnum Germaniæ ſit Monarchia limitata, quam Hippolithus a Lapide, ut hactenus oſtenſum, inſufficienter refutaverat.

*) Quæ

tem Regiam, & Ordinibus libertatem sub temperamento aliquo tribui posse autumant, dum inter Regna limitata Germaniam referunt. Nam qui *) de mixtis Rerumpubl. formis garriunt, nullo modo expedire se possunt. *z)* Præterquam enim, quod qualiscunque mixtura non nisi monstrum aliquod civitatis producere apta

*) Quæ hic de mixta republica differit Autor, omissa sunt in editione posthuma usque ad versic. *Cæterum priores*, & tota disputatio de rep. mixta ad finem hujus paragraphi, ut mox notabimus, est translata.

z) Res expedita. Tentavit tamen sententiam Peripateticorum, quod detur Status Reipublicæ mixtus & quod in Republica nostra possit ostendi, defendere prolixius Dn. Kulpis. *p. 225.-239.* Nos contra tentabimus eam defensionem modeste refellere. Quæ *p. 225. seq.* de civitate & republica, de majestate, differentia inter Monarchiam, Aristocratiam & Democratiam, de subjecto duplici mejestatis, de ejus productione & definitione præmittuntur, transeant. Assumo etiam illa de Majestate ut totum aliquod considerata asserta: *p. 229. seq. Particulas majestatis, non esse alias atque alias partes* a se invicem alias distinctas, *& sub Imperii summi notione communi velut vinculo connexas, sed*

ſed denotari ſaltem unius ejusdemque poteſtatis *circa diverſa objecta diverſam occupationem. Sicut in* ſole *non ſit alia facultas* liquefactrix *ceræ* & induratrix, *luti. Item: Uti*, una *anima fingatur habere partes potentiales, intime tamen connexas*, & ut neutra ab altera poſſit abeſſe ſalva manente eſſentia hominis, *ita majeſtatem* unam *concipi per complexionem partium, quæ omnes ad conſtitutionem Reip. ita neceſſario concurrant*, ut avelli nulla penitus queat. Aſſumo inquam illa aſſerta, ut ex iſtis ipſis deſtruam reliqua & prima falſa ſequentium aſſertionum notem. Tale eſt quod ſtatim ſequitur *p. 23. Quod majeſtas in omni Rep. indiviſibilis dicatur, id illum habere ſenſum: in qualibet Republica tale debere eſſe Imperium, quod liberrimum judicandi & præſcribendi arbitrium habeat, circa omnia ea, quæ ad gubernationem illius, conſecutionemque finis & ſalutis neceſſaria ſunt, aut pertinere ullo modo poſſunt. In uno ſi facultas iſta deficiat, amittatur, aut ab alterius* extra cœtum hunc conſtituti *voluntate dependere incipiat, jam non amplius Imperium ſummum nec civitatem eſſe. Ita Carthaginenſes, cum poſt bellum Punicum ſecundum, ne cui bellum facerent injuſſu Populi Romani, ex pacto obligarentur, deſiiſſe eſſe perfectã Remp. jure belli amiſſo.* Hic equidem omnia recte ſe habent, niſi quod illa dependentia ab aliena voluntate ſummum Imperium deſtruens, reſtringatur ad alienam voluntatem *extra cœtum.* In hoc enim latet primum falſum doctrinæ adverſæ totius. Cum

eadem

apta ſit, nulla ejusdem ſpecies ad Rem-
publ. Germanicam accommodari poteſt
in qua neque univerſa poteſtas ſumma
eſt penes plures indiviſim, neque ejus-
dem poteſtatis partes inter diverſas per
ſonas aut collegia ſunt diſtributæ. Cæ
terum priores differunt, illa omnia, qua
Imperatori per Capitulationes præſcri
bun

eadem haud dubie ſit ratio, ſi facultas impe
randi dependeat ab *alterius* voluntate, qui *in*
tra eundem cœtum eſt; ſi ſcilicet eſſe conſidere
tur ut *alter*, hoc eſt ut a priori diſſentiens. I
corpore enim morali, ut conſenſus eſt anima
unio, identitas, ita diſſenſus eſt mors, dupl
citas, diverſitas. Ita v. g. ſi (ut in Rep. mixt
fingitur) princeps habeat jus fœderum, Se
natus jus belli, populus jus contributionum
Princeps non habet majeſtatem, quia ut Car
thaginenſes jus belli, & præterea jus contri
butionum amiſit, nec Senatus, quia no
habet jus fœderum & contributionum, ne
populus, quia non habet jus belli & fœderum
nec omnes conjunctim, ſi ſint diſſentientes
quia neuter poterit alteram partem cogere
& ſi poſſet jure cogere, altera pars non hab
ret in ea particula ſummam poteſtatem. A
hæc pauca recurrit totum diſceptationis my
ſterium. Unde facile jam reſponderi pote
ad ſequentia: *Licere civitati* intra cœtum
ſu

buntur, ſtare poſſe cum Regno limitato; puta, quod teneatur ad leges fundamentales Rempubl. adminiſtrare, & ſuper negotiis ſummam rerum ſpectantibus conſenſum Ordinum requirere; quod leges novas iisdem inconſultis ferre non poſſit, in ſacris nihil immutare, pacem, bellum, fœdera ex arbitrio Ordinum ſumere, controverſias ſubjectorum non niſi per certa tribunalia dirimere. Sic quod

ſubjecto proprio majeſtatis diſponere pro lubitu (p.231.) quod facile conceditur, ſi modo diſpoſitio non ſit irrationalis, & quæ contradictionem involvat, uti in figmentis Reip. mixtæ fieri, modo dictum. Quæ *p. 232.* de regno limitato ſequuntur, tranſeant, ut & ea quæ *p. 233.* de mixtura adminiſtrationis ſeu exercitii jurium majeſtatis monet. Ipſa vero concluſio *p. 234.* pro Republica mixta ſua ſponte ex dictis corruit. *Quia populi liberi, qui conſtituendæ Reip. jus habent talem formam inducere poſſunt, ut Majeſtas, quantum ad partes in* diverſis *ſubjectis hæreat, & jura ſummi Imperii partim ſint penes unum, partim penes plures* diviſim, *ita ut una pars* absque altera (hoc eſt, etiam *diſſentiente altera*: Nam hoc *absque altera* alium ſenſum non admittit!) *jura ſua habeat, ac exercere poſſit, ſequitur etiam dari Statum Reip. mixtum.* Ut taceam hic apertiſſime contradi-

tradici hypothesi & asserto communi quod modo ex *p. 229. seq.* apposuimus. Adde quod concedatur *p. 235. a multis formulas mixtionis esse confictas, quæ vel nunquam, vel rarius certe occurrant, saltem consistere diu nequeant, cujus generis sit Respublica mixta ex tribus formis ordinariis, vel ex unius formæ duobus aut tribus individuis:* item *p. 237. In exemplis partitionum a Pufendorffio recensitarum non procedere mixtionem, nec posse v. g. fieri. ut uni detur legislatoria potestas, alteri vis punitiva.* Denique facile jam satisfieri potest exemplis quæ jactantur *p. 235. veræ mixtionis & p. 237. partitionis, ut sui quisque juris exercitio alter alterum non impediat nec alieno opus habeat auxilio.* Tale recensetur *p. 238. Si uni jus* privilegiorum *soli concedatur, in cæteris vero cum ordinibus concurrat. Istud ut efficaciter possit exerceri, nihil aliud requiri, quam ut solus quoque adjunctam habeat potestatem* judiciariam, *vel saltem necessarias judiciariæ facultatis partes, in quantum ad exercitium sui proprii juris sufficiat.* Respondeo. Si per jus privilegiorum intelligitur jus concedendi inania, splendorem, præcedentiam, titulos &c. vix meretur nomen particulæ majestatis, & ob talia Autores Reipublicæ mixtæ istud figmentum non invenerunt. Si vero intelligitur jus eximendi civem a legibus aut oneribus communibus civitatis, item a jurisdictione, sequela in bello, &c. facile patet, hujus juris exercitio impediri posse eos, qui potestatem habent legislatoriam,

contri-

quod Ordines Imperio simul & Imperatori fidem jurant, id hoc modo posse explicari, quod Imperatori velint obsequium præstare, quatenus ipsorum opera bonisque uti vult ad bonum publicum, & prout legibus Regni est expres-

contributionum, jurisdictionem, conscriptionem militum &c. & ita falso exemplum hoc afferri juris quod nec alieno habeat opus auxilio, nec alterius juris exercitium impediat. Et vel hoc ipsum, quod judiciaria potestas ei adjungitur, indicat, quod opus habeat alieno auxilio. Judiciaria vero potestas, quæ opus habet jure puniendi, turbare potest Jus legislatorium &c. Nec juvat, quod saltem pars judiciariæ potestatis vindicetur juri privilegiorum. Ita enim dabuntur duæ partes judiciariæ potestatis in diversis subjectis; quarum una alteram facile turbare potest, uti una haud dubie alterius sæpe opus habet auxilio. Hæc vero etiam opponenda erunt applicationi istius exempli ad statum imperii, dum sequitur *d. p. 238. Ita se rem habere in Imperio nostro. Neque enim penes Imperatorem jus* privilegiorum *inefficax dicendum esse, quod* jus belli *Statibus sit communicatum. Nam ad stabilienda* privilegia *in civibus, non opus esse* bello, *sed* judicia *sufficere, ac facultatem coërcendi, quæ hactenus etiam solius Imperatoris sit, quantum tuendis reservatis suis requiratur.* Adde, quod non solum multa de jure privilegio-

pressum ; simulque quod adversus reliqua Imperii membra commodos sese & fideles concives velint exhibere. Enimvero quo minus Germaniam pro Regno limitato possimus habere, duo potissimum

giorum, & de potestate judiciaria supponantur, quorum contraria docuimus supra *ad cap. 5. §. 14. & 27.* sed &, quod, si saltem in inanibus reservatum hoc consideremus, v.g. præcedentiis, Imperator non possit concedere privilegium præcessionis in Comitiis ulli ex Principibus competentibus aut alternantibus, imo non possit concessione privilegii ullum Statum aut Principem Imperii eo adigere, ut is patiatur in aula sua Comitem Imperii ab Imperatore noviter creatum, (non Statum) præcedere Nobilem, qui primaria quadam functione Aulica gaudeat. Sequuntur ista: *In ordinibus vero, ne effectu destituantur jura communicata, inde satis cavetur, quod cum illis ubique Imperator simul concurrat, adeoque & suis variis reservatus juribus ultimum pondus possit conciliare.* Sed gratis hæc dicuntur, postquam jam supra Autori notatum, *cap. præced. §. 24.* pondus ab Imperatore hic expectandum consistere in amica tractatione & persvasione sine imperio, & postquam *ibid. §. 27.* monitum, reservata Imperatoris tantum effectum non posse polliceri.

a)Ob.

mum obstant. *a*) Primo, in vero aliquo Regno, utut in ejusdem administratione certas sequi leges Rex teneatur; revera tamen eousque omnes cives ille eminet, ut suam libertatem suaque jura cum Regis potestate nemo comparare audeat, utque adeo omnes Proceres ab arbitrio Regis dependeant, eique ad rationem reddendam sint obstricti. Id quod in Germania secus esse, cuilibet notum. Nam nemo ex Germaniæ Ordinibus admiserit, ditiones sibi subjectas magis ad Imperatorem, quam ad se, pertinere, aut sibi istius magis quam proprium commodum

a) Obj. *De his duobus fundamentis multa dici possent. Ratio certior, quia jura summæ potestatis plurima positive communicata sunt cum ordinibus, ita ut illi eorum respectu cum Imperatore concurrant & consortes summi Imperii haberi debeant. Nam in regno limitato saltem restrictio fit potestatis in Rege absque communicatione. Communicatione fit progressus ad mixtam Rempublicam (p. 223. seq.)* Resp. At communicatio illa in Imperio Romano negatur, quatenus ex intentione opponentium communicatio ejusmodi præsupponit unam Rempublicam, cum in Imperio sit nexus plurium Rerumpublicarum inæqualiter fœderatarum.

*) Hæc

in iisdem gubernandis esse respiciendum. Quin eousque sibi quisque tendit, ut bellum in alios Status aut exteros sumere, fœdera cum aliis Statibus aut exteris inire non dubitent, inconsulto Imperatore, quicunque viribus suis sociorumque confidunt; istius *) reverentia inter inania fere simulacra habeatur. Deinde quilibet Rex, quamvis limitatus, id habet, ut virium totius regni directio atque adplicatio demum ultimo ad ipsum redeat, utque sub ipso eædem vires velut uniantur ad commune bonum ita procurandum, ut ab una quasi anima cuncta videantur gubernari. Hoc qui in Germania videre possit, lynceus sit oportet; ubi qui caput & rex cluet, ex Imperio nullos reditus percipit, sed proprio succo vivere cogitur; ubi nullum commune ærarium, nullus miles publicus est, sed quilibet Ordinum suis viris, suarumque ditionum reditibus pro arbitrio utitur, collato in publicum non nisi exiguo quopiam, idque post ambitiosas demum solicitationes. Quæ sin-

*) Hæc verba usque ad Versiculum statim sequentem: *Deinde* &c. tanquam sensum antecedentium turbantia, omissa sunt in editione posthuma.

*) Se-

ſingula ſuperiori capite latius deducta, & in ipſo rerum actu manifeſtiſſime deprehenduntur. *)

IX. Nihil ergo aliud reſtat, quam ut dicamus, Germaniam eſſe irregulare aliquod corpus, & tantum non monſtro ſimile, ſiquidem ad regulas ſcientiæ civilis

*) Sequitur in editione poſthuma diſputatio paulo prolixior, quam quæ in noſtra paulo poſt initium paragraphi legitur contra eos, qui ſtatuunt, Imperium Germanicum eſſe rempublicam mixtam. *Sunt denique non pauci, qui inter mixtas reſpublicas Germaniam referunt, qui quantumcunque ſe torqueant, nullo modo expedire ſe poſſunt. Quæ Ariſtoteles, mixturæ iſtius autor, ſuper miſcendis, aut invicem temperandis civitatum Ariſtocraticarum & popularium formis tradit, ad remp. Germanicam haud quadrant, quod quilibet, cui ipſum Ariſtotelem inſpicere vacarit, agnoſcet. Tum & quas mixturæ ſpecies recentiores commenti ſunt, earum nulla ad hancce quadrat; in qua neque univerſa poteſtas ſumma eſt penes plures indiviſim, neque ejusdem poteſtatis partes inter diverſas perſonas aut collegia ſunt diſtributa. Qui autem Germaniam ideo e Monarchia & Ariſtocratia mixtam ſtatuunt, quod jura majeſtatis potiora cum Ordinibus communicata ſunt, in eo falluntur, quod ordines Imperii indolem veri Senatus Ariſtocratici habere præſupponant; id quod res ipſa aliter demonſtrat.*

b) Obj.

lis *b*) exigatur,*) quod lapsu temporum per socordem facilitatem Cæsarum, ambitionem Principum, turbulentiam Sacerdo-

b) Obj. *Quamdiu certa quædam regula, ad quam habitudo Reipublicæ in universum exigatur, non fuerit designata, irregularem Rempublicam dari non posse, nec mixtas e regularium censu ejici, nisi discrepantia earum ab ista regula amplius ostendatur* (*p. 244. seq.*) Resp. Ista regula est a natura Reipubl. desumta, ut videlicet Status ita sit connexus, ut in omnibus controversiis & dissidiis occurrentibus una voluntas possit expediri & dissidia ista evadere. Unio enim est anima Reipublicæ, & ergo facit regulam. Quodsi vero Status ita sit connexus, ut secundum ejus structuram tales sæpe possint occurrere casus, & sæpe etjam occurrant, qui ex legibus fundamentalibus nullo legitimo remedio possint expediri, nisi per vim majoris & metum partis dissentientis minoris, is haud dubie irregularis est. Jam applica hæc ad Rempublicam mixtam & Imperium Germanicum & ejus comitia, & conclusio sequetur sua sponte. Neque ferient regulam ita formatam, quæ pro ostendenda an ostentanda Rerumpublicarum mixtarum unitate fusius afferuntur *p. 245. seqq.* sed potius exinde facile refutantur, quale est illud *p. 246. seqq.: Si summa rerum ad concilium optimatum aut populi delata, definiendum prius est, quota pars*

pars in unam conspirans voluntatem totius concilii adeoque civitatis repræsentare debeat, atque hoc ipsum animæ & voluntatis unitati non repugnat, cur repugnaret in tali cœtu, ubi partim penes unum, partim penes concilium plurium jus imperandi consistit, & in quo non minus ac illic, quid pro voluntate totius Reipublicæ habendum sit, legibus fundamentalibus reperitur definitum. Facile enim ex dictis patet, in Republica mixta leges fundamentales salva mixtura definiri non posse, quid dissidio inter unum & plures orto circa regalia, divisa sibi tamen invicem opem ferentia pro voluntate totius Reipublicæ habendum sit. Ad illam vero interrogationem *p. 248 Quis vero nunc constanter poterit asseverare, quotquot mixtas Respublicas constituunt, finem condendæ civitatis non attendere, vel eidem obtinendæ, summi imperii per diversa subjecta accidentalia partitionem obesse?* Fidenter respondemus, nos id asseverare, quia non potest intendi prudenter a constituentibus unio omnimoda. Id vero quod sequitur, non intelligo: *Satis docere nos annales, sæpius civilis consociationis finem obtineri nullo modo alio potuisse, quam hac instituta Imperii divisione.* Mallem enim, istos annales fuisse adductos. Quodsi is sensus sit, sæpius in bellis civilibus pacem non aliter potuisse obtineri, responderem, in pactis ejusmodi non semper intendi finem Reip. tranquillitatem & unionem communem, sed sæpe morbos Reip. sine cura repelli ad tempus, donec viribus

 sum-

dotum, **) ex Regno regulari in tam male concinnatam formam est provolutum, ut neque Regnum, etiam limitatum, amplius sit, licet exteriora simulacra tale quid præ se ferant, neque exacte corpus aliquod aut systema plurium civitatum fœdere nexarum, sed potius aliquid inter hæc duo ***) fluctuans. Quod ipsum exitiabili morbo internisque convulsionibus

sumtis iterum deteriori effectu erumpant. Etsi vero afferatur porro *p. 249. Si quando tale hominum genus daretur, cujus habitationi ac usibus melius conveniret structura in columbarii aut haræ formam adornata, quam splendida ædificii surgentis compages, non apparere cur monstri nomine illa structura venire debeat;* tamen puto cuilibet apparere, & homines ejusmodi, si non plane columbæ sint aut porci futuri, non amplius homines; homines tamen futuros esse plane irregulares & monstris parum absimiles, & structuram adeo illam intuitu hominum verorum omnino pro irregulari & monstrosa habendam.

*) Edit. posth. *Siquidem ad regulas scientiæ civilis, aliasque respublicas exigatur, & cujus similis, puto in toto terrarum orbe non extat.*

**) Addit Edit. posth. *factiones ordinum, atque inde prognata bella civilia.*

***) Edit posth. *Velut interjectum & fluctuans.*

c) Obj.

bus perpetuum præbet fomitem: hinc ad Regni leges retrahere Imperium nitente Cæsare, inde in plenam libertatem tendentibus Ordinibus. Quemadmodum autem hæc est natura omnium degenerationum, ut, quando a principio suo longe discesserunt, prono lapsu; & velut ultro, ad extremum suum tendant, ad pristinam autem formam ægerrime possint retrahi; & lapidem ad clivum montis semel impulsum facillime ad planum usque devolveris, ad verticem non nisi insano labore revocaveris, ita Germania sine maximis motibus summaque rerum confusione, ad justi Regni leges reformari nequit; ad fœderatorum aliquod systema ultro vergit. Imo si tollas mutuam illam inter Imperatorem & Ordines renitentiam, jam erit revera Germania corpus aliquod seu systema sociorum inæquali fœdere nexorum, *c*) ideo quod, Ordines

c) Obj. *Imo si ponamus, Cæsarem remittere jus suum, quid aliud, quam mera Aristocratia erit in Germania? p. 251.* Resp. 1. Miscentur hic diversa. Aliud est remittere *renitentiam*, id est æmulationem mutuam & intentionem exaltationis propriæ cum depressione partis alterius: aliud remittere *jus suum*. De illo loquitur Autor,

dines qui vocantur, comiter colere & reverentia prosequi Cæsarem teneantur. *) Exempli loco potest esse in societate Civitatum liberarum fœdus inter populum Romanum & populos Latinos, antequam hi ab isto ad subditorum conditionem redigerentur, aut demum civitate Romana donarentur. Item **) in societate

tor, de hoc objectio. 2. Etiamsi Cæsar remitteret jus suum, id est desineret esse Cæsar, & manerent adeo in Comitiis tria Collegia Ordinum sola, tamen non fieret Aristocratia, quia supra jam ostendimus, pluralitatem votorum non concludere. Hinc facile judicari potest de eo, quod sequitur. *Si ordines desinant reniti, erit regnum limitatum.* Nam uti in Aristocratia, si Optimates desinant sibi invicem reniti, propterea non fit regnum limitatum, ita si Ordines desinant esse Ordines & veri subditi fiant, quin in regnum transitura sit Respublica Germaniæ quis dubitaret? Cætera transeant, quia inculcant unitatem Reip. Germanicæ contra rationem & historiam.

*) Addit Edit. posth. *velut non solum simulacris regiis vestitum, sed & qui autoritate, ac quadam potestatis prærogativa cæteros emineat.*

**) Loco horum verborum usque ad finem capitis sequentia leguntur in edit. posth.

At-

tate bellica ducatus Agamemnonis in exercitu Græcorum ad Trojam. Etsi fere contingere soleat, ut, ubi, qui fœdere superior est, potentia multum eminuerit, inferiores socii pulatim velut subjecti tractentur. Ergo commodissime Statum Germaniæ possemus designare, quod proxime accedat ad systema aliquod plurium civitatum, in quo unus velut Princeps aut Dux fœderis emineat, simulacris Regiis vestitus; quod tamen corpus quam atrocibus morbis agitetur, sequenti capite dispiciendum erit

Ll 5 CAP.

Atque istam quidem irregularitatem facile agnoscet, qui compagem Germaniæ modumque regiminis heic recepti contulerit cum compage atque administratione regnorum, Aristocratiarum, & systematum, quæ omnium confessione pro talibus agnoscuntur. Quibus addi possunt, quæ nos peculiari diatribe de Republica irregulari, ac in libris de jure Naturali & Gentium circa hanc mareriam tradidimus.

a) An

CAPUT VII.
De viribus & morbis Imperii Germanici.

I. Vires Germaniæ, in se consideratæ, quantæ sint: tum in Viris.
II. Tum in rebus & affluentia regionis.
III. Germania quibus mediis aliorum opes ad se trahere queat.
IV. Vires Germaniæ quomodo ad Vicinos se habeant; & quidem respectu Turciæ.
V. Quomodo adversus Italiam, Poloniam, Daniam, Angliam, Belgium Fœderatum, Hispaniam, Svediam, denique Galliam, sigillatim consideratas.
VI. Comparatio virium Germaniæ cum aliis, ubi plura Regna junctis viribus eam invaserint.
VII. Vitia ac morbi, quibus cum Germania conflictatur: queq; prima illorum causa.
IIX. Specimina hujus mali plura recensentur.
IX. Adduntur alia ex dissidio Religionis; fœderum abusu: judiciorum, ærarii, militis communis defectu.
X. Prætensiones ac controversiæ Ordinum inter se invicem.

Vires alicujus Reipubl. considerari possunt vel in se, vel prout per concinnam Reipubl. formam commode possunt usurpari. In se consideratæ vires consistunt in Viris, & in rebus. Viros quod attinet, parum habet Germania, quod de eorundem multitudine aut inge-

ingenio queratur. Primariæ nobilitatis tanta multitudo, tantusque ſplendor, quantus nullibi per univerſum orbem. a) Inferior nobilitas non ſupra laxitatem regionis, nec præ nimia turba ad ſordidas artes deſcendere coacta. *) Eorum, qui literis operam dant, major fortaſſe, quam expediebat, copia, utut inter multos laurigeros pauci Phœbi deprehendantur. b) Mercatorum & opificum affatim. c) Rurico-

a) An & hic paucis mutatis applicandum, quod mox de literatis notat Autor? Olim Duces ex virtute ſumebantur & exemplo potius atque admiratione quam imperio præerant. *Tacit. Germ. c. 7.* † Addit. Dn. Titius *lit. s. n. 2.* multitudinem illam primariæ nobilitatis non robur Germaniæ conciliare, ſed præcipuam infirmitatis ac irregularitatis cauſam eſſe.

*) Sordidum & indecens ſæpe dicitur, quod honeſtum & frugale, ſicut decens & ſplendidum, quod improbum, vanum ac noxium eſt. Titius *lit. t.*

b) Adde Kulpiſ. *p. 255.* Rari ſunt hodie, qui philoſophantur & ſapiunt. Felix ætas majorum noſtrorum, ubi literarum ſecreta viri pariter & mulieres ignorabant, ubi tamen plus valebant boni mores, quam alibi bonæ leges. (*Tac. c. 19.*) Hodie literis ad nequitiam & ſtultitiam utimur.

c) Et hæc olim in prudente ſimplicitate igno-

colarum tamen alicubi hodie paucior
ſunt, quam pro latitudine agrorum. C
jus rei cauſa eſt partim tricennale bellu
quo Germania miſere fuit vaſtata, *
partim quod ruſtici eo ſunt ingenio,
ſtatim atque in re paulo laxiore cœp
runt eſſe, filios ſuos ad opificium aliqu
gaudeant admovere, fortunatos præ ſe j
dicantes, qui in urbibus habitant. *d*) E
autem vix putem eſſe, qui numerum u
biu

ignorabantur, ubi permutatione mercium u
bantur, ubi nullum argentum, nulla uſu
nec fœnus. *Tac. c. 5. & 26.*

**) Addit. Edit. poſth. *& quæ ex eo tempore i
cubuere tempeſtates.*

d) Quia ibi major luxus, ad quem omn
inclinamus. Felicius ſeculum antiquius, u
urbes non habebant. *Tacit. c. 16.* aut ubi extru
ctis urbibus ingenui in vicis manebant, & l
berti in urbibus ſe ad mercaturam applicaban
Conring. de urb. Germ. Inde factum, quod nob
les noſtri adhuc non ament habitare in urb
bus & a mercatura abhorreant. † Neque ſo
lum ruſtici liberos ſuos ad opificia deſtinan
(quod equidem ipſis adeo vitio non verten
dum, ſi quantum fieri poteſt, ſtatum ſuum
in melius mutare geſtiant, cum in tanta Sta
tus civilis corruptione, quo quis tenuior, e
miſerior, ac aliorum ludibrio & injuriis e
magi

bium ac pagorum per Germaniam inverit, non tamen vanitatis arguetur a peritis ejus regionis, qui dixerit; facile exercitum ducentorum millium posse conflari, si modo ex singulis urbibus quini, & ex singulis pagis singuli, aut bini milites scribantur. Speciminis loco hæc esse possunt. In decem Circulis certi autores enumerant Urbes, oppida atque arces 1957. excepto Regno Bohemiæ, in quo juxta Hagecium Ferdinandi I. ætate fuerunt Urbes 102. oppida 308. arces spectatiores 258. monasteria 171. pagorum 30363. In Silesia

magis sit expositus. Titius. *lit. y. n. 3.)* Sed etiam ipsi pariter ac opifices & alii de viliori plebe absque ulla ingeniorum discretione liberos suos ad studia destinant, hique promiscue in Scholis qua superioribus, qua inferioribus admittuntur, qui nævus & ipse varia damna Reipublicæ affert, & ipsis scholis, cum sæpius hi viliores plurimas turbas excitent, Bacho & Veneri litent, non Musis, & saltem privilegiis Academicis adversus necessitatem Reip. aliis artibus laboriosis aut Marte alias inserviendi, abutantur. Unde & hic nævus passim emendationem meretur, ut viliores nec indistincte a studiis excludantur, nec indistincte ad eadem admittantur.

*) Hic

ſia *) enumerant Urbes 411. oppida 863. pagorum 51112. In Moravia Urbes 100. oppida minora 410. pagorum 30360. Abbatiarum & Cœnobiorum quondam, antequam a Proteſtantibus tanta ipſorum multitudo deſtrueretur, numerant 11024. Sic Ferdinandi II. zelo ad Eccleſiam Catholicam revocata ſcribunt centies centena millia hominum, ni Sacerdotum adulatio numerum in majus auxit. Ipſa natio ab omni memoria bello inſignis, & in militiam avida, per totam fere Europam venalem ſanguinem circumferens. e) Cui ut

*) Hic Verſiculus usque ad Verſiculum *Abbatiarum* in Edit. poſth. eſt omiſſus.

e) Ita quidem & Tacitus *cap. 14. Si civitas, in qua orti ſunt, longa pace & otio torpeat, plerique nobilium adoleſcentium petunt ultro eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt. Nec arare terram, aut expectare annum tam facile perſvaſeris, quam vocare hoſtes & vulnera mereri. Pigrum quin imo & iners videtur, ſudore acquirere, quod poſſis ſanguine parare.* Cæterum iſta de exterioribus & Romanis vicinioribus intelligo. Interiorum mores a Tacito deſcripti oſtendunt, eos defenſioni potius quam offenſioni dediſſe operam.

f) De-

ut nimius fervor abest, ita plurimum constantiæ suppetit, animique egregiæ disciplinæ capaces. Nec minus eadem ad omne genus artium manuariarum solertissima. Et quod plurimum ad firmitatem civitatum facit, ad res novas hautquidquam proclivis, & imperii non nimis rigidi bene patiens.

II. Inter Res primum obtinet locum ipsa Regio. Cujus quanta sit amplitudo, facile intelliget, qui ex Cassubia Mumpelgardam, aut ex Holsatia extrema in fines Carniolæ, aut Leodio in ultimas oras Silesiæ iter fecerit. In tam vasta Regione, si Alpium juga excipias, pauca sunt loca, quæ nihil producant ad vitæ humanæ cultum faciens; is porro rerum ad vitam necessariarum proventus, ut eadem extraneorum rebus hautquidquam indigeat, nisi ad luxum & superfluas voluptates. *f*) Auri quidem parum mi-

f) Declarat id ipse autor in sequentibus hujus paragraphi. Conferendus præter Lansium citatum Kulpisio Tacitus, quem totum hic exscribere nolumus, ex quo apparebit, Germanos in crassissimo Paganismo fuisse magis virtuosos & sobrietati, castitati, patientiæ de-

mineræ aut flumina quædam p
quas Germania gignit gemm
ris pretii habentur. Cæter
copia compluribus in locis e
gentum, g) cuprum, ftann
bum, ferrum, argentum viv
que mineralia vilioris pretii. S
tum fufficit, fontes fuppeditan
quibus mare aut flumina nav
vent, importato ex Gallia, Lu
Batavia jam frequenter utan
menti & fructuum varii gene

deditos atque hodie fumus in f
quem crepamus, Chriftianifmo.
alibi peculiariter in explicatione
pitum Taciti.

g) *Argentum & aurum propitii an i
verint, dubito, nec tamen affirmave
Germaniæ venam argentum aurumve
enim fcrutatus eft? Poffeffione & ufu
afficiuntur. Eft videre apud illos arg
gatis & principibus eorum muneri da
vilitate quam quæ humo finguntur. Ta*
die a nobis majoribus ea abftinen
titia imputatur. Noftra vero pr
didit nobis quietem animi, & Po
relegavit Ethicam.

rum, *b*) eorum, quæ ad rem veſtiariam faciunt, affatim, ut & equorum, armentorum, *i*) pecorum, & ferarum. Nec, qui ebrietati generandæ inſerviunt, liquores Germania deſiderat. Sic ut in univerſum Germania opulenta poſſit æſtimari Regio. Nam præterquam quod materiam nummorum ipſa generat, omnia producit, quæ ad neceſſitatem aut delicias vitæ humanæ faciunt, ut non incolis ſolum ſufficiant, ſed & exteris communicari poſſint. Et quibus aliunde importatis utitur, vel eorum, quæ expor-

b) Ni fallor Lutherus vel Melanthon dixit es werde Teutſchland einmahl an Holtze mangeln. Prope abſumus ab adimpletione hujus prædictionis. In cauſa eſt, quod poſteritatis & prudentiæ veræ œconomiæ plane non ſimus ſtudioſi, ſed avaritia ubique regnans aut prodigalitas omnia perdat.

i) Tacitus *d. c. 5. Pecorum fœcunda ſed plerumque improcera; ne armentis quidem ſuus honor aut gloria frontis. Numero gaudent.* Credo adhibebant ea ad labores, non adſveſaciebant luxui. *Equi non forma non velocitate conſpicui. Sed nec variare in gyros in morem noſtrum docentur. Cap. 6.* Habebant ad pugnam, non ad fugam, nec ad ſaltum.

l) Cæ-

tantur, copiam non excedunt, vel talia sunt, ut facile iis carere possent Germani, si luxuriam compescere, socordiam ineptiamque nossent exuere. Quam facile enim erat contentis vino *l*) & cerevisia sua, aut, si hæc ad ebrietatem *m*) nondum sufficiebant, adjunctis vini adusti tartareis ardoribus, ignorare Hispanica aut Gallica vina? Quam facile item, ve-

l) Cæsar *comm. IV. Vinum ad se importari omnino non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum emollescere homines atque effeminari arbitrantur.* Sed Taciti jam tempore *proximi ripæ & vinum mercabantur. cap. 23.*

m) Tacitus *cap. 15. Quoties bella non ineunt, multum venatibus, plus per otium transigunt dediti somno ciboque. Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agit. Cap. 22. Diem noctemque continuare potando nulli probrum cap. 23. Si indulseris ebrietati suggerendo, quantum concupiscunt, haudminus facile vitiis quam armis vincentur.* Mores nostros descripsit Tacitus, non Germanorum illius ævi, Casti fuerunt Germani; ignavos gravius puniebant quam homicidas ipso memorante Tacito. Castitas & ignavia non combinantur, labor & castitas indivulso nexu sobrietati junctæ sunt. Haud dubie Tacitus ex moribus proximorum in Gallia a Romanis corruptorum, aut ex moribus servorum ex Germanicis

vestiri pannis ex propria lana confectis, suosque relinquere Hispanis, Anglis Batavis? Aut si horum elegantia arridebat, debuerant artem illam melius excoluisse indigenæ opifices. *n*) Neque vero serico nostro carere Germanis grave erat. Aut si omnino nitidius vestiri sedebat, saltem tractus ad Rhenum uberrime morum ferebat, si a socordia sua isti populi possent impetrare, ut præter vineas aliquid magnopere colendum sibi sumerent. Sup-

 peten-

cis gentibus captorum & luxuria Romana perditorum, (quo enim quis minus adsvetus est luxuriæ, eo minus se tenere solet, si inter luxuriosos degere incipiat,) judicavit de moribus universæ Germaniæ. Hinc & ipse nescit, quomodo suum judicium combinare debeat, *miram diversitatem naturæ accusans, cum iidem homines sic ament inertiam & oderint quietem cap. 15.*

n) Sed nostri opifices nihil vel parum excolunt, quia monopoliis gaudent, & statutis nemo admittitur nisi opificis filius aut filiam ducens. Perdidit hoc opificia nostra. Ubi cuilibet liberum est exercere quæ didicit aut invenit, ibi major applicatio & cultura artium. Accedit neglectus artis mechanicæ & matheseos etiam in scholis & Academiis. Ignorant com-

petente bombycibus pabulo, licebat a nostratibus modum tractandi serici addiscere. o) Porro uti illud simplicitati gentis fortasse ignoscendum, quod imitando Gallicas vestium formas politiorem sese reddi credit; ita crassissima est stultitia, etiam a Gallis telas, levidenses sæpe aut absurdas petere. Nam nauci etiam rebus Gallici nominis admiratio apud istos pretium addit. Quod autem Galli artifices tam sæpe pannorum & telarum genera varient, non tam levitas est, quam astu-

communiter eruditi usum circuli, quid de opificibus sperandum. Scilicet nos studia tractamus ut opificium, & monopolia interpretamur privilegia.

o) Non videntur hæc sufficere Dn. Kulpisio *p. 257.* quia cum Serenissimus quidam Elector superiori tempore in sua ditione experimentum hujus rei cogitaverit, præter impedimenta alia id quoque fuerit, quod cœli genius nonvidebatur favere, nec æstates satis longæ apparerent. Mihi videtur prætextibus istis bona principis intentio elusa fuisse. Nunquam desunt excusationes & impedimenta iis, qui ob luxum aut ignaviam, aut avaritiam boni quid facere detrectant. *Dicit ignavus: est Leo foras.* Erat circumforaneus, saponem, expellendis ma-

aſtutiſſima ſolertia. Hoc modo enim prohibent, ne Germani artifices apud ſe quoque iſta opera imitentur. Quanquam plerisque horum ea eſt ſtoliditas, ut ſibi tantum non nefas eſſe putent, a modo operum ſemel recepto diſcedere; *q*) nec ſibi politius quid putent faciendum, quia majoribus ſuis id fuit ignoratum. Denique aromatibus, ſaccharo, aliisque ex utraque India petitis longe parcius uti poſſet Germania, ſi luxuriæ frena ponere noſſet. *)

maculis veſtium inſervientem, vendens, miraque de virtute ſaponis prædicans. Debebat probam exhibere emtoribus. Promiſſus effectus non ſequebatur. Anxius homo fraudis inſimulatus excuſationis loco afferebat, vitium latere in aqua, pariter ut iſti, non favere cœli genium. † Illuſtrabunt hanc obſervationem & confirmabunt ea, quæ de conficiendo ſerico in Germania collegit Becherus ac tractatui von Auff-und Abnehmen der Städte inſeruit *Parte 2. cap. 4. p. 121. ſeq. Parte 3. p. 419. ſeq. 425. ſeq. Parte 4. p. 454. ſeq. 477. ſeq. usque ad p. 609.*

q) Scilicet in operibus, quæ noſtri opifices faciunt. Cauſa eſt iterum ignavia, luxus, monopolium, & ignorantia fundamentorum mechanices.

*) Ubi hodie eſt illa vetus prandiorum ac cœna-

III. Sed nec Germania deficitur mediis, quibus aliarum opes ad ſeſe queat trahere opera commerciorum. Ad ea, præter ſolertiam indigenarum, requiritur & ſitus opportunus ad exteros commeandi, eosque recipiendi, & ut ſuperſit indigenarum uſibus, quod ad exteros poſſit exportari. Situs exercendis commerciis valde opportunus eſt iis urbibus, quæ mari Oceano aut Baltico alluuntur; mediocris, quas navigabilia flumina

cœnarum tenuitas? Oraculum medicum eſt: *homini cibus utiliſſimus ſimplex: acervatio ſaporum peſtifera & condimenta pernicioſiora.* Qua ratione barbarus Anacharſis vitæ ſuæ inſtitutum deprædicabat; *mihi pulpamentum* inquit *fames; cubile, ſolum; veſtis, ſcythicum tegmen:* Et Germanis olim noſtris, pultes non niſi ex avena, cibus erant. Hodie autem mores eo venere, ut ciborum copiis & deliciis jam maxime pereamus. Sunt inter nos non pauci, ſed oppido multi & potior pars, quibus

Summa boni eſt, uncta vixiſſe patella

qui niſi digitos habeant croco infectos, niſi cinamomum ructent, caryophillon ſpirent, niſi

Guſtus Elementa per omnia quærant,
Nunquam animo pretiis obſtantibus,

pa-

mina perstringunt, propter vectigalium importunitatem. Terrestri merces via transvehere, parum lucrosum. Quae ex Germania exportantur, haec fere sunt. Ferrum & varia ex eo confecta instrumenta, plumbum, argentum vivum, vinum, cerevisia, vinum adustum, frumentum, lana, panni lanei filo crassiore, variae telae laneae atque lineae; equi, oves, & si quae sunt alia. Non tamen diffiteor, in quibusdam Regionibus Europae majorem, quam in Germania, pecuniae copiam apparere. Cujus rei non una videtur caussa. Quid enim mirum est, ex-

 hau-

parum lauti aut honesti sibi videntur. Itaque licet affatim haec patria nostra producat vitae necessaria: illi tamen, quasi a natura derelicti, ad externa confugiunt, vestes, cibos, medicinam ab Herculis columnis, a Taprobanae insula, a Gange fluvio, a Nili ortu, aut quae loca istis adhuc magis longinqua sunt, petentes. Et ubi hac vivendi intemperie, hisce peregrinis gulae irritamentis, famis, ad stata horarum intervalla redeuntis, necessariam vicissitudinem prostraverunt, demum infelicitatem suam & miseriam graphice depingere, naturae quoque convitium dicere non erubescunt. Ex Lansio Titius *hic lit. b.*

r) Ad-

hauſtam ex parte eſſe Regionem, in qua triginta per annos Mars eſt graſſatus, *r*) quæque non inteſtino tantum militi, ſed etiam exteris in prædam patuit. Deinde ſunt Regiones Europæ, quæ ad commercia cum exteris exercenda longe commodiorem obtinent ſitum, quam Germania, Nam maris opportunitate paucæ duntaxat urbes Germaniæ gaudent; cum contra vehementer faveat mare Angliæ, Italiæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Galliæ, Belgio. Dantur præterea Regiones, quæ alias ſibi terras habent ſubjectas, quæq; adeo omnes earundem opes velut in anguſtum conſtipatas uno obtutu repræſentant, uti eſt Hiſpania, Luſitania, Anglia, Belgium. Germania extra ſe nihil poſſidet. Solet quoque exterorum oculos perſtringere ſplendor & amplitudo primariarum urbium in qubiusdam Regnis, intra quas maxima vis opum confluit. Sic

r) Adde inſultus bellicos, quos Germania per plures annos poſt Autoris ſcriptum publicatum de novo paſſa eſt † Unde & in Edit. poſth. additum: *in prædam patuit, deinceps quoque non modicos inſultus paſſa.*

Sic multi imperiti ex Lutetia de tota Gallia, aut ex Londino solo & Ulyssipone de Anglia & Lusitania judicant. Germaniæ*) autem opes in tam vasta Regione dispersæ tenuiores easdem apparere faciunt. s) Nec modica pecuniæ vis ad exteros transfertur per stultitiam Germanorum, dum ab istis merces petunt, quas vel apud se producere, aut quibus omnino caruisse in proclivi erat. Nescio, an & hoc addi debeat, per discursationes ju-

*) Nescio cur hic versiculus in edit. posth. sit omissus. An forte ideo, quod etiam in Germania dentur quædam urbes, in quas maxima vis opum confluit, ut Vienna, Hamburgum, Berolinum &c. an ob alias rationes.

s) Ita est. Pecuniæ dispersæ aut potius bene & æqualiter distributæ non apparent. Apparent vero in inæqualitate. Unde sequitur. 1. Ubi nullæ divitiæ, ibi nulla paupertas, nulla caritas, sed vita simplex & modesta. 2. Ubi multæ divitiæ, ibi magna & major paupertas, ibi majora vitia, ibi caritas. Videntur hæc paradoxa, sed non sunt. Considera quæso aulas & splendorem ac amplitudinem primariarum quarundam urbium, intra quas maxima vis opum confluxit. Nam & talium exemplis non caremus in Germania.

**) O-

ventutis Germaniæ ad exteros non parum argenti extra natale solum trahi.**) Nam etsi crassitiem.***) genii Teutonici conversatione exterorum temperari fors non inutile fuerit; tamen merito ludibri-

**) Omnia in fasciculum colligit sapientissimus Seneca, quando ita ad Lucilium *epist. 104.* Quid per se prodesse peregrinatio cuiquam potuit? non voluptates illa temperavit, non cupiditates refrenavit, non iras repressit, non indomitos amoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit, non judicium dedit, non excussit errorem: Sed, ut puerum ignota mirantem, ad breve tempus, rerum aliqua novitate detinuit. Cæterum inconstantiam mentis, quæ cum maxime ægra est, lacessit, & mobiliorem levioremque reddit ipsa jactatio; itaque quæ petierant cupidissime loca, cupidius deserunt, & avium modo transvolant, citiusque quam venerant, abeunt, Peregrinatio notitiam dabit gentium, novos tibi montium formas ostendet; inusitata spatia camporum & irriguas perennibus aquis valles, & alicujus fluminis sub observatione naturam: sive ut Nilus æstivo incremento tumet; sive ut Tigris eripitur oculis, & acto per occulta cursu, integræ magnitudini redditur: sive ut Meander, Poëtarum omnium exercitatio & ludus, implicatur crebris

brium, an miserationem, merentur, qui ex Italia nostra nil nisi delicias quasdam vitiorum Transalpinis inusitatorum, & formulas blasphemandi rariores domum reportant. Neque vero Gallia plerosque peregrinatores aliis instructos artibus dimittit, quam ut sordidius tuburcinari deinceps norint, gradusque Venereæ scabiei ex propriis ut plurimum experimentis recensere. *t*) Nonnullis tamen lucro

bris anfractibus, & sæpe in vicinum alveo suo admotus antequam sibi influat, flectitur: cæterum neque meliorem faciet neque saniorem. Ex Lansio iterum Titius *lit. k.*

***) Scilicet sub persona Itali tum scribebat Autor, qua deposita in edit. posthuma legitur: *Etsi genium Teutonicum* &c. Unde & in statim sequentibus, ubi *Italia nostra* dicitur, posterius verbum est omissum. Et in fine paragraphi pro *apud nos* legitur *ibi*, vel *apud istos*.

t) Satis vivis coloribus vitia peregrinantium depingit autor, quatenus ea ex voluptate proveniunt. † [Parallelus est locus Lansii a Titio *hic lit. l.* adductus.] Sed quis notavit vitia peregrinantium ex ambitione & avaritia orta. Communiter qui de utilitate peregrinationum scripserunt, ea inter virtutes peregrinantium recensent. Nam ista quidem vitia

cro habetur, Italiam & Galliam vidiſſe, quos in patria tot per ambages ad inania titulorum ſcholaſticorum tædet adſpirare. Nam apud nos minori cum pudore & ſumtu domum licet reportare titu-

tia eminentium vir tutū nom ina ubique ad ſe rapuere, Quis veros peregrinationum fructus, inquiſitionem genuinæ ſapientiæ, & infucatarum virtutum, atque admirationem divinæ bonitatis & miſericordiæ inculcat. Laboramus in magna itinerariorum copia defectu itinerarii, quod notet & obſervet ſapientiæ antiquæ & unicæ Heroes, hinc inde vel ſe occultantes vel contemtos a vanæ ſapientiæ Doctoribus ubique regnantibus: quod animo præjudiciis & amoris ac odii intempeſtivi vacuo notet ſingularum ſectarum bona & pios viros, Deumque timentes in mediis erroribus &c. [† Et ubique ſub ſpecie pietatis multos decipientes hypocritas, Reip. valde noxios.] Nam qui talium mentionem injiciunt libelli, vel nihil ſolidi tractant, vel non optimæ fidei ſunt. † Interim magni etiam facienda ſunt itineraria, quæ formas regiminum ac vitia Rerumpublicarum exponunt. Quamvis enim ſapiens quis poſſit eſſe ſine notitia ſtultitiæ & improbitatis humanæ, ad prudentiam tamen requiritur & hæc noſſe.

u) Non

titulum Doctoratus & inscitiam. Etsi apud istos quoque sat rudi ex ligno tales Mercurii efficiantur. *u*)

IV. Enimvero cum nemo robustus aut debilis possit pronunciari, nisi cum aliis comparetur, dispiciendum porro est, quomodo vires Germaniæ ad vicinos sese habeant. Contingit igitur Germaniam una ex parte Imperium Turcicum in Stiria, & quæ tanquam istius propugnacula possunt haberi, in Hungaria & Croatia; quas salvas manere, istius maxime interest. Ubi manifestum est, utut

u) Non dissimulandum, abusum rei in se non malæ tantum esse, ut mirarer adhuc reperiri, qui dedecori sibi non esse arbitrentur, istis inanibus decorari, nisi corrupti essent in universum mores nostri. Præprimis, postquam nonnulli principes in aulis suis eruditos inanibus istis caventes, præ aliis ad functiones graviores admittere soleant. † Interim non plane negligenda est observatio Dn. Titii *lit. m.* In scholasticas dignitates passim luditur. Credo quia impune hoc licet: nam alias dignitatum illarum non major, imo fortassis etiam longe minor, est abusus, quam aliarum majorum.

x) For-

utut Turcæ ex latisſimis ſuis ditionibus longe gravius auri pondus redeat, ac fortaſſe ampliore hominum turba campos poſſit inundare; eundem tamen Germaniæ parum videri metuendum. Nam ſtringit iſte Germaniam extrema duntaxat & modica ora ſui Imperii, qua illud velut in cuneum tenuatur, & quidem procul a ſede Regni primaria. Sic, ut non ſine maxima moleſtia Turcis bella Hungarica gerantur. Præterquam enim quod Turcicus miles, ſi Prætorianum Turcæ militem excipias, Germanis bene exercitatis hautquidquam par ſit, magno molimine ex Aſia copiæ ſunt transferendæ; cælo aſperiori parum aſſuetæ, & hyemis impatientes. Et poſtquam omnes vires in extremam Imperii oram ſunt collectæ, oppoſitæ partes in Perſidem vergentes intumeſcere ſolent. Cumque vicinæ Regiones, Servia, Bulgaria, & ipſa Hungaria Turcica non ſufficiant alendæ diu tantæ multitudini, terreſtri itinere difficili & longinquo commeatus eſt ſubvehendus; poſtquam magno Germaniæ bono verſus Orientem Danubius evolvitur. Et vix unquam ultra quartam ſuarum virium

um partem adversus Turcam vertit Germania, eamque plerumque inter Ducum ignaviam aut discordiam, pecuniæque & disciplinæ defectum destitutam. Et tamen plura Germanorum de Turcis, quam horum de illis, tropæa extant. x) In vulgus autem Turcarum nomen factum est formidabile tum propter truculen-

x) Forte hoc commodam expositionem admittet. Interim tamen certum est tropæa illa Christianorum raro in imperio Turcico fuisse erecta. Et quamvis ea, quæ in hoc paragrapho de Turcico imperio ejusque defectibus notaverit autor, vera sunt, non tamen diffitendum, Turcas sæpe damna multa Christianis attulisse & adhuc afferre, ut adeo necesse sit, nævos nostros esse majores ac illorum. † Addit Dn. Titius *lit. o.* Germani er-„ go Turcis sunt fortiores, hi tamen illis vali-„ diores, ac ad nocendnm magis dispositi,„ hinc etiam, vi majori, male dispensata forti-„ tudo olim succubuit, ac plura Turcis in præ-„ dam cesserunt. Cæterum de ratione Status imperii Turcici omnino legi meretur peculiaris tractatus Ricautii in linguam Germanicam translatus, Tomo I. der Ottomannischen Pforte ab initio, qui multa suppeditabit, duas observationes præcedentes illustrantia.

*) Edit.

lentos ipsorum mores; tum per astutiam Austriacorum, *) isto terriculamento crumenas exenterantium; accedentibus Sacerdotum clamoribus, & vaticinandi prurigine. y) Nam & horum interest, plebis animos pavoribus agitari.

V. Ita-

*) Edit. posth. *tum per astutiam eorum qui tali terriculamento Germanos ad pecunias conferendas promtiores redditum ibant.*

y) Multa hic dici possent de causa, cur Turca communiter audiat der Erbfeind Christliches Nahmens. Mihi videtur id valde papatum olere. [† Et orignem debere prædicationi cruciatarum.] Nostra malitia in singulis latens est hostis hereditarius Christiani nominis, est Anti-Christus. Hoc oppugnato, non est, quod timeamus Anti-Christum Romanum aut Magogum Turcicum. † Dn. Titius hæc notat *lit. p.* His (Sacerdotum Clamoribus) certe effectum videtur, ut inter Christianos & Turcas perpetua hostilitas, induciis saltem nonnullis quandoque distinguenda, existere debeat, quasi scilicet religionum diversitas, cognationem, quam natura inter omnes homines constituit, sustulerit! Vtrum vero hac in parte plus peccaverit Clerus Turcicus, an Papalis, jam definire non licet.

*) Jro-

V. Italia & viris & opibus Germania longe inferior, ac in plures particulas discerpta ad vim aliis faciendam fere est inhabilis. Quin satis habemus, quod Germani Imperatores antiquum in Italiam jus non eant renovatum; præsertim cum per impietatem*) seculi reverentia fulminis Pontificii, quod sæpe istos in terrorem quondam dederat, nunc penitus videatur exolevisse. z) Helvetio vicino nihil commodius, cui sua duntaxat tueri, alieni nihil affectare; & prodesse potius quam nocere lex est. a) Nec Polonia ulla in parte Garmaniæ sese audet comparare. Et cum rationes Reipubl. Polonicæ po-

*) Ironice sub ficta Itali persona, unde Edit. posth. correxit: *per culturam.*

z) Facit huc, quod jam supra notavimus, exemplum Lavardini.

a) Ridet hanc legem Politica nostra, vituperat Helvetos tanquam stupidos & fortitudine carentes. Sed sanior Philosophia patientiam eorum admiratur, & quod ea nanciscantur minimum privilegium Ulyssis, ut ultimus devoretur a Polyphemo. Magnum revera privilegium. Interim multa fieri possunt in perniciem Polyphemi. Diximus de patientia pluribus *in introductione ad Ethicã, seu arte amandi.*

b) Dis-

postulent, sua potius servare, quam aliena concupiscere, quam modestiam Germanos quoque suæ Republicæ conditio docet, *b*) vix adparet occasio, quæ duas illas nationes bello possit committere; nisi forte aliquis Germaniæ Principum Polonorum sese intestinis discordiis miscuerit. *) Danis hactenus ne ad Hamburgum quidem subjugandam vires

b) Dissentio hic graviter. *Docere deberet.* Sed utinam doceret? Omnes inhiamus alienis. Nostræ Politicæ primum principium est, augere statum proprium cum detrimento vicini. Ita divulgatum est hoc arcanum, ut non graviter ferre debeant Aulici, quod id in Academia notemus homines scholastici. Norunt tonsores & rustici. † Forte tamen hic dissensus conciliari poterit. Autor loquitur de integro regno Germaniæ, quod non in eo statu est, nec facile erit, ut aliena concupiscere cum effectu possit. Nota vero loquitur de Germaniæ Statibus inter se consideratis. Et ita jam emendaveram priorem observationem, antequam Dn. Titius simile monitum *hic lit. s. n. 2.* adderet.

*) Edit. posth. addit: *aut Poloni auro Gallico emti Germaniam a tergo distinere audeant.*

**) Addit Edit. posth. *quam & in istorum ditionem haud concedere, utriusque Saxoniæ quam maxime interest.*

***)

res fuere; **) nedum ut contra universam Germaniam ſperare quidquam poſſint, ad omnes ***) vicinorum Suedorum motus trepidi. Anglia quousque inſultet Oceano ſuo, Germanis parum curæ eſt. Et uti illa continentem tentare fruſtra præſumſerit; ita his nullæ vires maritimæ, quæ cum Anglicis comparatæ momentum poſſint habere. Belgis fœderatis nec voluntas eſt, nec facultas, in Germaniam aliquid moliendi. Nam nec ipſi ad militiam terreſtrem fere idonei, aquatiles animantes; *d*) & utut pecunia ſuperſit, hautquidquam libertati ipſorum expedit, numeroſum terra alere exercitum. Igitur ſatis habent, ſi Germani per vim non eant repetitum urbes, quas ipſi præſidiis inſedere, muniendis contra Hiſpanos ſuis finibus. *e*)

***) Hæc ita nunc correcta. *Et inſtinctu aliorum turbas dare conantes facile fuerit immiſſis a tergo Svecis ſemper infenſis, compeſcere.*

d) Habent enim & nationes integræ ſua temperamenta morum & ordines affectuum. Alios ſanguinis caliditas fortes reddit, alios deſperatio &c.

e) Hunc verſiculum fateor me non intelligere. † Quam etiam omiſit edit. poſth. & loco ei-

Hispanici partes Imperii, quæ Germaniam contingunt, cum hac nulla parte comparari possunt. Ipsa porro Hispania longe remota & viris exhausta, nec Lusatiæ, tantillo regno, subjugandæ sufficiens. Quin Carolus V. tunc florenti quam maximæ Hispaniæ imperans, & ditionibus Austriacis atque autoritate Cæsarea subnixus, ne quidquam opprimere reliquam Germaniam tentavit. Svedia, utut ei annumeres provincias Germanicas nuper partas, reliqua Germania & numero virorum & opibus multis partibus est inferior. Nam quod simplices aliqui de viris dubitavere, moti partim obsoleto vocabulo vaginæ gentium, partim progressibus Svedorum nupero in bello; id quale sit, cordatioribus satis constat. Scilicet spatio XVIII. annorum, ex ipsa Svedia non supra septuaginta militum millia sunt emissa, quorum multi in patriam iterum reverterunt; cum tamen, durante isto bello, vix unquam infra centum millia Germanorum, sæpe supra, in armis fuerint. Causa vero tantorum progressuum erat Germanorum discordia & occasionis opportunitas, & quod Protestantes

tes ab Auſtriacis preſſi velut cœlitus demiſſum præſidium Regem Guſtavum ſuſciperent. *f*) Circa florentiſſimum hodie Galliæ Regnum probabilius dubitari poteſt. Sed tamen, ſi utriusque vires in ſe ſpectentur citra commoda aut morbos, quorum illa Galliæ ex regulari ſua Monarchia, *) hi Germaniæ ex diſſoluta Reipubl. forma ſurgunt; *g*) pro Germa-

ejusdem pauca illa verba poſuit: *exercitum, quam qui defenſioni ipſorum ſufficiat.*

f) Pertinent huc multa ſcripta in honorem Svecorum a Germanis tempore belli tricennalis, etiam a Sacerdotibus Lutheranis, in quibus Rex Davidi, Judæ Maccabæo &c. invidioſa & ſatis palpabili adulatione comparabatur.

*) Regularis eſt, quoad celeritatem ope-„ randi, ſed ſi actionum ſuſceptarum inju-„ ſtitiam & improbitatem conſideremus, eſt „ utique omnium maxime irregularis & mon-„ ſtroſa *v. notas c. 6. ad rubric. lit. o.* Galliam Mo-„ narchiæ unitas reddit validam, Germaniam,„ pluralitas, infirmam: illa febri ardente, hæc,„ hydrope laborat. Dn. Titius *hic lit. x.*„

g) Sed hæc abſtractio utinam & fieri poſſet in ipſis rernm argumentis. Oſtendit præſens bellum, quid commoda, quæ Gallia ex regula-

nia fuerit pronunciandum. Nam & longe amplior est Germania, quam Gallia; & utut fertilitas utriusque par sit, subterraneæ tamen Germaniæ opes longe supra sunt. *h*) Nec Gallia virorum numero excellit; & Germanum militem Gallo non concedere, multis speciminibus fuit ostensum. *) Circa vim pecuniæ non ita liquido pronunciari potest. Nam sane,

---

regulari sua Monarchia, & morbi, quos Germania ex dissoluta Reipublicæ forma sentit, efficiant, scilicet ut Gallia viribus Germaniæ in se spectatis inferior, inferior non sit viribus ita morbide affectis.

h) Quid vero hoc Germanos juvat, postquam Gallia media invenit supra terraneas opes Germaniæ ad se trahere artibus belli & pacis.

*) Galli enim constantiam & pertinax Germanorum robur ferre non possunt. *Experimento deprehensum est, sicut primus impetus Gallis major quam virorum est, ita sequens minor quam fœminarum. Habent eorum corpora quiddam simile cum suis nivibus, quæ mox ut caluere pugna; statim in sudorem eunt, & levi motu, quasi sole, laxantur. Florus l. 2. c. 4. Lansius contr. Gall. p. m. 154.* & ex hoc Dn. Titius *lit. y.*

**) E-

ne, **) quantum auri paucis annis modernus Rex congesserit, præcipue dum veteres illas spongias exprimit; & quid in annuis reditibus habeat, non sine admiratione percepimus. Considerari tamen simul debet, plebem in Gallia longe asperius tributis & vectigalibus exhauriri, quam in Germania; & ibi omnes opes Regni in unum velut alveum confluere, qui tamen non parum attenuandus fuerit, si extranei merces Gallicas, quibus facile carere possunt, petere desierint; Germaniæ autem reditus, inter tot Principes divisi, quanti sint, ita liquido apparere non possunt. *i*)

**) Edit. posth. *Nam quid in annuis reditibus habeat, qui nunc rerum potitur Rex, non sine admiratione percipitur.*

i) Sed monet Grotius, morali æstimatione pro Synonymis habenda: *non esse, & non apparere.* † *Verum hoc est*, addidit Dn. Titius *lit. z.* *si spectemus effectum, non si rem ipsam.* Ita quidem est, sed puto, hæc sua sponte intelligi, cum & Autor & ego de viribus, & morbis, adeoque de rei effectibus agamus. Cæterum Editio posthuma his non pauca addidit. *Id tamen in aprico est post contusos Turcas, nullum Ger-*

Germaniæ infestiorem esse hostem, quam Gallum; qui tamen olim cum Burgundia, Lotharingia, Luceburgum, ac integræ adhuc Belgicæ provinciæ propugnaculorum instar isti prætenderentur, ne hiscere quidem adversus eandem audebat. Sed nunc hisce omnibus subactis, adjecta insuper Alsatia cum Brisaco & Argentorato, & magna tractus transrhenani parte, ac validissimis succinctus munitionibus cisrhenanæ Germaniæ tanto terribilior imminet quod jam omnem fœderum fideique religionem consumsisse videatur. Quem nisi intra priores limites Germani redegerint, ac paria ipsi munimenta opposuerint, continuis ejusdem incursionibus expositi erunt, forte & penitus servitium ipsius subituri. Ad quæ verba ultima ista observavit Dn. Titius *lit. a. Forte præsens bellum insatiabili ambitioni modum ponet! Hoc sane hactenus docuit, Regem Galliæ non propria prudentia & robore, sed vel indignantis fortunæ permissione, vel adversæ partis errore aut culpa, fuisse magnum, & copias Gallicas, Ducibus belli fidis, prudentibus & fortibus, debere ludibrium.* Mihi vero, quoties bellum præsens & occasione ejus, prædictiones politicas considero, plane persuasum est, nihil magis fallere, quam ejusmodi prædictiones, etiamsi non imprudentes; quia videlicet fundant se in ordine & relatione mutua circumstantiarum præsentium, earumq; verosimili continuatione vel alteratione. Cæterum, si quis singulis semestribus cogitet differentiam circumstantiarum præsentium a circumstantiis præcedentis semestris, & simul

cogi-

VI. Sed utut singula regna præponderet Germania, quid tamen fiet, si multa junctis viribus eandem invaserint? Heic initio observandum est, quorundam rationes non ferre, ut simul in Germaniam conspirent. Quorundam etiam vires tantas non esse, ut ad Germaniam aliquid momenti habeant. Deinde non concessuros cæteros, ut unus aut alter, oppressa Germania, tanta opum accessione gaudeat, quibus suffulto facile sit, toti Europæ leges præscribere. Adeoque nunquam defuturos, qui ad Germaniam servandam sint connisuri. Tres igitur sunt, *) qui velut Principes aut capita

cogitet, multas ex præsentibus etiam a prudentissimo prævideri non potuisse, facile apparebit, etiam hoc intuitu mundum regi exigua prudentia humana, sed omnes pene eventus adscribendos esse soli providentiæ divinæ, caussas inferiores ita vel ita subordinanti. Res in discursu pluribus exemplis declarabitur.

*) Edit. posth. *Ante contusos Turcas tres erant qui* &c. *videbantur* &c. scilicet putavit Autor, Turcas anno 1683. & 1684. cum suasu Ludovici XIV. Germaniam invaderent (de quo vide novam emendationem autoris in nova

pita fœderum sese videntur ferre posse ad invadendam Germaniam; Turca, Domus Austriaca, & Gallus. Cum Turca non est probabile, ullum Christianorum Principum in Germaniam aperte conspiraturum, ne ipsum Gallum quidem. *l*) Nam fœdera, quæ superiori seculo Gallo cum Turcis intercedebant, hoc spectabant, ut vires Caroli per hos distinerentur, quæ tunc Gallis erant prægraves. *m*) Sed tale fœdus, in quo de Germania junctim invadenda & subigenda conveniatur, non erit metuendum, *n*) cum & impium & stolidum sit futurum, barbari istius incrementis tantopere velificari, qui

va additione *post l. q.*) ita contusos esse, ut eorum arma non amplius Germaniæ sint metuenda, de quo, loco modo citato, ulterius videbimus.

l) Sed eventus contrariam probabilitatem docuit, cum Galliæ Regis collusiones in bello præsente satis apertæ fuerint.

m) Hoc est, magis ob defensionem Galliæ quam invasionem Germaniæ erant inita.

n) Hoc seculo in omnibus statibus nihil tam absurdum, tam ab omni ratione alienum, quod non metuendum sit a vesania humani generis.

o) Qua-

qui pari odio in omne Christianum nomen fertur. *o)* Quin, uti Galliæ magis expedit, Germaniam in præsenti statu relinqui, quam insignem ejusdem partem in Turcarum manus cadere; *p)* ita & ipsis Turcis optabilius est, Germaniæ statum informem & ad alios invadendos inhabilem relinqui, quam cum Gallia conjunctam ad leges Monarchiæ reformari. *q)* Nam si duo ista Imperia in unam massam bona fide coaluissent, haberet Turca, quare Constantinopoli suæ metueret. *) Domus Austriaca ut reliquam Ger-

o) Quasi non interesse ambitionis sæpissime adigat Principes, ut fœdera ineant cum hoste, contra opprimendum tertium, aut quasi vera pietas cordi sit Regi Christianissimo? Cui enim ex nobis ea cordi est?

p) Sed forte Gallus intendere potuit, subjugatis Germanis, Turcæ partem prædæ auferre. Ambitioso animo omnia videntur possibilia.

q) Sed hic iterum debebat considerari, quid efficere possit spes prædæ.

*) Quæ hactenus notavimus, rationes suppeditabunt sufficientes, cur in Edit. posth. a versiculo, *cum Turca* &c. huc usque Autor antea posita sic emendaverit. *Cum Turca nemo Chri-stia-*

ſtianorum Principum in Germaniam aperte conſpiraſſe, compertus fuit; niſi quod Gallus clandeſtina conſilia cum eodem ſubinde miſcuerit. Etſi, quæ ſuperiore ſeculo Franciſcus I. cum Turcis fœdera ferierat, forte aliquid excuſationis admitterent, quod prævalenti tunc Carolo V. hoſtis undecunque excitandus eſſet, ne Gallia toti moli ſuccumberet; cum ſalutis expediendæ quævis ratio honeſta habeatur. Aſt merito Chriſtianiſſimi vocabulum commiſiſſe debuerat Ludovicus XIV, qui nulla neceſſitate, ſola fines proferendi libidine Turcas in Cæſarem excitavit, e diverſa parte Germaniam inundare certus, ſi hoſce Vienna potiri contigiſſet. Sed fallente iſta ſpe, tamdiu quievit, quoad longe abſentibus ſuperioris Germaniæ copiis ex improviſo iis Rhenum ſeſe effunderet, tum ut Turcæ ſpatium ſeſe recolligendi daret, qui alias brevi tota Europa videbatur expellendus, tum ut, quod Germaniæ trans Rhenum ſupereſt, ſibi ſubjiceret. Quam perfidiam an inultus ſit laturus, iſte inſatiabilis ambitionis Princeps, tanto jam tempore Europæ turbator, dies docebit. Dn. Titius *lit. g. n. 2.* notas noſtras præcedentes & emendationem Autoris conferens iſta adnotavit. *Summa igitur eo redire videtur: Gallus & Turca, contra Germaniam, nunquam bona fide fœdus erunt inituri, ut ſcilicet alter alterius utilitatem ſerio promovere velit: At in fœdus tamen illi coire poſſunt, ſpe prædæ & commodi proprii, ut unusquiſque partem inde decerpere, vel etiam ſocio partam prædam iterum auferre intendat. Sed ſicut Turca hactenus Germaniæ parum fuit formidabi-*

GermaniamRegio complectatur imperio, nulli vicinorum optandum fuerit; nec puto ullum fore tam dementem, ut conatibus istis subsidii quid velit afferre. Imo, uti Hispaniæ quidem vires pro Austriacis sunt; ita aperte hisce se opponent Galli, Suedi & Belgæ fœderati, eo promtius, quod istis nunquam sine præmio fuit, Germanorum libertati suppetias tulisse. Quin nec Pontifex nimium videtur Austriacis heic fauturus. Nam uti, tot

bilis, ita Deo volente præsens bellum, insana ambitionis consilia, Gallum fortassis etiam dedocebit. Sed o utinam hoc momento, quo hæc scribimus adhuc dicere possimus; Turciam Germaniæ esse parum formidabilem: Utinam præsens Status tractatuum pacis in Belgio permitteret, ut non amplius metuenda haberemus consilia ambitiosa Galliæ Regis. Hoc est, quod in fine additionis novæ ad *lit. i.* jam monuimus: Prædictiones politicas multis fallaciis esse obnoxias, & facile mutabiles. Igitur sola spes contra consilia Turcæ & Galli remanet in providentia divina. Dictum etiam hac occasione in discursu, de justitia fœderum inter Christianos & Turcas, in primis, cum occasione fœderis inter Regem Sveciæ & Turcam, etiam ex Theologis Lutheranis

tot myriades oviculaorum errantium **) ad Ecclesiam revocasse summo Pastori gloriosum foret; ita quantovis animarum detrimento redimendum videtur, ne Germanus aut Hispanus nimia subnixus potentia in res Italiæ sibi arbitrium sumat. Quod si denique Gallo Germaniam invadere in mentem venerit, apertos itidem adversarios experietur, Hispanos, Anglos, Italos, Belgasque fœderatos; quorum hi nescio quam superstitiose r) memores videntur antiqui dicterii: Francum amicum habueris, vicinum non habueris. Dani fortasse non adeo sint formidaturi clientelam Gallicam subire, s) dummodo per istam perpetuus metus ab invisissimis

nis reperti fuerint, qui hactenus receptas hypotheses de omni fœdere cum Turca tanquam communi nominis Christiani hoste illicito destruerent.

**) Post depositam Itali Personam additum in edit. posth. *quas iste putat.*

r) Dixit ista haud dubie autor per ironiam in Gallos. Nam Belgis causas esse gravissimas, ut memores sint istius dicterii, quis dubitet?

s) Confer hic iterum *l'Etat present de Dane-*

ſimis ſibi Svedis diſpelli poſſet. *) In Suedorum ſocietate plurimum videtur momenti poſitum, cum primis ſi bellicoſus ipſis Rex contigerit. Dudum tamen prudentioribus animadverſum, Gallos quidem velle uti Suedorum opera non gratuita; verum ita, ut, quod inde partum fuit, ſolius Galliæ incrementis accedat. Id vero nequidquam Gallis ad palatum, quod Suedi Gallico auro propriam potentiam eousque eant promotum ut facile deinceps Gallorum amicitiam poſ-

nemarck. A Polonia etiam, non multum ſperandum Germaniæ eſſe, præſens bellum oſtendit. Etſi haud dubie Poloniæ graviſſimus futurus eſſet Rex Galliæ, ſi eum Germania potiri, contingeret. Sed quid non poteſt auri ſacra fames, & ambitio?

*) Iſta a Verſiculo. *Quod ſi denique* huc usque ſic emendata leguntur in edit. poſth. *Quodſi denique Gallo Germaniam invadere lubido ſubierit, ut huic quantum poſſint, ſuppetias ferant, Hiſpanos, Italos, Anglos, Belgasque rationes ſuarum rerump. obſtringunt; quorum hi non præter cauſam memores agunt antiqui dicterii: Francũ amicum habueris vicinum non habueris. Ac manifeſtum eſt, ubi quacunque ratione Germaniam cum Gallia in unum imperium coaleſcere contigerit, toti Europæ Servitium immi-*

poſſint negligere. Ex adverſo Suedi ſtultum putant, pro Gallorum magis utilitate, quam propria, contendere. Neque ſunt tam hebetes, quin perſpiciant, ubi Gallus rerum in Germania fuerit potitus, ipſum non minus Suedis, quam aliis vicinis, leges dictaturum. Et inde etiam aliquandiu inter populos iſtos amicitia tepidius culta, Galloque compendioſior via fuit viſa, *) nonnullos Germaniæ

imminere; ad quod neminem Principum opem collaturum crediderim, niſi cui faſtigium ſuum cum ſervitio permutare volupe ſit. E nationibus, quæ Germaniam a tergo diſtringere poſſint, Poloni quidem haud temere permovendi videntur, ut ante rationes ſuæ reipublicæ aurum Gallicum habeant, poſt ſubjugatam Germaniam ipſi quoque vilis ſervientium pars futuri. Eandem ob cauſam Danos quoque haud crediderim Gallo operam navaturos, ubi de ſubigenda Germania agi adpareat; præſertim cum Europæ monarchiam invadere conanti, cumprimis maris Baltici clauſtra in poteſtate habere opus ſit.

*) Editio poſth, a verbis. *Exinde etiam*, huc usque ſic emendavit. *Ac merito faſtidire debent generoſæ nationes mercenarii opprobrium, quod inſolenti populo ſolenne eſt, ingerere ſociis a ſe pecunia ſublevatis. Denique cum commune omnium Princi-*

niæ Principes, inprimis Rheno vicinos, fœdere & uti fama fert, annuis ſtipendiis ſibi illigare, *t*) in univerſum ſeſe ſollicitum pro Germania oſtentare, controverſiis Principum componendis ſe dare, in pecunia & milite petentibus ſubmittendo alacrem ſe exhibere, id deni-

O o que

Principum bonum in eo conſiſtat, inter eos nemimem tantum eminere, ut cæteris pro lubitu inſultare queat, ſed ut, quantum fieri poſſit, omnium vires in æquilibrio habeantur; communis libertatis proditor eſt cenſendus, qui peculiaris aut temporarii emolumenti cauſa ad ſtruendam ejuſmodi molem omnibus formidandam, opem confert. Id tamen præcipue cavendum Germanis, ne ipſi in ſui ſervitium Gallo operam navent, dum omnibus imminentem hoſtem non junctis conſiliis & viribus propulſant, ſed vel auro Gallico emti ad propriam patriam perdendam una incumbunt, aut peſtilenti pretio corrupti ſimul boni publici incuria cæteris pugnantibus quieſcunt, haud minus ipſi poſt abſumtos reliquos a Polyphemo devorandi. Sane cæcum oportuit fuiſſe, qui Gallorum artes non deprehenderit, initio blandiore via ſeſe exprom entes, quo Germaniæ rebus temperandis ingerendi ſeſe anſa foret. Nonnullos Principes &c.

t) Poſſemus etiam ex hiſtoria præſentis belli commentarium huic obſervationi addere. Sed talia ſciuntur, non ſcribuntur.

**) Lo-

que agere, ut, quibus auxilio aliquo opus est, intelligant, certius sibi præsidium in amicitia Gallica, quam in Cæsare legibusque Imperii, positum. Hoc modo **) planissimum sterni aditum subruendæ Germanicæ libertati, stupidus sit, qui non animadvertat; præsertim si stirpem

**) Loco hujus versiculi ad finem usque paragraphi sequentia leguntur in edit. posth. *Sed mox perpetuis successibus aucta insolentia, proditione, absurdissimis cavillationibus aut aperta vi invadere placuit, quicquid opportunum fuerat visum, alteramque Rheni ripam ex asse Galliæ adjungere, ac horrendis munitionibus firmare, ut nulli exercitui in Galliam penetrandi facultas foret, ipsi quotiescunque libido subiret, Germaniam incursare, & ad miseram conditionem redigere daretur. Circa quod institutum uti, qui Gallo favent, aperti patriæ suæ proditores sunt; ita qui communi periculo submovendo sese subtrahunt, dignissimi Gallico servitio erunt, modo cives suos eidem exitio non involutum irent. In primis autem cavendum est Principibus Germaniæ, ne jure fœderum in communis patriæ destructionem abutantur: & optandum fuerat, idoneam rationem iniri posse, isti abusui prævertendo. Quanquam apud sanos merito id maximum pondus habere debeat, quod eversa imperii compage, ipsorum quoque fastigium solo affligendum, & a Gallica superbia conculcandum sit. Ac probe notandum*

pem masculam Austriacam deficere contigerit. *u*)

VII. Enimvero isthæc Germanici Imperii moles, quæ in justi regni formam redacta toti Europæ futura erat formidabilis, *) per intestinos morbos & convulsiones ita debilitatur, ut ægre sibi ipsi defendendæ sufficiat. Causa primaria mali est ex inconcinna maleque digesta

 Re-

dum fuerit dictum istius ministri Gallici, qui legato alicujus Electoris, de fœdere cum Gallo agitantis ingenue dixerat, cum hic obligationem & vinculum, quo imperio teneretur excipiendum sibi testaretur: quid verbis est opus, inquit, ni tuus Dominus est Elector Sacri Romani imperii, est nihil.

u) Unde eo magis pro incolumitate stirpis gloriosissimæ & augmento vota sunt ferenda nobis, quo minus deesse videntur, qui auro Galli illecti, & insana rerum novarum cupiditate, ad prodendam libertatem Germaniæ & propriam proniores sunt.

*) Nec tamen optandum fuerit, ut unquam Germania in justi regni formam redigatur, maxime si superstitio imperium sit moderatura, neque etiam totius Europæ formido, justa & sufficiens hujus rei causa censeri debet. Male actum est cum genere humano, postquam corpora formidabilia in eodem existere cœperunt. Dn. Titius *hic lit. k.*

Varie

Reipubl. compage. *x*) Quantumvis magna

x) Varia hic regeruntur a Dn. Kulpisio *p.259*. Nervus in illis verbis est. *Si Germania secundum præscriptum fundamentalium legum, eo, quo debebat modo, administraretur, hoc solo, quod forma Reipublicæ mixta utitur, ad expediendas vires suas non fieret inhabilis.* Resp. Aliquoties ostensum, ipsam mixturam Reipublicæ efficere, ut unio secundum leges fundamentales expediri ubique nequeat. Etsi Germania secundum præscriptum fundamentalium legum administraretur, tamen non esset habilis ad expediendam unionem, propter æqualem efficaciam voti Cæsarei & voti Statuum, atque quod vota duorum Collegiorum non possint conclusum Imperii facere. Quodsi forte verborum additorum, *eo, quo debebat, modo* sensus sit, hæc ita intelligenda esse, si debito modo consentiant Imperator & Imperium, aut, si neutra pars obstet interesse communi, tum quidem disputatione non erit opus. Sed in statu seculi hujus consensus talis non sperandus, & si duæ partes dissentiant, quænam est cognitio modi *debiti*, cum utraque pars prætendat, alteram *debere* ad se accedere. Adde, quod, si in Rebuspublicis quac. forma præditis quilibet observet debitum suum, periret inventio Reip. mixtæ Aristotelicis, qui in ea remedium quæsiverunt contra principes & optimates in tyrannidem, ac plebem in nimiam

gna hominum multitudo uno homine robustior non est, quamdiu quilibet sibi soli tendit. Omne ex conjunctione robur est. Et quatenus plures in unum corpus naturale non possunt coalescere, multorum vires uniuntur, dum uno consilio velut una anima reguntur. *) Ista

miam & inconcinnam libertatem inclinantes. † Pergit Kulpisius: *Adsint ergo vitia, quæ mutuam imperantium harmoniam turbent, non tamen erunt vitia ipsius formæ intrinseca, sed extrinsecus accedentia, neque enim ad hoc, ut vitia formæ imputentur, sufficit, quod ea plerumque talem formam comitentur, cum frequens sit regno, ut vertatur in tyrannidem, nemo tamen inter vitia regni hoc retulerit.* Respondet D. Titius *lit. l. n. 2.* Frustra exigimus observantiam legum fundamentalium: cui nimia Reipublicæ laxitas obstat, quæque adeo ob hanc sperari nequit *v. Specim. Jur. publ. l. 7. c. 10. seqq.* Præterea vitia hominum, quæ formam aliquam plerumque comitantur, omnino formæ ipsi debent imputari, nam hæc illa velut provocat, aut saltem libenter admittit. Et quis dubitet, quin hoc ad regni incommoda & vitia pertineat, quod frequenter in tyrannidem vertatur?

*) Opponit Kulpisius *p. 160. Sed nec unio qua multorum vires uniantur per divisionem jurium Majestatis, in plura subjecta accidentalia tollitur, sicut*

unio quo arctior & concinnior, eo validior **) existit societas, laxitatem pravamque membrorum combinationem necessario debilitas, morbique comitantur. Perfectissima unio, ***) & ad diuturnitatem cumprimis apta, ****) in Regno rite composito cernitur, y) Nam Aristo-

sicut unitatem animæ heic quoque servari in superioribus ostensum est. Respondet Titius *lit. m.* Talem unionem, quæ unam Rempublicam efficiat in Germania reperiri, nullibi ostensum est, ceu liquet ex notat. *cap. 6.*

**) Addit Edit. posth. *cæteris paribus* quod tamen in materia politica regulariter subintelligendum.

***) Perfectissima unio in regno rite composito cernitur, quoad celerem validamque operationem; utinam vero illa semper etiam esset justa & prudens. Titius *lit. n.*

****) Hujus assertionis nulla apparet causa, Regna pluribus potius casibus, qui illa dissolvere queant, subjacent, quam Respublicæ polyarchicæ: Jam enim imperantium temeritas, dissolutionis periculo, eadem exponere potest; non raro ancipiti Marte, circa successionem, certatur. Titius *lit. o.*

y) Hoc quidem dicere nolim. Habent singulæ formæ sua commoda, sua incommoda. Felix Respubl. ubi amor inter imperantes, & parentes, h.e. ubi ad communia commoda commu-

Aristocratiæ, præterquam quod vix commode possint subsistere, nisi ubi Reipubl. alicujus vires præcipuæ in unam urbem colliguntur, Monarchiis sua natura fragiliores sunt. *****) Serenissimæ enim Reipubl. Venetæ inter miracula z) duntaxat est locus. Ex pluribus civitatibus per fœdus coagmentata systemata longe laxius cohærent, & facilius turbari aut

munis inclinatio, & quantum fieri potest, in inæqualitate Reip. conservatur æqualitas. At hoc facilius in Democratia contingere potest, quam in Monarchia. Interim bonus civis quac. forma est contentus.

*****) Hæc fragilitas idonea ratione probari nequit. Monarchias potentes, Aristocratias parum validas opprimere posse & solere, negari quidem non debet, sed hoc ex accidenti est. Si casum invertas, Aristocratia Monarchiam quoque evertere potest. Titius *lit. q.*

z) Indicium causæ non optimæ, cum in re Politica ad miracula recurrimus præter necessitatem. Qui leges & nexum Reipublicæ illius considerat, non adeo mirabitur. † Alia strictura utitur Kulpisius. *p. 260. Quod Reip. Venetæ locus inter miracula esse debeat, non video cum alia quoque, & olim Romana, sub eâdem regimi-*

dissolvi possunt. *) Ut tamen qualiscunque firmitas istis systematibus constet, necessarium cumprimis est, ut sociæ civitates eandem habeant Reipubl. formam, nec viribus inter se multum sint dispares, utque ex ista conjunctione in singulas par utilitas redundet. Deinde ut maturo consilio, legibus prius rite conceptis, in societatem coiverint. Nam qui temere & velut impetu quodam in societatem ruunt, futuro statu prius non curate pensiculato & digesto, non magis **) concin-

---

giminis forma, longe florentiores fuerint, quarum vires, in unam urbem neutiquam colligebantur. Quare etiam hic versiculus de Rep. Veneta in Edit. posth. plane fuit omissus.

*) Sed hoc iterum ex accidenti est, si dentur Monarchiæ vicinæ potentès, ac ad nocendum bene dispositæ. Utri vero corpori plus vitii inesse putabimus, quod injuriam infert, an quod patitur? Titius *lit. s.* Nolim tamen hic miscere vitia Ethica, de quibus illa nota loquitur, cum vitiis politicis, de quibus Autor hic agit.

**) Hæc usque ad verba: *Est & illud*, in nova editione sic correcta: *non possunt non multa admittere, magis quia corrigi non possunt, quam quia expediunt aut decent.* Credo quod prius simile

cinnum aliquod corpus deinceps formare possunt, quam elegantem formabit vestem sartor, qui pannum prius in frusta secuerit, quam constiterit, muliebris an virilis sit vestis facienda. Est & illud dudum observatum, vix unquam Monarchias cum Civitatibus liberis in fœdera, etiam temporaria, bona fide coalescere, nedum ut perpetuo jungi sint idoneæ; Principibus plebejam libertatem aversantibus, plebe Principum fastum horrente. *a*) Illa porro est humani perversitas ingenii, ut vix æquo animo pari secum jure degentem adspicere possit, quem viribus inferiorem videt. Et communia onera ferre detrectat, qui nullam aut exiguam partem communium commodorum sibi relinqui animadvertit. *)

simile vel nimis satyricum, vel gravitati materiæ non adeo decens Autori visum fuerit.

a) Belgium adeat, qui has observationes non distincte concipere potest.

*) Opponit Kulpisius *p. 260. Conditiones vero, quæ systematibus conservandis præscribuntur, quo minus heic usui esse possint, ipse publicus rerum Status impedit, quamdiu vinculo unius Reipublicæ Germania adhuc debet contineri.* Respondet Titius *lit. t.*

IIX. Cæterum Germania eo est habenda ægrior, quod in eadem junctim reperiantur morbi, tam qui ex regno male formato, quam qui ex systemate sociarum civitatum indigesto redundant. Imo inter præcipuos hicce morbus est, quod ad neutram harum specierum Resp. Germanica exacte quadret. *b*) Exterior facies

lit. t. Accurate Autor hic exponit causas, quæ laxitatem Systematum operentur, quæque adeo vitandæ sint iis, qui concinnum aliquod systema constituere cupiunt. Istas vero observationes heic usui esse non posse, facile quidem Kulpisio concedi potest, non tamen, quod Germania unius Reipublicæ vinculo contineatur, hoc enim gratis asseri satis antea ostensum est; Sed quia res non amplius est integra, verum omnes potius illæ laxitatis causæ, in Germania occurrunt ac ita inoleverunt, ut earum tollendarum nulla spes adsit, adeoque conditio Systematis laxi & irregularis, non facile emendanda, agnosci debeat.

b) Supple ex præcedentibus verbis & præcedente capite; *& tamen inter utramque speciem fluctuet.* Unde facile corruit nota Dn. Kulpisii p. 261. Morbum non esse, quod Germania nostra neq; ad Regnum simplex, neq; ad systema sociarum civitatum exacte quadret, cum nec quadrare debeat, prohibentibus legibus super Statu Reipublicæ latis. Ad hæc enim jam respon-

cies & inania *) simulacra Regnum aliquod præ se ferunt; antiquissimis quoque temporibus Rex erat revera id, quod audiebat. Post hujus autoritas deminuta, & gliscentibus Ordinum opibus & libertate, vix umbra **) quædam Regii imperii remansit; qualis fere cernitur in iis, qui corpori alicui sociorum velut du-

sponsum ad cap. præcedens. Ideo enim status vitium est, quia legibus stabilitur. † Illustrat dicta, Dn. Titii observatio *lit. u. n. 2. Sed numne morbus, quem v.g. voluntaria ebrietate quis contraxit, ideo morbus esse desinit, quia ultro fuit affectatus? Qui vitia vel morbos status Reipublicæ alicui imputat, is eadem opera leges publicas vitii insimulat, hinc vitium vitio excusare non licet, sed utrumque potius vel solidis rationibus negandum, vel si hoc fieri nequit, ingenue agnoscendum est.* Interim Autor haud dubie, ut alia via Kulpisii objectionem eluderet, in Edit. posth. loco Verborum: *Imo inter præcipuos hicce morbus est* posuit: *imo præcipuum morbi effectum habet.*

*) Vocem *inania* ut odiosam omisit Edit. posth.

**) Et hæc usque ad versiculum *Inde* sic emendavit Edit. posth. *haud multum regii imperii valde circumscripti remansit*, exemplo Ducum &c. plane omisso.

***)Et-

duces præsunt. Inde ***) perniciosissima convulsio corpus Imperii distrahit, in diversa tendentibus Imperatore & Ordinibus; dum ille ad Regiam potestatem velut postliminio quibusvis artibus grassatur; hi vero partas semel opes obnixe defendere satagunt. Ex quo *c*) non possunt

***) Etiam quæ hic paulo durius dicta videri poterunt, temperata leguntur in Edit. posth. *Inde perniciosissima semina convulsionis penitissimis imperii visceribus hærent, quæ in diversa tendere Imperatorem & Ordines subigunt, dum, illo ad regiam potestatem velut postliminio grassante, hi partas semel opes obnixe defendere satagunt.*

c) NB. hoc: *ex quo.* Scilicet profluunt ista ex statu & legibus ipsis statum corroborantibus. Unde iterum cadit alia nota *d. p. 261.* suspiciones has &c. non ex forma regiminis oriri, sed vitia personarum esse, in omnibus fere poliarchicis imperiis solennia. Adde, quod nesciam, cur Kulpisio placuerit, morbos evidentes adscribere potius personis, quam Statui, & an putaverit, Imperii honorem magis conservari, si Imperatori & Principibus imputentur vitia, quam si statui? Accedit, quod cum vitia Rerumpublicarum dividuntur in vitia personarum & vitia status, a vitiis status non possint excludi plane personæ, cum ex per-

personis Status componatur, uti vitia v. g. seculi haud dubie in personas resolvuntur, ex quibus seculum constat. Sed in eo tamen inter ista duo est differentia, quod vitia personarum sint, ubi personæ perfidæ officium suum administrant, in vitiis vero Status, quæ a personis secus aguntur, partim communibus nævis humani generis adscribi debeant, partim ipsæ leges fundamentales vel iis ansam dent, vel eos non tollant. Ita nævus communis est, inhærere sententiæ propriæ, tanquam prudenti & ad bonum publicum tendenti, etsi effectu proprii commodi ad eam ferendam instigati simus. Hunc nævum leges fundamentales Germaniæ non tollunt, dum nullum modum invenerunt, dissensum inter Imperatorem & Status, & Statuum inter se expediendi. Nævus est humani generis conservare potestatem, eamque augere, quam alii infringere laborant & e contrario obsistere illis, qui se in societate elevare intendunt, etsi utraque pars non injuste agere possit. Inde necessario oriuntur dissidia, diffidentiæ &c. Atque his ansam dederunt Aurea Bulla, Capitulationes, Instrumentum pacis &c. † Aliter Kulpisio respondet Dn. Titius *lit. x. Vitia personarum vitia Status arguunt & præsupponunt, nisi enim hæc, pravos hominum affectus vel provocarent, vel saltem facile admitterent, homines illis cum effectu indulgere non possent. Quod autem in aliis imperiis polyarchicis vitia quoque vel Status*

vel

ſunt non perpetuæ ſuſpiciones, diffidentia, occultæque machinationes oriri, præpediendis alterius incrementis, aut infringendæ cæterorum potentiæ. Quod & ipſum efficit, ut tam robuſtum cætera corpus, ad exteros invadendos aliquidque adquirendum velut enerve deprehendatur; cum nova incrementa Cæſari nolint accedere Ordines, neque tamen eadem inter omnes æqualiter poſſint diſtribui. Quam monſtroſum igitur vel hoc ſolum, quod caput adverſus membra velut in partes deſcenderit, *d*) Inter ipſos

vel perſonarum occurrant, id Germaniæ morbis non medetur.

d) Supple: *legibus fundamentalibus eo inclinantibus.* Unde ruit obiectio *p. 261. ſi propterea monſtri nomine appellari debet Reſpublica noſtra, quod aliquando* (etſi & hoc *aliquando* ſit alienum a mente Autoris) *caput adverſus membra velut in partes diſceſſerit, ſequetur, Gallicum etiam ac alia regna maxime regularia id nominis mereri, in quibus non minori impetu ac olim in Imperio noſtro, cum adhuc forma monarchica plena utebatur, civilia bella exorta eſſe, nemo ignorat.* † Unde etiam Editio poſthuma ſenſum Autoris ita extulit. *Quam irregulare igitur vel hoc ſolum eſt, quod per ipſam formæ indolem rationes capitis a rationi-*

ipsos porro Ordines variæ distractiones diversis ex causis proveniunt; quæ efficiunt, ut ne concinnum quidem sociornm systema Germania præ se ferat. Ipsi Ordines dispari Reipubl. forma utentes male inter se compositi: dum intermixtæ passim Principibus degunt liberæ civitates. Urbes, cum plerumque commerciis floreant, opulentia sua Principum invidiam accendunt, præsertim cum ejusdem pars ex ditionibus horum eo confluxerit. Neque negari potest, quasdam urbes ad lienis instar intumuisse, vicinorum Principum terris ad maciem redactis,*) Est quoque proprium Nobilitati,

tionibus membrorum in alia omnia discedant. Aliam responsionem addit. D. Titius *lit. y. Ego hoc adderem, nihil absurdi esse, si quis Gallicum similiaque regna monstrosa diceret, juxta notat. ad rubr. c. 6. lit. o. Ex doctrina Autoris §. 6. h. in verbis:* a Polyphemo. *regnum Galliæ Cyclopicum, adeoque sine dubio, monstrosum est. Neque ille morbus solis personarum vitiis, sed utique etiam ipsi formæ tribuendus est.*

*) Sed quorum culpa id factum sit, ferendo judicio, expediendum fuerit, nam alias ut diligentiæ suæ fructum quis ferat, alius vero

tati, plebejos contemnere, qui tamen sæpe suis sibi nummis non minus placent, quam isti suis imaginibus aut exhaustis ditionibus. Denique nonnulli istas urbes velut dominatum sibi exprobantes adspiciunt, subjectorumque conditionem comparatione vicinæ libertatis impatientius ferri deprehendunt. *) Hinc invidia, contemtus, insultationes, suspiciones, insidiæ. Quæ omnia tamen acrius & manifestius existunt inter Episcopos, illasque urbes, in quibus isti cathedrales suas Ecclesias habent. Quanquam & in ipsis comitiis Principes universi non leve fastidium adversus collegium Urbium ostentent, imperatore contra Urbes fovente, quippe apud quas majoris fere suam autoritatem fieri, quam alios apud ordines, sentit. e) Sed nec usquequaque propitiis sese

ro imprudentiæ pœnam luat, æquum est. Dn. Titius *lit. z.* Sed repete hic supra notata *post literam z. in fine.*

*) Huic ergo incommodo non rectius occurretur, quam si Dominatus rigor remittatur, ut subjectio a libertate non valde distet. Dn. Titius *lit. a.*

e) Quanquam & hoc non sit perpetuum. Ex-

ſeſe oculis invicem adſpiciunt Principes Seculares & Eccleſiaſtici. *f*) His in eadem claſſe præ iſtis priorem locum *g*) aſſignat ſanctimonia muneris,& quia*) ſine dubio per calvitium largius ſeſe Numen infundit, quam per intonſos vertices. Unde & eorundem maxima quondam in Republ. ſeculis barbaris Autoritas. Secularibus autem neſcio quam moleſtum videtur, iſtos ex inferiori ut-

Pp pluri-

Experientia motuum v. g. Hamburgenſium docet, an ſemper debita autoritas habita fuerit juſſibus Imperatoriis.

f) *Quæ inter Principes Eccleſiaſticos & ſeculares, interque hos ac Civitates Imperiales, viguerunt controverſiæ, plurimam partem legibus ſunt definitæ* (*p.* 262.) Bene, ſed ex conceſſo non omnes. Et annon novæ poſt illas lege ſubortæ? An definitæ omnes etiam executioni datæ? An etiam per definitionem renitentia mutua ſublata, annon potius manſit alta mente repoſtum illud judicium?

*) Loco horum verborum ſatyricorum usque ad verſiculum: *Secularibus*, ita poſitum in Edit. poſth. *Sanctimonia muneris, prima inſtitutione ac nativæ functionis indole nil principale redolens.*

g) *Quo minus inter iſtos ob priorem locum lis oriri poſſit,*

plurimum Nobilitate tam repente in pari aut eminentiori fastigio collocatos, *b*) & Dei gratiam præscribentes, adspicere. Præsertim cum illam dignitatem ad posteros suos continuare non liceat, & familia ipsorum intra priorem conditionem subsistat; nisi quod multi Episcopi, sanctissi-

possit, diversitate scamnorum prospectum est, ubi peculiare suum seculares; suum quoque Ecclesiastici habent. (*p. 262.*) Et tamen supra ex ipso Domino Kulpisio notavimus, non potuisse istam scamnorum diversitatem impedire, quo minus lis intercederet ratione præcedentiæ, extra collegium, inter principes seculares ante Ecclesiasticos votantes, & illos Ecclesiasticos.

b) *Præter rationem Episcopis inviderent, quod ex inferiori loco ac nobilitate ad dignitatem Principalem eveherentur, cum solenne hoc sit, ubicunque per electionem imperia conferuntur. Annon ex Principum imo Comitum numero Imperatores fieri videmus, nec tamen hos quenquam propterea minus gratis adspicere oculis, censeo, quod inferioris dignitatis antea fuerint.* (*d. p. 262.*) Resp. Autor loquitur hic non, quid in Germania fieri debeat, sed quid fiat. Ex Principum aut Comitum numero Imperatores fieri olim vidimus, nunc non videmus, nec visuri sumus. Et tamen olim etiam Rex Bohemiæ graviter ferebat evectionem Comitis Habspurgici.

*) Edit.

ctissimi Patris nostri *) exemplo, suis agnatis per beneficia Ecclesiastica & donationes sat laute soleant prospicere. Contra habent Ecclesiastici, quare merito Secularibus irascantur, quippe per quos multi eorum abdomina cœperunt gerere multo pressiora; qua de re infra plura. Illud quoque non parum ad distractionem Ordinum facit, quod inter multos magna sit opum inæqualitas. Hinc enim, vitio humani ingenii, potentioribus oritur contemtus adversus imbeciliores, & libido eosdem opprimendi; his contra in suspiciones & querelas pronis, ac libertatis æqualitatem quandoque importunius crepantibus. Sed & eminentia Electorum præ reliquis Principibus *i*) non levis dissidii causa, his tantum

*) Edit. posth. simpliciter *Pontificii.*

i) *Opum inæqualitas in omnibus Rebuspublicis simultatum semina spargit, sicut & dignitatum prærogativæ, ut mirum non sit, inter Electores & Principes semper & ubique tantam consensionem non reperiri (d. p. 262.)* Resp. Neque Autor dicit, id mirum esse. Sint in aliis Rebuspubl. simultates, tot & tantæ, ac legibus fundamentalibus ita fomentatæ, non erunt. † Philosophiæ Auto-

tum splendorem ægre ferentibus, ac nonnulla præter jus usurpari jactantibus; illis pro jure atque autoritate sua strenue nitentibus.

IX. Nondum morborum sat erat, ni, efficacissimum alias animorum velut coagulum, Religio Germaniam in partes distractam asperrime collideret. Neque sola odiorum causa ex opinionum diversitate, & quod Sacerdotibus solenne sit, diversa sentientibus cœlo interdicere; *l*) sed quod per Protestantes Catholici Sacerdo-

Autoris id generaliter obstare videtur, quod memorata incommoda omnia, in personarum vitia, resolvi videantur. Sed hoc minime concedendum erit, nam tot Status quoad vires & regiminis formam, valde distincti, ad luxum aliaque inania, maximam partem dispositi, ac variis de causis erga se invicem concitati in validum corpus conjungi nequeunt; concinna compages existere non potest cum corpore in uno

Frigida cum calidis pugnant, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus

Dn. Titius *lit. e.*

l) Scripsit autor ista, communem secutus opinio-

opinionem de dissensione in religione causa turbarum in Republ. Ego vocula mutata ita scriberem: *Neque odiorum causa ex opinionum diversitate*, sed *quod Sacerdotibus* (multis non omnibus) *solenne sit diversa sentientibus cælo interdicere &c.* Est falsum, sed commune principium Politicum: ad felicitatem Rerump. pertinere, ut sit unitas sententiarum circa doctrinam fidei. Unitas hæc impossibilis est. Mysteria divina sunt incomprehensibilia. Incomprehensibilia concipiuntur per similia, & quidem infinita ac varia, rerum comprehensibilium. Impossibile est, ut alter rem incomprehensibilem præcisè sub eodem simili & tertio concipiat, quo ego. Impossibile est, ut circa cognitionem rerum ubivis obviarum sensibilium homines unitatem sententiarum sincere foveant, quomodo ergo circa res incomprehensibiles idem foret possibile: Ubi populo persvadetur, unam sententiam de religione esse, ibi non est, cum unus Ministrorum aut Theologorum aliter explicet varios scripturæ textus ac alter, ut taceam plebejorum hominum conceptus. Ubi vero diversæ religiones florent, quies & tranquillitas conservatur, testante experientia, si modo Princeps non permittat, ut una pars alteram injuriis afficiat. Utinam vero Principes unanimiter coercerent cacoëthes illud, dissentientes calumniandi. *Possemus*, ait Dn. Kulpis. *p. 263. huic rei facile mederi, si constitutiones illæ saluta-*

res, quæ tam Pace religiosa, quam aliis recessibus Imperii variis; novissime etiam Instrumento pacis Westphalicæ latæ sunt, sollicitius observarentur, nam his etiam cautum est, ne Sacerdotes diversa sentientibus, illico cœlo interdicant. Possemus utique, sed non *possumus*, quam diu in Academiis & Aulis Principibus non melius inculcatur, quam hactenus factum, utilitas & necessitas Regalis, dissentientes tolerandi. † Parum differt ab observatione hac nostra adnotatio Dn. Titii hic *lit. f. Ergo* inquit, *hominum, non religionis &c, Status vitium esse videtur, quod religio Germaniam, in partes distractam, asperrime collidat; maxime cum, ut censet Kulpis. &c.* (cujus verba paulo ante dedimus.) *Ita sane dicendum erat, si ex vero suo, in ordine ad societatem civilem, habitu religio æstimetur, hæc enim, quoad homines, libera est, adeoque diversus libertatis usus, extra odiam constitutus esse debebat. Verum cum odium erga dissentientes, non ut res erubescenda spectetur, sed doctrina potius & praxi propugnetur, hinc vix aliter dici potest, quam quod sit vitium religionis & Status, quo Autor respexisse videtur. Nec obsunt huic asserto leges, a Kulpisio in contrarium laudatæ, cum iis ipso facto derogetur. Juxta hæc etiam certum est, quod consensus in religione (externus scilicet & quoad potiora capita) Reipublicæ sit utilior dissensu, quodque adeo ille sine gravi causa, turbari non debeat.*

*) Et

cerdotes magna opum suarum parte sint exturbati, quarum desiderium, ad easdem recuperandas, noctes diesque ipsis stimulos subdit. Cum isti, semel invasa dimittere, ignavum judicent. Imo sunt, qui in universum nimias Sacerdotum opes Reipubl. prægraves judicent; Præsertim cum Sacerdotes & Monachi ab alio dependeant capite, extra Rempubl. Germanicam constituto, cui nunquam in Germanos sincerus amor; & cui *) Seculares omnes perire votum sit, modo asseclæ sui rebus gaudeant quam florentissimis. Hoc enim modo peculiarem velut statum in media Republ. fundari, adeoque bicipitem fieri Rempubl. in propatulo est. Id quod **) plurimi, queis major patriæ quam Ecclesiæ Romanæ amor, pessimo publico contingere judicant.

*) Et horum verborum rigor magis temperatus in Edit. posth. *et cui secularium salus non alio fere pretio æstimatur, quam ut per eos asseclis suis quam lautissime prospiciatur.*

**) Loco hujus versic. usque ad verba: *nec minus*, ita legitur in Edit. posth. *Quin & vis veritatis Pium Pontificem subegit, ut in historia Australi scriberet: nihil excellenter malum in Ecclesia Catholica*

cant. Nec minus illud perniciosum, quod Ordinum Germaniæ quidam non inter se modo, sed & cum exteris peculiaria inire fœdera gaudent, *m*) eo securius, ***) quod Pace Osnabrugensi id expresse permissum. Quæ res non solum Principes Germaniæ in factiones distrahit, sed etiam exteris fœderi innexis faculta-

tholica patrari, cujus prima origo a Sacerdotibus non dependeat, ni forte occulto quodam Dei consilio fiat. Pandulf. Collenutius rer. Neapol. l. 4. p. m. 185.

m) Confer jam superius dicta *ad cap. 5. §. 8.* Excipitur equidem *d. p. 263. In Fœderibus Statuum cum exteris præsertim, abusum aliquando perniciosum esse, legitimum usum nunquam.* Sed id tamen defectum Reipublicæ ostendit, quod per statum & leges fundamentales res ita sit intricata, ut legitimum usum ab abusu legaliter secernere nequeas, ut ex exemplis supra *d. §. 8.* adductis & ibi notatis patet. † Similis est observatio Dn. Titii *lit. h. Jus fœderum ex male concordante Reipublicæ materia, originem habet, dum nec membra capiti, nec sibi ipsis satis fidunt, aut fidere possunt, ceu imprimis ex J. P. W. art. 8. §. 2. liquet. Conditioni igitur materiæ morbus, qui hic subest ultimato imputari debet. Conf. notat. c. 5. §. 8. lit. n.*

***) Addidit equidem Edit posth. *fœdera gau-*

cultatem præbet Germaniam pro lubitu suo temperandi, & demum occasione data sociorum ope contra universos invalescendi; præsertim cum talia fœdera cum exteris non modo contra alios exteros, (idquod aliquo modo ferri posset,) sed etiam contra ejusdem Imperii membra quærantur. Sed & Astrææ vestigia per Germaniam fere evanuerunt. *n*) Ubi enim Ordinibus inter se aliquid litium oritur: (id quod in tanto ipsorum numero, & interscindentibus se mutuo territoriis, fre-

gaudeant, universi imperii utilitatibus parum quadrantia. Sed nescio tamen cur omiserit hæc verba, quibus mentio fit Pacis Osnabrugensis, item & versiculi sequentis initialia, in quibus dicitur, quod hæc res Principes Germaniæ in factiones distrahat.

n) Urgetur: *Quod res judiciaria maxime impedita sit, inde est, quia olim nec leges, nec judicia valebant, omne jus in armis ponebatur, cui etiam juris manuarii nomen propterea tribuebatur. Ab hac ferocitate non potuit simul & satis efficaciter recedi. Superiori & hoc seculo judicia in concinniorem ordinem redigi ceperunt, sed cicatrices ex vulneribus, quæ superiorum temporum labes Reip. inflixit, superstites, nondum patiebantur exacte omnia fieri.* (*d. p. 263.*) Resp. vulnera a tempore inter-

quenter contingit,) si Camera aditur, post seculum demum controversiæ finis est expectandus. *o*) Apud Judicium Aulicum

terregni (huc enim, ni fallor, respicitur). Reip. nostræ illata nondum sanari poterunt, quando sanabuntur. Ni fallor tamen nova vulnera Astrææ hoc seculo sunt inflicta, quia plures causæ olim in judiciis tractabantur & expediebantur, quam nunc. Hujus autem mali origo non potest peti a temporibus interregni. Et quid si petatur? Agnosceretur saltem fons mali, malum ipsum propterea negari non posset, † Adde: *nec excusari.* Igitur hoc pacto non obstat observatio addita Dn. Titii *lit. i. Kulpisius morbum non negat, sed excusat, quod ab eo simul & satis efficaciter recedi, nec postea etiam omnia exacte fieri potuerint. Sed calvam esse excusationem facile patet, non enim heri aut nudius tertius, de hac re agi cœpit, sed tantum temporis elapsum est, ut interea emendatio efficacior fieri omnino potuerit, si modo aliqua ejus spes superesset. Illud etiam concedendum non est, quasi, in affligenda Astræa, sola tempora antiquiora peccaverint, cum, calculo recte sub ducto malum recentioribus temporibus, non tam imminutum, quam potius auctum sit, introductis immensis Processuum ambagibus quod malum tempora antiquiora utique ignorarunt.*

o) *At vero de hoc defectu & ejus emendatione sæpius*

licum gratiæ & corruptionibus aditum non satis anxie interclusum metuitur, *p*) Nec desunt, qui suspicentur, Tribunale illud nimium meminisse loci, in quo sedem fixit. Inde *) per Germaniam jus fere in armis, & qui viribus pollet, causa quoque prævalet, sibique ipsi facere executionem non veretur. Denique quam elumbem hoc arguit societatem, quod ne-

pius his quoq; Comitiis actum est. Bene sed nunquam aliquid peractum. *Nec tamen in Germania hoc solum contingit. Sed & similia de Gallia conquesti sunt Ant. Faber, & Bodinus, ut adeo hoc Reipublicæ formæ apud nos non debeat imputari.* Respondeo. Solamen miserum, socios habuisse malorum. Nulla consequentia: in Gallia istud malum non ex forma oritur, ergo nec apud nos. Cur hodie processus in Gallia celerius & majori eruditione juris, expediuntur, non vero apud nos?

p) Supra jam monitum *ad c. 5. §. 21. in fine* odiosam hac parte esse comparationem inter judicium Aulicum & Cameram.

*) Hic versiculus ita mutatus in Edit. posth. *Inde in Germania qui viribus pollet, sibi facere executionem ipse potest. Sed imbellibus adversus valentiores, etsi causa valentibus, vix præter inanes querelas quid relictum.*

q) *Et*

neque commune ærarium, neque communis miles Germaniæ est *q*) repellendis quorumvis exterorum insultibus, aut comparanda una vel altera provincia, ex cujus reditibus communes Reipubl. sumtus tolerarentur. Et quanto satius fuerat, Ger-

q) *Et hæc vitia sunt vitia administrationis, non formæ, si omnino pro vitiis habenda sunt, cum Arnisæus cum aliis statuat, non esse utile, habere ærarium in futurum. Quamvis autem verius, utrumque Germaniæ proficuum esse futurum, in consiliis tamen non solum respiciendum, an utile aliquid sit, sed & utrum in exitum deduci commode possit, quod posterius nondum apparuit. (p. 264.)* Resp. Vitia illa esse vitia Status vel id ostendit: quod eorum emendatio nondum in Comitiis obtineri potuerit. Cæterum in hoc capite autor morbos solum considerat, de consiliis vero & remediis sequenti capite agit, unde monitum de consideranda possibilitate applicandi remedii ab hoc quidem capite alienum esse videtur. † Addit Dn. Titius *lit. m. Defectum militis & ærarii perpetui, non tantum ad vitia administrationis pertinere, sed & ex vitio Status provenire, certum omnino est. Sed ut illa sint communia, id est, ut seorsim in usus imperii, habeantur, id nec rationibus Germaniæ convenire, nec utile esse videtur, debebat potius omne illud robur in territoriis occurrere, ut necessitate exigente promte & jun-*

Germaniam, in proprios usus consumere illos homines pacis impatientes, qui per omnem fere Europam venalem sanguinem circumferunt.

X. Intercedunt quoque singulis Ordinibus non paucæ invicem æmulationes & controversiæ, *r*) quæ & ipsæ totius corporis vires non parum convellunt. Nobis *) præcipuas tantum attigisse heic sufficiat. Est adversus Domum Austriacam omnium Principum invidia, aut suspicio propter diuturnam Cæsarei fastigii possessio-

& junctis viribus, in usum Reipublicæ, adhiberi posset.

r) *Non sunt confundendæ æmulationes cum controversiis. Hæ in omnibus Rebuspublicis dantur, non statim illæ.* (*p.265.*) Bene, nec confundit Autor. Ego crederem, etiam in omnibus Rebuspublicis dari æmulationes. Interim possunt & æmulationes & controversiæ in quibusdam Rebuspublicis ex statu irregulari originem umere.

*) Quæ hic traduntur a versiculo *Nobis præcipuas* usque ad verba: *animos odiis distinent*, & versiculum: *Tanta morborum colluvies* &c. omissa sunt in Editione posthuma. Ratio omissionis facile divinari potest.

s) *Quæ*

sessionem & nimiam potentiam. *s*) Inter domum Palatinam & Bavaricam, præter antiquum odium, controversia super Vicariatu Imperii agitatur, nescio quomodo finienda, cum illa jure , hæc potentia nitatur. *t*) In domo Saxonica linea Ernestina invidet Albertinæ, ob translatum ab hac

s) *Quæ* de invidia *ex nimia potentia domus Austriacæ dicuntur, tempore Ferdinandi II. cum summa specie dici poterant, hodie ubi ad unum fere caput res omnis devenit, nemo propterea suspicatur.* (*d. p.* 265.) Initio invidia & suspicio hic non sunt confundendæ. Deinde nescio quomodo remedium invidiæ ponatur, si potentia in domo aliqua ad unum perveniat. Si turbidus belli Status hodiernis temporibus facit cessare invidiam erga imperatorem modernum, nec eo felicius tamen per causam cessantis invidiæ redditur imperium. Suspicionis vero continuationem , non obstantibus Imperatoris virtutibus, testatur adhuc capitulationum extensio.

t) *Si inter Palatinum ac Bavaricum Electorem controversia Vicariatus turbas excitare potest , quo minus actu fiat, Severini judicium obstat , quando illum jure , hunc potentia potiorem existimat, hac enim ratione uterque deterretur* : (*p.* 265.) Quidsi in

ab hac in illam Electoratum. *u)* Elector Brandeburgicus nunquam bona fide digere-

in contrarium uterque ad motus hac ratione instigetur. Ex hypothesi autoris post mortem Ferdinandi III. Palatini causa jure, Bavari potentia nitebatur, & tamen istud judicium non obstitisse, quo minus actu turbæ excitatæ sint, ex dictis *cap. 4. §. 8.* patet. Idem velle & idem nolle non solum amicitiarum, sed & odii causæ sunt. Ita eædem rationes quæ deterrere debebant, affectus humanos sæpius instigant. Difficilia quæ pulcra. Melius judicatur prævenire, quam præveniri. Non quidem firma consequentia principii Hobbesiani. Qui sibi mutuo nocere possunt illi & volunt. Nec tamen æque firmum: qui sibi æqualiter nocere possunt, illi nolunt. Erat, ni fallor, conjectura & suspicio Severini inter causas svadentes electionem Josephi. † Hodie ut jam supra monitum, illa controversia quidem sopita videtur, postquam Bavaro in bannum declarato, Palatinus antiquum locum inter Electores iterum obtinuit, nisi incertus adhuc eventus tractatuum pacis eam forte de novo excitet.

u) Translatio hæc dudum est digesta. (d. p. 265.) O utinam! Deus avertat, ne patria sentiat conjecturas Severini fuisse veriores.

x) Atqui

gerere potest interceptam per Suedos Pomeraniæ partem præcipuam. *x*) Electori Palatino dudum succensuerunt vi-ni quidam propter jus unum aut alte-n , quod ipse in eorum ditionibus i... et, quamobrem nuper ab istis ad arma provolatum. *y*) Vix quoque penitus evanuisse putem memoriam controversiarum, quæ circa ditionem Marpurgensem familiam Hassicam quondam commisere. Nec fida satis pax inter Electorem Brandenburgicum & Palatinum Neoburgicum, propter hereditatem Juliacen-

x) *Atqui Electori Brandenburgico per pacem Westphalicam satisfactum est.* (*d. p. 265.*) Utinam vero etiam satisfactum esset per pacem Neomagiensem. *Conf. supra cap. 2. §. 7. & notata ad cap. 5. §. 7. init.*

y) *At Elector Palatinus, quæ volebat, Laudo Heilbronnensi obtinuit.* (*ibid.*) Sed in ejusmodi Laudis sæpe non obtinentur quæ volumus, sed quæ possumus. Et si is obtinuit quæ voluit, non obtinuit, quæ voluit pars adversa, & manet adeo conjectura Severini. Confer. supra *c. 5. §. 8.* Eadem addenda observationi, *quod inter familiam Hassiacam, ut & Electorem Brandenburgicum & Palatinum Neoburgicum res pactis sit composita* (*p. 266.*) Felicissimo seculo vive-

liacensem. z) Minoris momenti lites quis enumeraverit? Quin & inanes super praecedentia controversiae nonnullorum Principum animos odiis distinent. a) Tanta morborum colluvies efficit, ut inter minores naevos referendus sit taediosissimus processus in causis potissimum civilibus, per quem etiam liquidissimum jus in plura lustra eludi potest. Nec minus

 nus

viveremus, si pacta essent firma remedia compescendorum affectuum.

z) Et quamvis haec quoque fida sit, non omittenda in titulo Ducum Saxoniae conspicua praetensio. Nec omittendae nunc sunt aemulationes ob successionem Lauenburgicam & nonum Electoratum, quae litibus minoris momenti accenseri non merentur. † Videntur tamen hodie & istae aemulationes cessare, imprimis intuitu noni Electoratus, per ea, quae jam supra suo loco ea de re notavimus.

a) *Quomodo hae praescindi penitus queant; nondum apparet ratio; remedia tamen varia; quae vocant, provisionaria inventa sunt, impediendis collisionibus id quod de re monetaria etiam dicendum est.* (*d. p. 266.*) Sed ista remedia provisionaria similia mihi videntur curis Medicorum palliativis, quae parum impediunt progressum mo bi.

b) Sed

nus monetæ varietas per Germaniam commerciis privatorumque patrimoniis multum incommodi affert, *b*) etsi ipsorum nummorum commendari mereatur modestia, quod tenuitatis suæ verecundiam ipso colore non obscure præ se ferant. *c*) Quod enim *) aliqui Princi-

b) *Sed speramus tamen quotidiæ emendationem.* Utinam in melius. Ego quod sperem, ne tantillum quidem rationis superesse video, quicquid etiam agatur publice & privatim. Opto tamen in utilitatem Reipublicæ, ut stulta evadat mea desperatio. Sed multa optamus, quæ non speramus. † Abusus rei monetariæ potissimum dependet a multitudine eorum, qui jure cudendi monetam gaudent, illa vero cum legibus publicis nitatur, apparet, incommodum hoc ex ipso civitatis statu præcipue dependere, ac ejus emendandi spem vel nullam vel exiguam superesse. D. Titius *lit. p.*

c) *Sunt sane ista omnia ita comparata, ut locum essent habitura, quamvis Germania alia regiminis forma uteretur. (ibid.)* Forte tamen etiam locum habitura non essent, postquam hucusque observavimus, pleraque si non omnia ex status irregularitate sumsisse originem.

*) Cur etiam hic versiculus in editione posthuma sit omissus, facile conjectari licet.

Principes luxuriæ duntaxat venationique ſint dediti, nulla aut exigua publicæ privatæque rei habita cura, id hominum vitium eſt, non Reipubl. nec ab iſthoc malo aliæ civitates immunes conſpiciuntur.

CAPUT IIX.

De Ratione Status Imperii Germanici.

I. Propoſitum Autoris.

II. Recenſentur ſex leges ſeu Rationes Status, quas in Statu Germaniæ obſervandas cenſet Hippolithus a Lapide.

III. Remedia ſex, qualia idem curandis Germaniæ morbis præſcribit, expenduntur.

IV. Autoris ſententia circa media, quibus Germania ſanari poſſit aut conſervari.

V. Religionis diverſitas, quare magis Germaniæ nocuerit, quam provinciis aliis.

VI. Ex conditione rerum humanarum repetitur altius.

VII. Specialius indagatur, qualis ſit velut genius triplicis Religionis, in Germania receptæ, & quomodo dogmata Theologica ad rationes politicas quadrent; primo Lutheranorum: deinde Calvinianorum.

IIX. Ab his diſcrepat indoles Religionis Catholicæ,

lica, & quomodo.
IX. *De abusibus circa Monasteria, bona Ecclesiastica, Canonicatus occurrentibus differitur.*
X. *Quomodo Protestantes in suis terris emendaverint, & cur apud Catholicos Principes idem factum non sit. Cum conclusione operis.*

QVid morborum in visceribus Germaniæ lateat, clare credo apparuit. De remediis *a*) non paulo operosior disquisitio, & a persona extranei

a) *Inscriptio capitis est de Ratione Status, nigrum agit de remediis. Ergo Autor communem de ratione Status philosophandi rationem secutus est, qua regulæ etiam administrandi ordinariæ comprehenduntur, alias accurate loquendo Ratio Status nonnisi regulas extraordinarias continet, expediendæ necessitati vel utilitati publicæ per media extraordinaria,* (*p.267.*) Resp. Tot sunt significationes rationis Status, ut libertas utendi, qua volueris, non videatur absque causa adimenda esse. (*vid. Septal. de Rat. Stat. lib.1.*) Regulæ extraordinariæ potius exceptiones sunt, quam regulæ. Opera potius danda, ut sub prætextu utilitatis publicæ in mediis istis extraordinariis non tegatur ratio status tyrannica. Plerumque enim, ubi quid in Politicis contra rationem susceptum, Rationis Status larva occultari

nei & peregrinatoris aliena videri poſſit, ni ea gentis Teutonicæ humanitas foret, ut extranea potius quam ſua gauderet admirari. Et facilem, ſpero, dabunt cordati veniam innoxiæ libertati hominis a ſtudio partium remoti, cui poſt patriæ incolumitatem nihil magis in votis, quam ut florentiſſimo ſtatu gaudeat integerrima nationum. Antequam autem noſtram mentem explicem, operæ pretium puto fuerit, paucis diſcuſſiſſe medicamenta, quæ ſupra citatus *Hippolithus a Lapide* ægrotanti Germaniæ propinat. Iſta enim etſi non pauci fuerint admirati; tamen ſemper nobis neſcio quam male temperata viſa fuerunt. *)

cultari ſolet, ut in Ethicis virtutis Heroicæ.

† Aliter reſpondet Dn. Titius *lit. q. n. 3.* Ratio ſtatus præcipue notat prudentiam politicam: nulla igitur accuratio ſubeſt, ſed inuſitata potius ſuppoſitio, quando ad caſum neceſſitatis illa reſtringitur, de quo amplius dixi in Specim. jur. publ. *l. 7. c. 10.*

*) Depoſita Itali perſona paragraphus hic in editione poſth. ita in ſummam eſt contractus: *Circa adhibenda morbis Germaniæ remedia, cum alii tradere ſategerunt, tum præcipue perſona-*

tus

II. Primo igitur iste promulgat sex leges *b*) quas ipsi Rationes Status vocari placuit, quæ observandæ sint in tali Reipubl. forma, qualem ipse Germaniæ affingit; in Aristocratia nimirum, ubi summa rerum est penes Optimates, simulacra potestatis Regiæ in Principe. Dictitat ergo I. studendum esse concordiæ, & a factionibus abstinendum. II. Ne diutius Imperatoria dignitas in eadem familia continuetur, ne scilicet per diuturnam simulacrorum usurpationem solidum dominatum invadendi libido subeat. III. Licet in unum conferatur Principatus, cum potestate dirigendi & moderandi functionem singulorum ad commune bonum & Reipubl. unionem; Proceribus tamen clavum Reipubl. semper in manu retinendum, ac potestatem de summa rerum decernendi in Comitiis exercendam

tus quidam Hippolithus a Lapide quondam se jactavit; quæ etsi initio non pauci admirati fuerint, tamen cum nobis semper nescio quam male temperata fuerint visa, ista convellere olim nobis placuit.

b) Continet hic paragraphus Synopsin *totius partis 2.* tractatus Hippolithi.

c) Part.

dam!; quæ hanc ob causam frequenter habenda, saltem Senatum aliquem perpetuum constituendum, qualis superioris seculi initio erat Regimentum. IV. Ut simulacra duntaxat Majestatis Principi relinquantur; ipsa vero jura & potestas Reipubl. reservetur. V. Ne Ordinum Imperii vita, fortuna ac fama solius Imperatoris arbitrio subjaceant. VI. Ne militia & loca munita ejusdem solius potestati committantur. Multus deinde in eo est, ut ostendat, variis modis contra istas leges tam a Cæsare, quam a nonnullis Ordinum fuisse peccatum, non sine acerrima insectatione domus Austriacæ & quorundam Electorum. Enimvero utut istæ leges omnino spernendæ non sint; cum tamen, Aristocratiam non esse Germaniam supra sit ostensum, solis hisce legibus salutem Germaniæ contineri frustra creditur.

III. Inde sex remedia idem præscribit curandis Germaniæ morbis. Primo loco commendat studium concordiæ, c) & generalem amnestiam ac abolitionem

c) *Part.3. c.1.p.m.509.seq.*

*)Quod

omnium gravaminum, queis odia invicem aluntur; *) ac ne ob Religionis diversitatem in partes discedatur, *d*) eamque ob causam publica salus negligatur. Hoc remedium declamationi Scholasticæ copiosum potest præbere argumentum; in usum autem Reip. Germaniæ tunc demum applicari poterit, quando omnes Ger-

*) Quod primum remedium attinet, de *universalis amnestiæ sanctione & concordiæ studio P. 3. c. 1.* ejus quidem tam profundæ non sunt rationes, ut non vulgus etiam scire possit, utile hoc esse. Sed ostendenda erant propria solidioraque fundamenta, quibus ista possit conciliari, quæ inter, an abolitio omnium gravaminum sit ponenda, valde dubito; sunt enim gravamina non unius generis alia vera, alia in opinione; hæc tollere, esset Rempublicam platonicam erigere velle. Kulpis. *p. 268.*

d) Si Hippolithus svaderet sinceram dissentientium tolerantiam, bene se haberet. At verba ejus ostendunt, quod saltem velit: Pontificios & Protestantes Ordines se debere unire ad pessundandam domum Austriacam *p. 511.* † Addit Kulpisius *p. 268.* ne ob religionis diversitatem in partes discedatur, non potest aliter prospici, quam jam factum erat, pace religiosa dudum tam sollicite constituta.

**) O-

Germaniæ Proceres ſapere incipient, **) & animi motus ad leges Philoſophicas exacte attemperare. e) Deinde jubet extirpari domum Auſtriacam, & bona ejus in fiſcum redigi. f) Hoc vero eſt carnificem, non medicum, agere. Quaſi vero excidium ſtatim mereatur, cui opes mediocritatem excedentes contigere. g) Sed pareamus tam duro decreto. Quis vero ſe-

**) Omiſſa in editione poſth. verba: *ſapere incipient*, haud dubie tanquam duriora.

e) Hoc videtur voluiſſe dicere: Conſilium de concordia eſſe bonum, ſed præſente rerum ſtatu præſuppoſito non poſſe effectui dari. Unde & Dn. Kulpiſius ſubinde & recte inculcat, in conſiliis ejusmodi non ſaltem quærendum, quid expediat Reip. ſed quid applicari poſſit. Ubi Medicus non ſolum quærit remedium morbi, ſed & conſiderat, an affectus & ſymptomata ægrotantis admittant ejus applicationem. Et hoc adeo monitum obſervabimus in conſiliis Autoris examinandis quæ dat in §. *ſeq.*

f) *Part. 3. c. 2. p. 514. ſeq.*

g) Adde Dn. Kulpiſ. *p. 268.* probantem hoc conſilium eſſe crudele, ſtolidum, & inutile, ad quæ capita Autoris reſponſiones facile referri poſſunt.

h) Part.

ſecurim admovebit extirpandæ potentiæ, tanta terrarum ſpatia complexæ, & quam uni aut duobus non accreſcere totius Europæ intereſt? Germaniæ procerum pars in eam domum affectu prona; multi extra odium; cæteri tantæ moli ſubvertendæ hautqiudquam pares. Adſciſcendi ergo ſocii & quinam alii, quam Galli & Suedi? Nam hi, cum talia Hippolthus ſcriberet, omnibus modis hoc agebant; magno apud imperitos adplauſu jactantes, abs ſeſe libertatem Germaniæ vindicari, per Auſtriacos oppreſſam. Aſt incivile fuerat, tantum ab iſtis laborem gratis poſtulare. Nec adparebat quæſtor, qui prædam tam religioſe in fiſcum redigeret. Quin potius augurantur homines non abſurdi, ſiquidem conatibus hoſtium domus Auſtriacæ eventus reſpondeat, fore, ut Ordines Imperii antiquam illam ranarum querimoniam inſtaurent, quæ pro trabe ciconiam Regem erant ſortitæ. Poſt ſublatam domum Auſtriacam capite tamen non vult deſtitutam eſſe Germaniam. Jubet igitur, alium eligi Imperatorem, cui ex locis ſuis communibus ſplendidum virtutum ſatellitium circumponit; ſed ut inani tantum titulo

ful-

fulgeat, & potestate regia destitutus, directoris & magistratus vice fungatur. *h*) Atqui talis præses aut director usum potest

h) *Part.3.c.3.p.537.seq.* Vult nempe in novo Imperatore eligendo, non tam familiæ aut divitiarum & potentiæ, quam virtutum & prudentiæ tam civilis, quam militaris rationem haberi, vult legem ferri : ne ex eadem Principum familia tres Reges ordine creentur. Sustentationem hujus Imperatoris vult desumendam ex confiscatis bonis Austriacis & bonis Electoribus a Carolo IV. donatis. Mortuo Imperatore vult, ut ordines in conventu ejus facta examinent, male acta rescindant, & futuro Imperatori de similibus non perpetrandis severas leges præscribant. Ad quæ exacte respondet in sequentibus Autor, ut non opus videatur illi monito : *Non posse vel ad exiguum tempus consistere Rempublicam , nisi Imperatori potestas sua, aut autoritas sarta tecta maneat, huic si ordines sese æquarent, omnia direptui futura esse, ac potentioribus cessura in prædam, donec tandem communis Respublica collaberetur.* (*p.269.*) Quasi non posset Respublica Aristocratica sine Imperatore ex potentibus ordinibus constans consistere, quasi non posset in Imperio nostro, etiam ubi Imperator non esset, (& fingamus Vicariatum, diutius continuari,) pax conservari per eos ordines qui inter potentiores

test habere in aliqua civitate Aristocratica, ubi proceres in una urbe domicilium obtinent. Quod si nihil præterea potestatis ipsi foret committendum, non video, quorsum omnino Imperatore Germania opus habitura sit, ubi ad puram *) Aristocratiam ea fuerit redacta. Quantum tamen potestati sui Cæsaris Hippolithus subtrahit, tantum reditibus ejusdem videtur velle adjicere. Esurire tantum Principem, turpe foret. Igitur in patrimonium

tiores eminent, ut pressis ab iis succurratur; quasi non posset Imperator aliquis valde potens prædam ejusmodi sibi soli appropriando turbas excitare.

*) Disputat Autor ex hypothesi Hippolithi, qui, in Germania Aristocratiam vel esse, vel produci debere, contendit. Sed forte Hippolithus sententiam suam, exemplo Reipublicæ Venetæ, tueri posset. Tot proceres tam eximia existimatione gaudentes, opus habere videntur aliquo capite, quod autoritate sua, cæteros ad operationes publicas permoveat. Sed de hoc alii, quibus lubet, amplius viderint. Dn. Titius *lit. z.* Vereor valde, ut ratio allata constituti Ducis Veneti genuina sit: Aut ut ea ratio involvat utilitatem in omnibus Aristocratiis necessario imitandam.

i) Parte

nium Imperii destinantur ditiones Austriacorum; & ubi hæ forte non suffecerint, Electores jubentur restituere, quæ abs Carolo IV. ipsis donata aut confirmata. Atqui videtur humanæ indolem animæ ignorare, qui tantis opibus subnixum in tantillæ potestatis gyrum æquo animo redigi credit. Sed nec post exequias domus Austriacæ tam faciles erunt Electores ut restituant, quæ per tria & amplius secula quiete possederunt. Præterquam enim, quod longe hebetiori sunt ingenio Principes, quam ut capere queant, quæ super restitutione bonorum minus recte partorum Confessionarii crepant; non deest Electoribus, quod cæteris Ordinibus reponant. Nam, credo, non paucis ad tenues satis casas foret redeundum, si de quibuslibet accessionibus tam superstitiosa ratio esset reddenda. Ergo æquissimum fuerit, ut quilibet, quæ diu possedit, deinceps quoque retineat. Quarto loco monet Hippolithus, *i*) confidentiam mutuam inter Ordi-

i) *Parte III. cap. 4. p. 543. seq.* Ubi minime cohæret, quod intuitu diffidii ob religionem monet:

Ordines restituendam, diffidentiam eradicandam. Id quod futurum, si gravamina utrinque amica compositione e medio removeantur, quorum pleraque ex dissidio Religionis ortum habent. Atqui cum eadem in primo remedio fuerint comprehensa, quid opus erat, peculiarem inde pixidem implere? De constituendo Regimento, Comitiis o[illegible] gravia negotiorum convocandis; de tollendo Consilio Aulico; *l*) de alendo [illegible] exercitu perpetuo & constituendo æ[illegible]ario militari, *m*) cui alendo adhibendæ sint Annatæ, quid

monet: Unam reli[illegible]onem in uno Regno, unave Republica te[illegible]ri non divinis modo præceptis conforme sed & Politica ratione consultius esse, & tan[illegible]n postea suadet, Pacis Religiosæ observantia[illegible] iterum introducendam. Unde non poss[illegible]nt non male cohærere quæ *p.550. seqq.* contra Pontificios disputat, Paci Religiosæ se opponentes. Quemadmodum & nostrates mira axiomata adhibent adversus Pontificem, Instrumento pacis se opponentem, quamdiu thesin de tolerantia religionum non supponunt.

l) Quod est quintum Hippolithi medium *Parte III. c. 5. p. 567.*

m) Hippol. *Part. III. c. 6. p. 569.*

n) Pay-

quid judicandum ſit, *n*) quæ paulo poſt ſubjiciemus, indicabunt.

IV. Supererat, ut & nos myrothecia noſtra explicaremus, num in iſtis deprehenderetur aliquid, quod febricitanti Germaniæ ad palatum foret. Verum merces ultroneas putere, certum eſt; ac ſine dubio cordatiores non ſuaſerint, aliorum ſeſe morbis ultro offerre; cum ſalutaria etiam ſvadentibus medicis ac mercede conductis iracundi ægroti conviciorum affatim ſoleant ingerere. Quin & ludibrium naſutioribus debent, qui in privata vita conſtituti ambitioſe leges præſcribere non dubitant iis, qui ad Reip. clavum ſedent. *) Sed & in proclivi eſt **) civilis prudentiæ peritis, cognito Reip.

n) Paucis: ſunt media non applicabilia. Conf. Dn. Kulpiſ. *p. 270.*

*) Hoc proœmium quaſi paragraphi quarti usque ad hæc verba in edit. poſth. plane omiſſum.

**) Sequentia usque ad verſiculum; *Ad hanc ſumme neceſſariam* &c. ſic emendata leguntur in edit. poſth. *Enimvero genuinas Reipubl. Germanicæ rationes inveſtigare, in proclivi fuerit illis, qui ejusdem compagem penitius inſpexerint. Scili-*

Reip. morbo, remedia perſpicere. *o*) Ne tamen

Scilicet fundamenti loco ſubſternendum, præſentem Germaniæ ſtatum ita legibus publicis, populique adſuetudine firmatum, ut ſine convulſione maxima ac forte everſione imperii mutari nequeat. Unde & Cæſari omittendos conatus, queis illa reſp. ad juſti formam regni redigatur; nec Ordinibus ægre ferendum vinculum, quo nunc tenentur, nec plenam & independentem libertatem affectandam, ſervitium ſaltem majori eorundem parti allaturam. Nam abrupto præſenti vinculo imbecilliores Ordinum aut validioribus Ordinibus, aut exteris ſine dubio prædæ ceſſuri fuerint. Et in hoc conſiſtit illa harmonia inter caput & membra, quæ vulgari Germanorum dictione obſervanda inculcatur. Uti porro ejusmodi Respublicas, quibus irregulare quid ineſt, ante omnia non tam alienis adquirendis, quam tuendis propriis oportet invigilare: ita circa internam concordiam inter tam multos, civium vulgarium ſortem longe ſupergreſſos, retinendam, maximus labor.

o) Ego non arbitror, ſuppoſito, quod primarium requiſitum remedii hic ſit illud, ut ſit applicabile ad Statum ægrotantem. Et quæſiverat initio paragraphi remedia, quæ ſint ad palatum Germaniæ. At vel medicis maximam difficultatem parit, invenire medicinam pro ægroto, nauſea ſumma ab omni medicina abhorrente; adhuc majorem, ſi ægrotus putet ſe eſſe ſanum. † Dn. Titius *lit. e.* poſt-

poſtquam obſervationem hanc meam huc usque retuliſſet, ſubjungit; *Autor de remediis emendandæ Reipublicæ, non abſolute, ſed comparate applicabilibus accipiendus videtur, nam nullum remedium voluntarium Germaniæ applicari poterit, illud tamen applicabile hactenus cenſetur, quod tum cæteris comparatum, facillime applicari poſſet.* Hic initio non intelligo verba: *nullum remedium voluntarium Germaniæ applicari poterit*, ſed ſuſpicor aliquod ſphalma ſubeſſe, niſi is ſenſus ſit, ut videtur e ſequentibus, *quod nullum remedium volenti Germaniæ applicari poſſit, ſed quod omnia remedia hæc non ſint ad palatum Germaniæ.* Deinde ſalva manet mea aſſertio, remedia hæc ab Autore propinata etiam comparate non poſſe applicari Germaniæ, unde & notanter Dn. Titius non dixit, quod talia remedia facillime applicari *poſſint* ſed quod *poſſent*, ſi videlicet ſtatus Germaniæ applicationem pateretur. Imo corroboratur obſervatio mea per verba ſtatim ſequentia apud Dn. Titium *d. l. Interim Autor in nova editione ita doctrinam interpolavit, ut manifeſtius appareat, ſe non tradere remedia ſtatus emendandi, ſed utcunque conſervandi, quamvis & hæc difficillimæ imo fere deſperata etiam ſint applicat. nis.*] Unde ego quidem fruſtranea arbitror omnia conſilia, quæ dantur ab eruditis de reſtauranda felicitate rerumpublicarum, non ob iſtas rationes, quas loco difficultatum hic proponit Autor, ſed quod plerumque ii, quibus remedia applicanda

tamen truncum fine videatur opufculum, paucula duntaxat fubjeciffe fuffecerit. Judicaverim ergo, fundamenti loco fupponendum, pravitatem ftatus Germaniæ ita velut induruiffe, ut fine everfione totius Reipubl. ad leges jufti Regni non poffit reformari. *p*) Cum autem ftatus ifte quam proxime accedat ad fyftema aliquod plurium Rerumpubl. fœderata-

canda effent, non agnofcunt, fe ægrotare, aut remedia horrent. Pauca funt remedia & univerfalia quidem atque unica, expofita a nobis in parte prima Ethices noftræ. Nam fummum bonum fingulorum conftituit etiam fummum bonum Rerumpublicarum. Ea fi applicare nolint homines in Rep. viventes, fpuria funt omnia remedia reliqua, quocunque etiam rationis Status aut ambitiofiori titulo fuperbiant. Uno verbo: fine Ethica Politica eft ftultitia. At fi Ethicam habeas genuinam, Politica facile conclufiones inde extruet. † Adde tamen quæ differui in *fundamentis juris Naturæ & Gentium l. 1. c. 4. & ult.*

p) Aperte Autor id fupponit, pravitatem Status talem effe, ut non poffit mutari *in regnum.* Unde contortum eft, ejus mentem ita explicare, *quafi fupponat, pravitatem Status præfentis plane non mutandam,* & ipfi poftea imputare,

ratarum, q) tutissime eidem servandæ adhiberi talia media, quæ a politicis ejusmodi

re, *quasi ab hoc supposito ipse recedat, cum talia propinet remedia, quæ systematibus propria sunt*, quod tamen placuit Dn. Kulpisio *p. 271*. Qualis enim medicus foret, qui in consiliis medicis supponeret, pravitatem Status ægrotantis non esse mutandam?

q) *Imo vero supra dixit, Germaniam inter regnum & systema fluctuare, ergo æquali ratione ad utramque se habebit. Cur ergo non ejusmodi remedia adhibeamus, quibus potius ad regnum retrahatur, præcipue quod ille Status, ex quo variis modis lapsa est, eidem sanus fuerit ac naturalis; proclivitas ad systema ex adverso vitium involvat, cui fovendo alias medicina non præscribitur. (d.p. 271.)* Resp. 1. Navis in flumine fluctuans inter utramque ripam potest tamen uni propior esse. 2. Si Germania æquali ratione ad utrumque se haberet, non potior esse ratio, cur ad regnum deberet revocari. † 3. Supponitur quidem, sed non probatur, Regnum esse naturalem statum reipublicæ Germanicæ, item proclivitatem ad systema vitium involvere. Nec negligenda 4. responsio Dn. Titii *lit. a.* non absurdum esse si fovendo vitio medicina aliquando præscribatur. Quando enim ita est inolitum, ut tolli nequeat, saltem præcaveri debet, ne in deterius ruat: in Germania vero eminere condi-

modi sociis observanda præscribuntur; quos ante omnia non tam alienis adquirendis, quam tuendis propriis, invigilare oportet. Circa internam r) heic concordiam retinendam maximus labor. Ad hanc summe necessarium est, ut cuique

conditionem systematicam, hinc media systematica ei magis convenire quam monarchica, ut eleganter jam doctum sit ab Autore *C. 6. §. 7.*

r) *Atqui fundamentum hujus concordiæ certissimum subtrahere videtur Severinus, quando pro vinculo unius Reip. maxime arcto perpetuoque laxius aliquod confœderationis coagulum substituit. (p. 272.)* Quod idem est, acsi ægrotus stomacho laborans aut ægroti amicus medico confortationem stomachi svadenti opponeret, quod ipse medicus ejus confortationis fundamentum certissimum destrueret, quod ægroto loco stomachi sani substituerit stomachum ægrotantem. Ego potius, si Autori hic quid opponere vellem, urgerem verba, quæ ipse in §. præcedente opponebat Hippolitho: *Hoc remedium declamationi Scholasticæ copiosum potest præbere argumentum; in usum autem Reipublicæ Germanicæ tum demum applicari poterit, quando omnes Germaniæ proceres sapere incipient & animi motus ad leges Philosophicas exacte attemperare.*

s) Hoc

que ſua jura maneant; ac nulli concedatur, ut imbecilliorem poſſit opprimere; utque adeo inter diſpares licet opes par ſit omnium libertas atque ſecuritas. s) Exoletæ prætenſiones æterno ſilentio damnentur, & uti quisque poſſidet, ita deinceps retineat. t) Recentes lites arbitrio Ordinum, extra gratiam aut odium poſitorum, componantur. Horum ſenten-

s) Hoc remedium obtinebit, ſi extinctæ ſint in animis generis humani dominationes avaritiæ & ambitionis.

t) Si illa tria vitia dominantia ſublata ſint, facile obtinebunt prætendentes, ut eorum prætenſionibus, ſi juſtæ ſint, ſatisfaciant reliqui. - Si ſublata non ſint, quis impetrabit etiam ab injuſte prætendentibus, ut prætenſionibus ſuis cedant. Aliter Dn. Kulpiſius *d. p. 272.* putans *prætenſiones, ſi ſint obſoletæ, ſanitati Reip. non obſtare*, quod non capio, cum vitia ſtomachi etiam obſoleta ſanitatem turbent. Quod vero addit, *ſi prætenſiones jure nitantur, injuſtum eſſe, citra ulteriorem diſpectionem actorem repellere, & quosque in poſſeſſione malæ fidei promiſcue tueri*, adverſus autorem obtineret, ſi in hoc paragrapho judicis perſonam ſuſtineret, non arbitri pacis, qui illam objectionem in ſvadendis ſubinde amneſtiis non curant.

u) Hic

tia qui ſtare detrectaverit, a cæteris fuerit coërcendus. *u*) Quod ſi ſyſtemati *) Ordinum Principem ſibi placeat adſciſcere, *x*) magna præcautione opus eſt, ne dominamina-

u) Hic aſſentior Dn. Kulpiſio *d. p. 272. Veroſimiliter Ordines non compromittent, quis coget? Ubi illi qui extra gratiam & odium poſiti? Quis coget ſententiæ arbitri ſtare detrectantes?* At talia dubia non ſunt formanda. Cur non? quia ſtatus corruptus Germaniæ ea ſuppeditat & natura prava humani generis. † Eſt ergo remedium hoc bonum quidem, ſed ob nauſeam ægrotantium non applicabile, id quod cum cæteris omnibus, fere habet commune. Dn. Titius *lit. l. n. 3.* Cæterum hic verſiculus ſic mutatus in Edit. poſth. *Recentes lites interventu potius communium amicorum, quam actione inſtituta componantur*, ſequentia vero *de coercendo a cæteris qui ſententiæ ſtare nolit*, omiſſa ſunt.

* Hic verſiculus ad verſic. *Quin non* ſic emendatus eſt in Edit. poſth. *Ne qui caput imperii cluet libertatem Ordinum moliri queat, cavendum eſt, ne communis miles & loca Ordinum munita ab ipſius arbitrio dependeant.*

x) Dixerat autor paulo ante, Germaniæ eſſe obſervanda talia media, quæ a Politicis præſcribantur ſyſtemati Rerumpubl. Inter illa media eſt & hoc, ſi ſyſtema velit ſibi Principem adſciſcere. Unde ſenſus non eſt: Si Reſpublica Germaniæ velit ſibi principem adſciſcere, quia

minatum iste possit affectare. Ei fini cumprimis inservit, militem & loca munita ab ipsius arbitrio non dependere. *y*)

quia eum jam habet. † Quæ objectio est Kulpisii *p. 273.* Paulo aliter respondet Dn. Titius *lit. m. n. 2. In cæteris plus sensisse* (autor) *videtur, quam dixisse, hinc non immerito ejus doctrina ita supplenda.* Quodsi systemati Ordinum principem sibi adsciscere, *vel quem jam habet retinere placeat.* Unde jam vides rationem cur Autor in emendatione modo memorata illa verba *de Systemate ordinum* plane omiserit.

y) Atque de hoc jam satis cautum est in Germania, cum miles Imperii & loca munita ab arbitrio Imperatoris non dependeant. † Eadem est objectio Kulpisii *p. 273. Si in ea communis salus versatur*, quod miles & loca munita ab ipsius arbitrio non dependeant, *hactenus felix erit Germania, quæ Cæsari id non concessit.* Sed placuit tamen Dn. Titio *lit. n. n. 3.* & Kulpisio & mihi sequentia reponere: Esto! *ille medicus etiam bene consulit, qui media ab aliis jam recte præscripta, denuo commendat. Dein in pace quidem miles & loca munita, a Cæsaris arbitrio non dependent, sed quando actu bellum geritur, non insolitum est, ut Cæsar Copiis Imperii, proprios Duces submittat, atque hac ratione omne fere belli arbitrium, ad se trahat.* Sed forte regeri pariter posset. Esto! sed quo remedio (scilicet

cet

Quin **) non legibus solummodo certis &c. accu-

cet facile effectui dando) & hoc malum erit coërcendum ? Etsi porro medicus ille etiam bene consulat, qui media ab aliis recte præscripta denuo commendat, id tamen limitationem admittit, si modo illa media sint apta & sufficientia ad morbum tollendum, ac applicabilia, quam limitationem respicit exceptio Kulpisii & mea. At ipse Dn. Titius sæpe fassus est, media ab autore proposita non esse applicabilia. Hæc, de quibus hic agitur, non esse sufficientia, credo non negabit.

**) Hi versiculi usque ad versiculum: *Cumprimis cavendum* &c. ita sunt emendati in Edit. posth. *Necessarium quoque videtur in republ. ubi summa rerum penes unum non est, existere perpetuum aliquod consilium, ex iis compositum, qui in partem Imperii vocantur; ad quod tum præcipua domi negotia, tum quæ cum exteris intercedunt, referantur, ubi communicatione prius cum singulis facta, commune decretum condatur. Ac in ejusmodi concilii vicem jam fere abierunt comitia, quæ anno 1663. cœpta per tot lustra continuantur; quæ ut perpetui conventus indolem sortiantur, Germaniæ quam maxime interesse videtur, continendo communi Imperii vinculo, & ad commodam publicorum statuum negotiorum communicationem.* Quamvis vero de præsentibus Comitiis hic magnifice sentiat autor, multa tamen sunt, quæ etiam huic remedio objici

&accuratis eſt circumſcribendus, z) ſed & perpetuum aliquod Conſilium eidem circumponendum, quod Ordines repræſentet; a) cui res quotidianæ totam

objici poſſunt, facile deſumenda ex iis quæ ſupra Autor *cap. 5. §. 23. & ſeq.* de comitiis dixerat. Certe ipſe hic videtur oblitus eſſe verborum ſupra *cap. 5. §. 2. circa finem* in editione quidem poſthuma expunctorum, non tamen ob deficientem, ſed potius ob ſalſam nimis veritatem, ſcilicet: *curioſos homines ſcire velle, quid tanta multitudo Legatorum per tot annos egerit* &c. Etſi & hoc vitium non tam legatis quam irregularitati Status ſit adſcribendum.

z) Et hoc jam factum ſatis in Capitulationibus. † Conſentit Kulpiſius *p. 273.* Contra Dn. Titius *lit. o.* putat; capitulationes in multis articulis valde controverſas eſſe: præterea non *parum*, ut Kulpiſius loquitur, ſed *multum* ſupereſſe videri, quod Capitulationibus poſſit addi, ſiquidem juxta ſtatum Germaniæ poteſtas Cæſaris accurate ſit definienda. Hic equidem contradici Kulpiſio & mihi video; ſed non locus datur pro nobis reſpondendi, quamdiu iſta *multa*, quæ ſupereſſe videntur &c. non diſtinctius proponantur.

a) An ex Electoribus? An ex Principibus? An ex Urbibus? An ex omnibus? Hoc concilium non magis erit ad palatum Germaniæ, quam

Rempubl. concernentes exequendæ **) committantur, ſuper quibus prius ab u-

Regimentum Maximiliani. † Quanto gravior eſt Statuum conſeſſus, qui non conſiliarii nudi, vel conſortes ſunt imperii ſummi, quem Imperator, conſentientibus Electoribus, convocare poteſt, quoties publica ſalus efflagitat, utque tum, citra magnos ſumtus, res expediri poſſint, jam ſæpius certa ratio eſt publice ab Imperatore præſcripta, cui, quoniam raro paruerunt Ordines, dubitandi utique rationem aliquis haberet, an unquam ejusmodi conſilio, quod hic deſcribit Severinus, ſint parituri. Kulpiſ. *p. 273.* Cui reſpondet Dn. Titius *lit. p. Doctrinam Autoris poſſe accipi de Comitiis, interpolatio novæ editionis oſtendit, ut hactenus inter ipſum & Kulpiſium nulla lis ſubeſſe videatur.* Sed repete quæ modo ante *lit. z.* notavimus.

**) Huc pertinent monita Kulpiſii *p. 273.* allata a Dn. Titio *lit. m.* Circa quintum, *de executione illorum, quæ concluſa ſunt*, non opus eſt novum modum excogitare, ſi modo in pleniorem obſervantiam deducerentur ea, quæ jam in Imperio noſtro, ſuper his ſaluberrime conſtituta ſunt, nihil haberet Germania, quod conquereretur. Unde miror cur Dn. Titius *ibid.* addiderit. *De novo executionis modo Autor nihil dixit.*

niversis Ordinibus fuit definitum. *f*) Ad idem referenda fuerint omnia, quæ exteris cum Republ. intercedunt, ubi prius examinentur, inde ad singulos Ordines referantur, *g*) ac demum *h*) generalis conclusio colligatur. Abs eodem denique arduis negotiis emergentibus conventus sociorum extra ordinem indicendi, *i*) quod ut citra magnos sumtus fieri, breviorique via res expediri queant, certa ratio *l*) fuerit præscribenda. *) Enimvero ut tale Consilium sibi patiantur

f) Sed definitiones hæ circa Res quotidianas totam Rempublicam concernentes vix intra seculum expectandæ.

g) Quantum tempus relatio hæc requirit?

h) Vereor, ne & hoc *demum* ævum aliquod absumturum sit.

i) An ex imperio? An minus? Et hoc posteriori casu, quidsi convenire nolint?

l) Quænam? quæ ad palatum Germaniæ futura sit?

*) Consilium perpetuum, quale Autor hic svadet, in Comitiis hactenus durantibus, omnino occurrere videtur, horum tamen operatio, nondum ita est definita, prout salus Germaniæ requirit, nec facile quis inveniet modum, qui cum effectu Germaniæ queat appli-

antur circumponi Austriaci, *m*) vix credibile videtur, potentia ipsorum ad civilem redigi modum adspernante. Neque tamen res Germanicæ tulerint, ut quamdiu stirps mascula ejus domus superest, dignitas Cæsarea ad alium transferatur. Ergo exoranda erit ipsorum modestia, velint opibus partis contenti agere, domina-

applicari. Autor saltem ostendit, quid tali consilio faciendum sit, sed circa modum operandi monet difficultas, ceu ostendit Dn. Thomas *p. 397. lit. f. seqq.* Forte sicut medicus, ita etiam politicus, præstare non debet, ut medicina & consiliis ægrotus utatur. Dn. Titius *lit. q.* Ego vero puto, quemadmodum medicus non poterit multum gloriari de sua medicina, si ea evidenter non possit applicari ægroto, ob evidentem & incorrigilem, etsi pravam dispositionem totius corporis, vel individui; ita etiam politicum melius facturum esse, si taceat, quam ut consilia suppeditet, quæ ob evidens & incorrigibile vitium status applicari non poterunt.

m) Scholia nostra ostendent, impedimenta consilii hujus æque, si non magis, ab Ordinibus expectanda esse, quam a Cæsare.† Contra Dn. Titius *lit. r. Hodierna tamen Comitia ostendunt, existentiam talis consilii non plane esse impossibilem.* Sed revera non dissentit; statim enim se cor-

minatum in Ordines ne affectent. *n*) Ordinum autem erit, mascule & conjunctis animis *o*) resistere, si quæ in ipsorum præjudicium tentantur. Cumprimis cavendum, *p*) ne pauci quidam vel inter se, vel cum extraneis, fœdera ineant, contra quodcunq; Germaniæ membrum valitura. Quod si illa adversus alios tendant, prospiciendum, ne ista occasione Ger-

se corrigit ipse addens: *nisi fortassis illa ob promtæ & validæ operationis defectum pro non existentibus morali æstimatione haberi debent.*

n) Annon & Ordinum modestia foret exoranda, ne aut amplius circumscribant potestatem Imperatoris, aut ne potentiores in tenuiores dominatum affectent. † Hic iterum Dn. Titius *lit. s. Unius positio, non est alterius exclusio. De servanda concordia inter Status, paulo ante dixit Autor, & tenuioribus, præter preces & spem sæpe fallacem, etiam nihil fere hac in parte relictum est.* Et hoc est, quod potissimum & principaliter urgeo, omnia hæc remedia tam intuitu Ordinum, quam intuitu Cæsaris esse insufficientia.

o) Sed conjungere animos hoc opus hic labor est.

p) Quis vero cavebit? Cum status sibi persvasuri sint, hanc cautelam imminuere eorum regale fœderum. *q*) Si

Germania bello involvatur. *q*) Inprimis autem providendum, ne exteri ſeſe negotiis Germaniæ immiſceant, neve ullam amplius particulam eidem decerpant. *r*) Quin & obſtandum, ne unam atque

q) Si modo hoſtis velit belli ſedem in ſuo territorio quiete pati. † Addit hic editio poſth. *Tum orto cum exteris bello haud concedendum, ut unus & alter peculiariter ſibi conſulere, & neutras ſequi partes poſſit; ſed quodlibet Imperii membrum, ubi ab altero impetatur, omnium viribus protegendum, etiam illorum, qui remotiore ſitu longe a periculo abeſſe ſibi videntur.* Sed & hic tenendum, Statum Imperii Germanici talem non eſſe, ut & horum conſiliorum applicatio ſit ſperanda. Notum inſuper eſt, quid initio belli præſentis de jure neutralitatis Statibus Imperii certis caſibus competente diſputatum fuerit, Et quamvis iſta diſputatio infeliciter ceſſerit Bavaro, cum tamen adverſus ipſum potiſſimum allegatum fuerit, eum doctrinam de neutralitate &c. male applicaſſe, & doloſe explicaſſe hinc facile patet, conſilium Autoris de neutralitate, plane non permittenda multis limitationibus eſſe obnoxium, & ſic ſub prætextu earum a potente Imperii Statu non difficulter eludi poſſe.

r) Quis vero hæc providebit? An homo, an Deus? **) Edit

atque alteram vicinarum Regionum potentior, & dilatandorum finium avidus hostis absorbeat, ex quibus *) in ipsam Germaniam serpere contagio posset. Si tale quid tentari adparuerit, mature defensio adornanda, quærendaque societas eorum, quorum itidem interest, ne **) certa Regna in nimiam potentiam insurgant. Cæterum ***) quamdiu sua tantum defendere satis habet Germania, militem alere perpetuum, præsertim numerosum, non adeo necessarium fuerit; t) descriptio tamen mature facienda, quantum quis mittere debeat, ubi opus

*) Edit. posth. *absorbeat, unde Germaniæ latus invasioni nudetur.*

**) Edit. posth. *interest, ne unius gliscens nimium potentia cæteris prægravis fiat.*

***) Hæc usque ad finem paragraphi sic emendavit editio posthuma. *Ac prout vicinorum res militaris sese habet, ita & mature idonea, quæ opponi queant, arma paranda, ne post irruptionem jam factam delectus sint instituendi, serum vastatis jam late finibus remedium.*

t) At perpetuus miles hostes deterret magis, ne nos offendant, ac tardius conscribitur bello jam orto, præprimis his temporibus, ubi

opus fuerit. *u*) Quis autem modus ſit, etiam pacis tempore ſumtibus valde modicis militem alendi, qui ſtatim, ubi res popoſcerit, in exercitum coire poſſit, optime, ni fallor, ex vicina Svedia diſcere poterant Germani. *x*)

V. Enimvero iſthæc omnia, *) & ſi quæ

ubi bella non ſolenniter amplius nunciantur. Populus ergo prudens in pace de bello cogitat.

u) Sed hoc non ante fiet, quam juſta matricula confecta, id eſt poſt ſeculum.

x) Poterant etiam diſcere ex moribus Majorum a Tacito deſcriptorum. Paucis, ubi labor, dura educatio, voluptatum contemtus viget, ubi cives ipſi præſtantiſſimi bellica virtute excellere & proprio exemplo alios præire geſtiunt, ibi ſumtibus valde modicis miles ali poteſt. Ubi contra otium, mollities, luxuria & libido regnant, ubi præſtantiſſimi civium incommoda bellica fugiunt, aut nonniſi magna mercede conducuntur, ibi non poſſunt non tot defectus in militia oriri, quot apud nos deprehunduntur.

*) Totus hic paragraphus & ſequentes usque ad finem capitis plane omiſſi ſunt in editione poſthuma. Quia ſcilicet facilius absque invidia ejusmodi doctrinæ cogitantur, quam

quæ alia ſalus Germaniæ requirit, perſpicere atque in uſum transferre facillimum fuerat, modo bonam mentem experirentur propitiam, qui ad clavum Reipubl. ſedent. *y*) Sed cum plerique inter

quam ſcribuntur. Interim cum in *cap. præced.* §. 9. inter morbos Reipublicæ Germanicæ etiam retuliſſet diſſidia ob religionem, ne hac de re plane ſileret, in editione poſthuma, paragrapho quarto circa finem ſequentia in compendio tradidit. *Denique, ne qui opinionibus circa ſacra diſſident, per importunum in religionem ſtudium concordiam Germaniæ turbent, accurate ſervanda ſunt, quæ ſuper iſto negotio leges publicæ conſtituint; ac imprimis qui Romanos ritus ſequuntur, Proteſtantes pari ſecum jure frui ægre ne ferant, ac profanum juxta noxiumque judicent, ad eos ſubvertendos vi aſtuve irrumpere, qui non minore ſtudio ad communem patriam ornandam defendendamque incumbunt; certo perſvaſi, oppreſſis Proteſtantibus, cæteros quoque in ſervitium trahendos.* Conſilium ſane optimum, ſi modo & ipſum effectui dari poſſit. Sed vereor, ne & hic locum habeat, quod in fine hujus ipſe Autor adnotavit. *Fruſtra privatus ſpecioſa conſilia fingere intra parietum ſuorum umbracula, quamdiu bona ſua ignorant illi, quos ad clavum reipublicæ naſcendi ſors admovit.* Adde Dn. Tit. *hic lit. n*

y) Non his ſolum adſcribenda eſt calamitas noſtra, ſed & nobis; qui ſubditi ſumus. Optan-

præcipuas cauſas diſtractæ in partes Germani-

ptanda eſt bona mens omnibus, aulicis, militibus, mercatoribus, opificibus, ruſticis, & nobis etiam Doctoribus. † Cæterum ex his verbis occaſionem ſumſit Dn. Titius *lit. z.* Autoris conſilia & remedia defendendi. *Ex his ergo liquet*, inquit, *quod Autor ſatis intellexerit impedimenta, quæ circa applicationem remediorum, hactenus propoſitorum occurrunt. In univerſum ergo, circa conſilia politica duo ſpectari debent*, (1) *an in ſe bona & applicabilia ſint?* (2) *an per conditionem ſubjecti, applicari queant. Illa facile, hæc difficillime reperiri poſſunt, ſi quis ergo etiam poſterioris generis conſilia ſe dare poſſe exiſtimet, illi profecto cum magnis objectionibus perpetuo luctandum erit, nec tamen difficultates evadet.* Facile & ipſe excuſo autorem, quia ſcilicet ejusmodi conſilia inapplicabilia communiter & docentur & dantur etiam a ſagaciſſimis & doctiſſimis, tam in academiis quam in aulis. Sed tamen miror, recordatum non fuiſſe autorem eorum, quæ ipſe Hippolytho oppoſuerat ſupra §. 3. paulo poſt initium verſic. *Hoc remedium*, ubi repete quæ ibid. notavi *lit. e.* Nolo hic exactius diſcutere diſtinctionem inter conſilia in ſe bona & applicabilia, & quæ per conditionem ſubjecti applicari nequeant: alias facile oſtendi poſſet; conſilium nec in ſe bonum nec applicabile eſſe, quod non poteſt appli-

maniæ collocent Religionis diversitatem, *z)* puto, non alienum a libertate opuscu-li fuerit, paucis recitasse, quidnam super isto negotio abs cordatis quibusdam viris, me præsente, disputatum fuerit. Nam neque illa rerum Theologicarum mihi est facultas, ut super talibus proprio Marte judicium ferre queam: & minus puto piaculum fuerit, aliorum sententiam retulisse, quam propriam exponere; præsertim cum me sanctissimæ Matris Ecclesiæ Catholicæ judicio humillime subjiciam. Cum ergo ipse Coloniæ Agrippinæ apud Reverendissimum atque Illustrissimum Nuncium Apostolicum, quem cum aliis quibusdam obsequii testandi causa inviseram, inter varios sermones subjecissem, me nondum satis capere causas, quare tanta per Germaniam dissidia Religio excitarit, cum in Belgio fœderato, quo non ita pridem excur-

applicari ad subjectum de cujus causa agitur. Taceo, quod Autor in hoc capite non agat de ratione status & consiliis aut remediis in genere aut in abstracto (vel si hoc magis placet *in se*) sed de ratione status Imperii Germanici.

z) Vide dicta *ad §. 9. cap. præced. lit. h*

a) Si

reram, tale quid non deprehendatur; ubi tamen credendi, & non credendi, quæcunque placuerit, summa sit licentia. Nam quæstui negotiisque suis ibi quemque intentum, de alterius Religione parum esse sollicitum. a) Heic illustris Vir, qui multum temporis in Aulis consumserat, sed tunc in penitissimum sese otium abdiderat, petita a Nuncio venia: Quoniam inquit, iste peregrinator mentionem injecit rei, quæ diu cogitationes meas exercuit, quid demum mihi probabilissimum fuerit visum, jam exponam, postquam & otium omnibus allubescit, & vix mea putem adprobaturum me, nisi tam politis animabus, quales vestras deprehendi. Inde altius ingressus b) recensuit,

a) Si non ratio, si non Christianismus refutaret eos, qui docent, diversitatem Religionum excitare turbas in Republica, vel exemplum Belgii errorem istum Politicum refutaret.

b) Maxima circumspectione hic egit autor, ut in veritate maxime odiosa dissidiorum ob Religionem veras causas sequestratis prætextibus, & habitudinem trium religionum in Imperio hactenus toleratarum ad fines Reipublicæ indicaret, & quantum fieri posset, mini-

minimum irritaret clerum, & clero obnoxios animos, detectionem arcanorum hucusque maxima intentione tectorum, ferre impotentes. Et tamen effugere non potuit invidiam & notas multorum, & post hos, quod miror, gravem censuram Dn. Kulpisii, quam quia in ejus commentario ultima est, apponemus integram. *Quæ* aït, *inde a* §. 5. *ad finem usque libelli decurrunt, judicium continent, super Religionis in Imperio Germanico receptæ habitu, q*[illegible] *cum rationibus Reipublicæ convenit, aut a*[illegible] *discrepat. Quo quidem maximam invidiam sibi concitavit, quisquis est, Severinus noster Monzambanus. Et quoniam Illustris Pufendorffius pro autore habebatur, in hunc quoque impetus est factus, præsertim ex quo confector Indicis Novitatum in principio statim eidem imputaverat, quasi opere suo de Jure Naturæ & Gentium, religionem ad statum Reipublicæ ejusque utilitates attemperandam esse, statueret. Sed Pufendorffius mox adornata Apologia hanc opinionem a se amoliri operosius contendit, ostenditque, non suam esse hanc thesin, cultum Dei ad usum civitatum aut regulas politicas formandum: sed hoc se dicere, quia examen doctrinarum ad summi imperii partes pertineat, huic quoque incumbere, ut prospiciat, ne ulla dogmata moralia, qualia omnem fere religionem comitentur, contra jus naturale & sanam politicam pugnantia, sub specie religionis obtrusa in civitate tolerentur; quod propositis speciminibus aliquot peculiari dissertatione, de concordia vera politicæ cum religione Christiana, po-*

stea demonstravit amplius, confirmavitque adversus aliorum objectiones, Specimine Controvers. cap. VI. ut in ea quidem Philosophia nihil habeant, quod desiderent, cordatiores. An de Monzambani disciplina idem sit dicendum, constanter asseverare non audeo. Repræsentantur in illa, quæ antea Hobbesius Elem. de Civ. c. 17. n. 12. seqq. & c. 18. n. 13. seqq. tradiderat. Quodsi eadem illi, quæ Hobbesio, mens est, damnanda penitus fuerit: &, si de re ipsa cum eodem velimus etiam liberalius transigere, saltem formulæ aliquæ oscurrunt, quà paulo profanius quam decet, de rebus sacris judicium sapiunt, quicquid denique de instituto libelli, ac assumta autoris persona prætexatur alias, adducaturque in scenam, nunquam enim se adprobabit ulli cordatiorum ista de rebus divinis religionisque negotio philosophandi ratio. Nam etsi illud certum sit, statum reipublicæ ejusque felicitatem maximam partem dependere a religione, quatenus inde fundamenta suppeditentur, quibus autoritas Imperantium stabiliatur, civiumque animis inculcetur obsequium, tamen ex ratione civilis status velle mutuari, quodcunque velamini talis philosophiæ inducitur, nec saniores politicæ regulæ, nec officio hominis Christiani uspiam reperitur permissum. Sed relinquamus nos sua Monzambano Ipsi defendenda. His paucis respondendum, 1. Quod invidiam maximam hisce sibi concitaverit Severinus de Monzambano, non mirandum, cum illi, qui hactenus pallio religionis impulsus ambitionis tegere allaboraverunt, haud potuerint fer-

re,

re, ut arcana illa detegerentur. Communiter enim veritas odium parit & invidiam. Forte & ex parte ideo factum, quod Monzambanus amore aut odio alicujus sectæ discursibus his quædam immiscuerit, quæ affectus magisquam judicii, quo alias libellus hic repletus est, testes sint. 2. Quod famosus autor indicis Novitatum Pufendorffio imputaverat, acsi statuisset, religionem ad Statum Reipublicæ esse attemperandam, id uti apertam sapit calumniam, & ipse Autor fatetur, in Pufendorffii Philosophia nihil habere, quod desiderent cordatiores; ita opera danda erat, ne & Monzambani doctrina in alienum sensum torqueretur, præprimis cum cuilibet conferenti hunc discursum cum commendata Pufendorffii dissertatione de concordia veræ Politicæ cum religione Christiana, appareat, utrobique si non eadem dici, dici tamen fere in eundem scopum. 3. Unde non opus erat dubitare de sanitate Philosophiæ Severini, præprimis cum æque cordatiores, atque minus cordati in illa nihil invenire possint, qnod Hobbesii Philosophiam in Elementis de cive *c. 17. n. 12. seqq. & c. 18. n. 13.* traditam repræsentet, sed nostri Philosophiam & tradita Hobbesii toto cœlo diversa esse deprehendant, adeoque nemo nisi sine causa suspicax de nostro præsumere possit, ac si eadem illi, quæ Hobbesio mens fuerit, quæ penitus damnari mereatur. 4. Si sincera voluisset esse censura,

censuit, quam multis hæresibus ab initio res Christiana fuerit distracta, quarum pleræque successu temporis ultro c) evanuerint. Sed vix ullum dari schisma, quod gravius Ecclesiam distraxerit, d) & quod non privatos duntaxat aliquos, sed integra Regna, corripuerit, quam cui superiori seculo pauci quidam in Germa-

debuisset nominare illas formulas, quæ paulo profanius, quam decet, de rebus sacris judicium sapiant, & quænam sit illa philosophandi ratio de rebus divinis religionisque negotio, quæ nulli cordatiorum se probare queat, quæque sanioris politicæ regulis & officio hominis Christiani nuspiam censeatur permissa. Hoc non præstito, alii cordatiores non absimiliter a vero cogitare poterant, fluctus sine causa fuisse motos in simpulo, & forte metui, impedienti, de re tam delicata invidiæ plena propriam exponere sententiam, potuisse prætextum quæri honestiorem, nec cum tentata jactura famæ Severini quæsitum. Nos ergo pro more continuabimus Scholia nostra, allaboraturi, ut nec amori hic quid demus nec odio.

c) Mihi videtur, plerasque suppressas esse multis & magnis persecutionibus.

d) Præsentia mala nobis videntur semper gra-

mania Doctores occasionem dederunt. Magna ingeniorum vi, sed & truculentissimis odiis invicem certatum, necdum apparere spem *e*) componendi tam horrendi dissidii. Abditas fatorum causas scrutari, nostrum jam non esse. Quid tamen rerum humanarum conditio rationis suggerat, investigare, magis ex decoro sui Ordinis fore.

graviora, quam remota. Et locutiones comparativæ multis dubiis sunt subjectæ Si quis schismata v. g. Arrianismi & Orthodoxismi, Iconoclasmi & Iconoduliæ &c. consideret accuratius, nesciet forte, quodnam ex eis pro gravissimo haberi mereatur. † Addit tamen Dn. Titius *lit. d. Forte Autor est intelligendus de Ecclesiis occidentalibus, in quibus sane memoratum schisma, ob singularum partium dissentientium robur fere æquale, aut saltem eximium, constanter duravit.* Sed mentio hic fit Ecclesiæ in genere, non Ecclesiæ occidentalis in specie.

e) Nunc apparet per DEI gratiam, postquam Deus excitat Philosophiam, reformationem insinuantem non aliorum, sed sui ipsius, postquam Principes quidam incipiunt considerare melius dignitatem & utilitatem regalis tolerandi dissentientes, & furorem eorum qui neminem juxta se tolerare potuerunt, efficaciter reprimendi.

f) Ma-

VI. Apparet igitur, ait, duabus potissimum rebus homines vehementer irritari, contemtu, & interceptis utilitatibus. Neque de illo contemtu loquimur, quo alicujus existimatio & fama directe proculcatur, sed quem sibi cerebrosissimus quisque ex dissensione alterius fingit. Hac enim labe ingenia humana ut plurimum f) laborant. Non modo contra contendere, sed & hoc ipsum, non consentire, odiosum est. Qui enim non consentit alicui, putatur eum tacite erroris accusare; qui in multis valde dissentit, pro stulto eundem habere videtur. *) Iste porro morbus quam maxime vexat homines umbraticos, in scholarum pulvere enutritos, & solitariis suis spe-

f) Maxime vero ingenia docentium, & inter hos eorum, qui tolerantiæ & amoris exemplo ex præcepto Magistri, cujus ministri esse volunt ac debent, alios anteire debebant.

*) Loquitur ergo Autor de contemtu putativo, qui adeo justam imitationis & excandescentiæ causam non præbet, hinc hic effectus hominum improbitati vel stultitiæ est tribuendus. Neque tamen ideo is, qui dissentit, semper recte agere, aut qui dissentientibus, pro-

is ſpeculationibus vacantes. *g*) Horum hoſtis ſtatim capitalis eſt, qui pro oraculis habenda non putat, quæ ipſi ſibi perſuaſerunt. Nec majori quondam ardore inter Romanos atque Pœnos ſuper imperio orbis certatum; quam inter literatos ſæpe ſuper ſyllabis aut minutiis aliis depugnatum vidimus. *h*) Par, ſi non acrior, intemperies agitat **) Sacerdotum nationem, (nam libertatem ſibi ſtipulanti

procul odio, reſpondet, peccare exiſtimandus eſt, ſed hujus rei moralitas, ex veritate vel errore, quæ unam alteramve partem comitantur, dependet. Dn. Titius *lit. e.*

g) Tales erant olim Monachi in Monaſteriis. Ex his vero primæ Academiæ fundatæ, & cacoëthes adeo illud ad poſteros per traducem propagatum. † Addit Dn. Titius *lit. f.* *Forte hoc non aliam ob cauſam aſſeritur, quam quia horum hominum ineptiæ literis mandantur atque ita magis diſſeminantur: nam alias inter homines rebus agendis deſtinatos non pauciora colliſionum, ex diſſenſu, eumque ſecuto contemtu putativo, ortarum exempla, reperire forſitan licebit.*

h) Poſſunt ex omnibus facultatibus & ſcientiis mille exempla ſuppeditari ſententiam hanc Autoris confirmantia.

**) Agitaret & reliquos, ſi ipſis permitteretur,

pulanti Nuncius placide annuerat,) quorum cum singuli *i*) sibi peculiariter Numen credant favere, si quis ab ipsorum placitis abeat, præter injuriam spretæ autoritatis, impietatis quoque arguitur, tanquam qui contemtu veritatis cœlestis, aut ex profana pertinacia, ne quid ab aliis videatur didicisse, manifestum licet errorem exuere dedignetur. Et vero mirum est, eos, qui placidissimam Religionis Christianæ mansuetudinem aliis inculcant, tam horridis scatentes affecti-

retur a principe. Unde tanti motus oriebantur, cum Fridericus Wilhelmus gloriosissimæ memoriæ interdictis calumniis in cathedra Ecclesiastica vellet illam intemperiem tollere Conf. infra dicta *ad* §. 7. *lit. q.*

i) Vel Autor hic est explicandus, quod loquatur de eo quod fit ut plurimum: vel, si verba ejus non admittant hanc explicationem, locutio durior emendanda, & loco: *singuli* scribendum: *fere singuli*. Scio plurimos nec hoc ferre posse, & similes locutiones statim interpretari, quod fiant in contemtum Ministerii. Sed hi cogitare debebant: nostro seculo ita mores esse corruptos in universis statibus, ut in singulis statibus paucissimi sint bonæ frugis; aut sancta vita vel tole-

rantia

fectibus gestare animos. Aut ostendat mihi aliquis, in quo hominum genere plus reperiatur ambitionis, avaritiæ, invidiæ, iracundiæ, contumaciæ, & ubi quilibet se suaque tanti facit, ut, qui diversa sentire ausus fuerit, continuo æternis flammis addicatur, ne DEO quidem tam severas sententias rescindendi facultate relicta. *) Cæterum quod ægre quis ferat, si sua

rantia refutare debebant sinistram aliorum de ipsis suspicionem, ac ita re ipsa ostendere, quod pertineant ad exceptionem paucissimorum. † Alio modo Autorem excusat Dn. Titius *lit. g.* Autor, inquit, erit intelligendus, non de *singulis generum*, i. e, omnibus individuis, sed de generibus singulorum, sive de aliquibus cujusque generis vel sectæ.

*) Malo hic expuncta nota mea addere observationem Dn. Titii *lit. b.* Acrior quidem est hæc censura, a veritate tamen non aliena, nam nullas controversias majori affectuum impetu & constantia tractari, quam theologicas, experientia satis comprobat. Licet vero religionis veritatem conservari, hominum intersit, attamen hoc omne sine importunitate fieri poterat & debebat; Etsi aliquando etiam non tam de veritate quam gloria certetur.

*) Verum

si sua commoda per alios intercipiantur, id a ratione non usque adeo abit.*)

VII. Enimvero ad penitus intelligendas dissidiorum causas considerandum quoque, qualis sit velut genius triplicis illius Religionis, cui publica libertas per Germaniam indulgetur. Equidem quam adposite quælibet istarum sua decreta ex sacris literis probet, nostrum non est investigare, quibus talia in usum privatæ duntaxat pietatis tractantur. Et absit, tantam sanctissimæ Matri Ecclesiæ malignitatem tribuere, ut exitiabilem errorem velit propinare nobis, qui tanto ipsam obsequio veneramur. **) Fas tamen est nobis, dispicere, quatenus dogmata Theologica, per quæ homines ad salutem æternam deducere Sacerdotes laborant, ad rationes nostras politicas qua-

*) Verum hoc est, si commoda illa juste sint acquisita; si vero male parta utilitas auferatur, malæ fidei possessor ob interceptum lucrum ringi non debebat. Dn. Titius *lit. i.*

**) Ironice hæc dici ab autore, quo personæ serviat, quivis facile intelligit, nam ex superstitiosa veneratione & obsequio, veritas religionis non dependet. Titius *lit. l.*

m) Id

quadrent. *m*) Neque enim crediderim, Optimum Numen per cultum ſui civilis vitæ tranquillitatem voluiſſe perturbare. Ut ergo ab illis initium faciam, qui a noſtra Eccleſia Catholica ſeceſſionem fecerunt, ſane in Lutheranorum Religione nihil licuit animadvertere, quod principiis doctrinæ civilis repugnaret. *n*) Poteſtas

m) Id eſt, annon repugnent principiis veræ politicæ, & ita ſuſpicionem falſæ religionis ſuppeditent, cum in eo conveniamus: Religionem non tollere nec turbare Politiam. Hunc ſenſum jubent verba mox ſequentia. Neque adeo cavillandus Severinus, quaſi velit inducere Philoſophiam Hobbeſii. † Ita ſane eſt. Autor rationes politicas, non venditat pro norma religionis *abſolute*, ut religio iis conveniens, vera & ſalutaris cenſeri debeat, ſed *ſecundum quid*, ut illis repugnans, falſa exiſtimanda ſit; cum enim Deus ſocietates humanas & civiles probet, illud ſane, quod eas turbat, ſub ſpecie religionis, a callido Clero ex rationibus Status effictum & non tolerandum putari debet. Dn. Titius *lit. m.*

n) Adeoque magis mirum, cur a Lutherano Severinus fuerit inculpatus, quaſi profanas adhibeat formulas, & philoſophiam doceat officio hominis Chriſtiani non permiſſam.

o) In

testas circa sacra Principibus asserta; *o*) opes Sacerdotum ad tenuitatem magno Reipubl. bono, *p*) (quicquid vos torvum intueamini,) redactæ; plebi inculcatum, ut Magistratus tanquam DEI vicem in terris

o) In verbis & conceptibus inanibus. Utinam & in re. Augustana confessio equidem hic Principibus favet, si & ita faveret Formula Concordiæ, vel denegans Principibus jus circa Adiaphora, vel certe denegantibus argumenta suppeditans. At potestas circa sacra sine jure circa adiaphora onus est non jus. † Adde notam Dn. Titii *lit. n. Hactenus scilicet*, (potestas circa sacra principibus asserta) *ut Papæ nihil juris amplius concedatur. Interim uti per leges fundamentales, aliquando jus sacrorum ita restrictum esse potest, ut solus Princeps sibi illud asserere non debeat, ita fatendum est, quod nonnunquam, rationibus non adeo solidis, id eidem a nonnullis negari soleat, quas uti non probo, ita Principem pro lubitu jure sacrorum uti posse, non concesserim.* Sed non memini etiam, qui Principi eam potestatem *pro lubitu* concesserit.

p) Modo non in alterum extremum fuissemus lapsi. Abundantia bonorum Ecclesiasticorum Reipublicæ damno est. At nimia tenuitas & indigentia plurimorum ex Clero vix panem habentium an ex Reipublicæ bono sit, videre nequeo. Alia philosophia erat Syracidis

terris gerentes vereri meminissent; q) denique bonorum operum summa officio boni viri definita. r) Neque displicent inania quædam ceremoniarum, ad aliquem publici cultus adparatum relicta, divertendis simpliciorum animis, quorum

cidis *cap. 38. v. 26. Quomodo is docere potest, qui cogitur arare, & boves flagello coercere, ac similia opera perficere, & nonnisi de tauris narrare novit animo perpetuo attentus in agriculturam & pecuariam?* † Latius hanc observationem exposui peculiari dissertatione *de officio Principis Evangelici circa salaria ministrorum Ecclesiæ.*

q) Utique iterum in scriptis & quæstionibus cerebrinis. Huc pertinet Masii *interesse Principum*, & dogma pro Lutherano jactatum, Deum esse causam immediatam majestatis. At si praxin videas, deprehendes multos ex Clero Lutherano Magistratui vicariatum hunc disputare. Exemplum quære apud Hamburgenses. † Et in disputatione Lipsiensi de jure definiendi controversias Theologicas &c.

r) Et non, uti apud Pontificios, præstatione rerum inanium, aut lucro Sacerdotibus cedentium, puta abstinentia certorum ciborum, jejuniis, crebro repetitis verbis salutationis angelicæ, peregrinationibus ad loca sacra, largitionibus in monasteria & superflua templorum donaria. *Conf. Pufend. de concord. Polit.*

rum captum nudæ pietatis meditatio fere ſuperat. *s*) Jam myſteria Religionis uti non ad portentoſæ ſuperſtitionis horrorem

Polit. cum relig. Chriſt. §. 15. p. m. 454. Sed utinam doctrina de bonis operibus apud nos in praxi vigeret! Confer locum ex Autore der Grundfeſte ſuperius *ad cap. 5. §. 24.* allatum. † Quo autem ad noxiam ejusmodi prodigalitatem (in monaſteria &c.) homines eo magis permoverentur, vis meritoria bonis operibus quoque fuit tribuenda, quam adeo recte etiam improbant Lutherani. De cætero hoc & proxime præcedens caput, de Magiſtratu verendo, religioni Lutheranæ & Reformatæ eſt commune. Dn. Titius *lit. p.*

s) Sententia hæc non ſolum egregie ad perſonam, quæ loqui fingitur, quadrat, ſed & a nonnullis noſtratium, ut ſpecimen prudentiæ Chriſtianæ in Luthero proponi ſolet. Ego vero diſtinguendum arbitror. Alliciendorum hominum gratia talia ſtudio adhibere, & eorum animos ita divertere, atque inania iſta tanquam res ſanctas commendare ſimplicitatem Chriſtianæ prudentiæ excedit, ad aſtutiam Politicæ Clericalis pertinens. At talia ad tempus tolerare, donec commode & absque juſto tumultus metu abrogari poſſint, prudens & Chriſtianum eſt. Poſterius Luthero in mente fuiſſe videtur, non prius. Exemplum

rorem adornata; *t)* ita decorum videtur, ab humani subtilitate ingenii tantam impetrare sapientiam & potentiam divinam, ut sublimius quiddam ab hac præstari posse, credatur, quam quo isti penetrare concessum. *u)* Quin ipsa crassities, quam

emplum cape ex iis quæ Lutherus contra Exorcismum scripsit: Von der Tauffe und ihrem Anhang: Der Exorcismus ist gleichwie eine Verachtung des heiligen Ehestandes / gleich als würden daraus auff die Welt gebohren / die von Teuffel besessen wären. Es Pabstenzet und wütet nach dem Pabst / der unsern HErrn GOtt in alle Dinge seinen Unflath geschmissen hat / und sein Meister seyn wollen / daß er Ihme doch das geringste hätte unreformiret lassen. Wann man dieses also zu lässet / wie man es denn zu lassen muß / so kan und mag man andern auch das / was an sich selbst noch leidlich wäre / wie vielmehr aber an dem / das da voller Aberglauben / Aergerniß und ungereimtes Dinges stickt / und wohl öffentlich falsch und unrecht ist an solchen übrigen Ceremonien. Jam confer hanc sententiam Lutheri cum tumultibus post mortem Lutheri ob defensionem Exorcismi excitatis.

t) Id est, ut ego capio, uti non ita rationi repugnant, ut mysteria doctrinæ Pontificiæ v. g. transsubstantiatio, infallibilitas Papæ &c.

u) Id est, ita magis decora est religio Lutherana in quibusdam mysteriis ad omnipo-

tentiam

nonnulli exagitant, ad ingenuitatis opinionem conciliandam facit. *x*) Hinc uti nulla Religio de Principibus Germaniæ melius

tentiam divinam refugiens adversus Reformatos (huc enim autorem respicere svadet contextus) rationis repugnantiam urgentes. Nescio vero, an præcise respexerit dogma nostrorum de consubstantiatione, an de ubiquitate corporis Christi? &c. Cæterum si causa nostra nonnisi ex capite decori defendi potest, miseria laboramus magna. Ignorat ejusmodi decorum orthodoxia vera Novi Testamenti. Neque diffitendum, parum videri cohærere in hoc puncto doctrinam Systematicam. Pontificiis v. g. in doctrina de transsubstantiatione ad omnipotentiam divinam confugientibus, & urgentibus adversus nos, rationem captivandam esse sub fide, opponimus, omnipotentiæ divinæ objectum non esse ea quæ contradictionem involvunt, & fidem supernaturalia credere, non contranaturalia; At opponentibus nobis ista in materia v. g. Ubiquitatis Reformatis, stilum vertimus & pallio Pontificiorum utimur: DEO nihil esse impossibile, rationem sub fide esse captivandam. Sensisse ista videturAutor, adeoque ex capite decori causam nostrorum adjuvare voluit.

x) Respiciunt hæc haud dubie ad scommata, quibus malefeiati quidam homines ex utra_

melius mereri poterat; *y)* ita in universum Monarchico statui vix ulla magis idonea videtur. *z)* Et vero, ni respectus

 cæte-

utraque religione Protestantium se invicem prostituere solent, Lutheranos appellantes Dickköpffe/ & Reformatos Spitzköpffe. Potuisset adeo hic paragraphus omitti. Uti enim sæpius crassities est absque sinceritate ingenua, ita acutiora etiam ingenia possunt sinceritate cordis esse prædita. † Crassitiem illam, in nonnullis articulis, ex præcepto divino necessariam censent Lutherani, quo posito, non opus est, ut fallaci ingenuitatis argumento, illa commendetur. Dn. Titius *lit. u.* Sed haud dubie illa crassities, de qua loquitur Autor, stupiditatem denotat. Et non possum percipere, quomodo asseri possit, talem crassitiem in nonnullis articulis explicandis præcepto divino inculcari.

y) Nempe per consilium de locupletando patrimonio ex bonis sacris, ut mox sequitur. † Sive hoc sive generali, liberationis a papatu argumento; religio Lutherana Principibus se commendet, attamen assertio illa comparans: *quod nulla melius de iis mereri potuerit*, defendi non poterit, cum Reformatam tantundem præstare, manifestum sit. Dn. Titius *lit. x.*

z) Sed confer, quæ modo notavi lit.q. † Dubitat igitur Autor. Et mihi sane idonea aliquâ

cæterarum ditionum *a*) Carolum V. inhibuisset, magnæ simplicitatis argui mereretur Imperator Teutonicus, quod, initio a Principibus & urbibus nonnullis facto, occasionem istam ex bonis sacris locupletandi patrimonium Imperii neglexerit; Principibus haut difficulter ipsum in prædæ partem admissuris, & plebe in novos illos Doctores valde prona. Quod attinet Calvinianam Religionem, quam vocant, illa a priori parum abit, nisi quod omnes Catholici ritus reliquias cum pulvisculo voluit ejicere, *b*) atque recentia dogma-

qua ratio non succurrit, qua ista assertio defendi queat, hinc arbitror potius, inter religionem Lutheranam & Reformatam, quoad habitum civilem, nihil interesse. Dn. Tit. *lit. y.*

a) Et metus rebellionis excitandæ a Clero Pontificio, potissimum in Hispania.

b) Si per Catholicos ritus, ut videtur, intelligit ea, quæ modo dixerat, inania ceremoniarum, judicet Lector, quinam convenientius fecerint ac faciant doctrinæ Apostolicæ, an ii, qui divertendis simpliciorum animis, tanquam quorum captum nudæ pietatis mediatio fere superet, ista relinqunt, an illi, qui cum pulvisculo ea ejicere satagunt. † Modo id prudenter fiat, & non suo prætextu, fiduciæ divinæ ex affectibus humanis contra eviden-

dentes prudentiæ regulas. Teſtantur enim hiſtoriæ, quantæ turbæ ortæ fuerint etiam talia tentantibus (v. g. Chriſtiano I. Electori Saxoniæ, Friderico Palatino Regi Bohemiæ, ut taceam Græcos Imperatores iconoclaſtas) noxia, quoties illa ejectio intempeſtive tentata fuit. D. Titius *lit. b.* ſic ratiocinatur : *Comparat Autor religionem Lutheranam & reformatam ex regulis prudentiæ , quid ſcilicet quoad duplex caput propoſitum* (de ritibus & recentibus dogmatibus) *fieri magis expediat. Videtur itaque Autor ſic explicandus : ſepoſitis licet rationibus Theologicis, tamen ne quidem ſecundum Politicas inſtitutum ſuum ſatis tueri poſſe Reformatos. Verum prius caput de ritibus hoc judicium quidem ſubire poteſt*, (i. e. parum prudenter ex regulis Politicis in ejiciendis ritibus egiſſe Reformatos) *de quo actum lit. q. nec putem inſtitutum Reformatorum melioribus uti rationibus, quam Lutheranorum.* Dixerat autem paulo ante *lit. q. Sententia Autoris ea eſſe videtur, non incongruum eſſe, ſi ceremoniis quibusdam cultus in gratiam ſimpliciorum velut adjuvetur. Licet vero illa præciſe non ſint neceſſariæ, prudentiores etiam iis facile carere queant, attamen illis retinendis & defendendis ſufficere videtur quod non noceant, nec verbo divino repugnent.* An verbo divino repugnent, diſquirere ad Theologos pertinet. Quoad rationes Politicas ea quæ *lit. q.* dicuntur, probant ſaltem, ritus de quibus agitur , pro diverſitate circumſtantiarum aut diverſo reſpectu & re-

 tine-

dogmata *c*) subtilius, quam a Lutheranis factum, elimare. Quorum utrumque parum ad plebis animos accommodum. *d*) Nam

tineri posse (scil. intuitu plebis) & eliminari, (intuitu prudentiorum;) imprudenter egisseRe. formatos (quod primario erat in quæstione) ejiciendo ritus istos, non probant.

c) Nempe de cœna, de confessione auriculari &c.

d) Esto, inde nil magis lucrabitur religio Lutherana, quam quod sit magis accommoda ad animos plebis. Interim hæc quidem observatio videtur parum cohærere cum antecedentibus & consequentibus. Si enim Lutherana religio magis est accommoda ad animum plebis, quomodo in universum vix ulla, ut modo asseruerat, Monarchico Statui magis idonea est. Si Reformatorum Religio parum accommoda est ad animos plebis, quomodo asseri potest, quod mox facit, genium ejus Religionis fere in libertatem Democraticam inclinare. † Dn. Titius *d. lit. b.* sic pergit. *Posterius, de recentibus dogmatibus subtilius eliminandis, ex hoc capite unice dijudicari haud patientur Theologi Lutherani; sive ut clarius dicam, illi non concedent, ut ex eo quod ad plebis animos sit accommodum, de S. Cœna aliisque articulis controversis statuatur.* Sed cum ipsemet Autorem recte exposuerit, quod hic non de Theologicis sed Politi-

Nam & obtorpescunt *e*) fere isti, universo cultu divino intra declamationem exiguumque hymni fragmentum redacto. *f*)

Politicis rationibus sit sollicitus, istam quidem observationem hic non expectat lector, sed potius judicium ejus pariter Politicum, uti de priori capite dederat. Quanam igitur ex causa hoc fuerit prætermissum, forte patebit ex sequentibus.

e) Scilicet, si verum fundamentum fidei abnegatio sui, & vita sancta, non insinuetur animo. At tum similis, si non major torpor deprehendetur in multitudine rituum inanium.

f) Sed in primitiva Ecclesia cultus divinus si non paucioribus, certe non pluribus absolvebatur ritibus. Et tamen non obtorpescebat animus Ecclesiæ. Phantasmata rituum cerebrum implent, aut in corde affectum naruralem excitant, nunquam supranaturalem. † Aliter Dn. Titius *lit. c.* Per ritus,, igitur ad cultum magis adduci posse simpliciores censet Autor. Licet vero effectus hic,, non semper sequatur, attamen nemo etiam,, sponsor esse potest, ferventem magis futuram,, esse pietatem, ceremoniis omnibus cum pulvisculo ejectis; Hinc illæ velut res innoxia,, ac simpliciorum genio conveniens, non male,, retinetur, & forte huc quadrat illud Pauli,, 1. Cor. 10, 29. cur libertatem meam ab aliena,, conscientia (ambitione) judicari patiar? Hic,,

Et ubi virtus habetur, *g*) circa res sacras curiositatem *h*) exercere, distortissimo cuique ingenio plurima novandi *i*) sub-

initio equidem verbum illud durius *ambitio-*,, *nis* in parenthesi positum a Viro alias placido non expectabat Lector. Deinde & ad hanc observationem recurrit eadem responsio, quam jam dedi *lit. b.* ad finem.

g) [† Sed & opera danda ut alterum extremum evitemus, Ubi enim] decorum habetur, sub prætextu potentiæ divinæ & captivandæ rationis defendere contradictoria, stupidissimo cuique ingenio suppeditatur audacia, quam in expugnabilis quoque comitatur pertinacia, sub prætextu antiquitatis absurdissima propugnandi, quod opinionis semel arreptum fuit.

h) Medio tutissimus ibis. Si omnis curiositas interdicta est, cur tam frequenter inculcatur: scrutamini scripturas. Et miserandum, quod in praxi id eum in sensum frequenter contorqueatur. Scrutamini glossas, commentaria, Postillas orthodoxorum in scripturas.

i) Sed sæpe sub novationis scommate latet protractio antiquæ veritatis ab hominibus pravis occultatæ in lucem. † D. Tit. *lit. d.* hæc notat Ergo prurigo novandi, i. e. studium sine causa, „ingenii saltem ostentandi gratia, novas & „paradoxas opiniones procudendi, merito improba-

ſuboritur prurigo, quam inexpugnabilis comitatur pertinacia propugnandi, quod opinionis ſemel arreptum fuit. Quin & ad ineptias a quibusdam itum eſt, & comam paulo ornatiorem aut prolixiorem

probatur. Ad ſtudium eruendi veritates ne-„ ceſſarias, etiamſi odioſo novationis nomine,„ forte traducatur, reprehendi non debet. „ Quando autem hujus rei uſus legitimus vel,„ abuſus, in controverſiis theologicis, occur-„ rat, ego non definiam. Conf. *notata lit. t.* „ In illo loco autem *lit. t.* iſta poſuerat„ Circa my-„ ſteria ni fallor ex doctrina Lutheranæ Eccle-„ ſiæ, rationi in tantum frena laxare poſſunt,„ in quantum verbum divinum permittit; Hoc,„ vero cum prohibet liberam diſquiſitionem „ ratio captivanda eſt. Quomodo vero hoc,„ principium, ad articulos controverſos, appli-„ cari poſſit aut debeat, id definire ac exequi,„ inſtituti noſtri ratio non exigit. „ Scilicet de his differere abſtinuit non ob metum ne falcem mittat in alienam meſſem; cum quæſtiones de prurigine novandi & pertinacia defendendi opiniones ſemel arreptas non ſint Theologicæ, aut certe non pure tales; ſed ob alium metum juſtum & qui in illo ubi degit loco, cadit in virum conſtantem. Neq; enim periculũ eſt ſolum de illis ſcribere qui poſſunt proſcribere, ſed etiam æquale ſi non majus periculum

rem nutrire, pro piaculo habitum. *l*) Cæterum illud prudentibus dudum observatum, genium ejus Religionis fere in libertatem democraticam inclinare. *m*) Nam

---

lum est scribere, quæ non placent illis. - Reliqua relinquuntur cogitationi lectoris.

l) Sed an & Paulus ineptit, dum Corinthios monet *1. Cor. XI.* dedecus esse masculis, si comam nutriant. Interim Zelum intempestivum non probo. Observanda est cautela Pauli eodem loco adhibita, non rixandum esse ob talia. Intempestivi Zelotæ, qui reformationem incipiunt, ubi debebat finire. Insinuetur doctrina & exemplo abnegatio sui omnibus partibus absoluta, & cætera sequentur sua sponte. Hac autem non insinuata Zelus circa externas actiones occupatus vel hypocritas facit vel irrisores. † Res indifferentes, ad conscientiæ rationes anxie revocare, earumque usum innoxium, pro piaculo habere, ineptum; sed circa eas, consvetudinem in populo receptam sequi, decorum est, quod commendat Paulus 1. Cor. II. v. 14. Dn. Titius *lit. e.*

m) Deprehendo similem Philosophiam *in Pufend. differt. de concord. Polit. cum relig. Christ. §. 17.* sed vereor, ut ista prudentum observatio nitatur fundamento veritatis. Compara, quicunque es, subditos Principum Lutheranorum, cum subditis Principum Reformatorum,

torum, Clericos pariter & Laicos, & facile deprehendes, Reformatos æque jugum Monarchiæ ferre, aut Lutheranos æque in libertatem inclinare. *Conf. dicta lit. d.* † Dn. Titius *lit. f.* ista adnotavit. Paulo ante dixit Au-„ tor: dogmata Reformatæ religionis, ad ani-„ mos plebis, parum esse accommoda, hic ve-„ ro ejus genium in libertatem democraticam„ inclinare contendit, quæ non satis cohærere„ videntur. v. Dn. Thomas. *lit. t. p. 413.* Forte„ pro conciliando Autore, distinguendum est„ inter plebem monarchicam, cui nihil nisi ob-„ sequii gloria relictum est, & democraticam, quæ libertati magis est adsveta, ut prior locus„ de illa, posterior de hac sit intelligendus. E-„ go vero vereor ut autor in priore loco *ple-„ bem monarchicam* in mente habuerit. Potius si eum a variatione liberare vellem, dicerem, in priori loco Autorem id intendisse, ut ostenderet, Reformatos contra propriam hypothesin (quam tamen Autor cum aliis iis affinxerat) agere, dum videlicet genius religionis (secundum hic dicta) in libertatem democraticam inclinet, & tamen dogmata Reformatæ religionis (secundum priorem locum) ad animos plebis parum sint accommoda. Cæterum in re ipsa nobiscum consentit Dn. Titius. Sic enim pergit. Sed ut ut a vari-„ atione liberari queat Autor ejus tamen asser-„ tio, qua genium Religionis Reformatæ in li-„ bertatem democraticam inclinare dixit, non„

magis

Nam plebe circa res sacras, censuramque morum semel ad suffragium admissa, iniquum videbatur, unum Principem de summa rerum civilium posse statuere. *n*) Isthæc porro novæ Religiones magnam Germaniæ partem amplexæ, quare per mutua

„magis vera est, quam altera illa, quæ præcesſit, quod statui monarchico vix ulla magis „videatur idonea, quam Lutherana. Eo homines sunt ingenio, ut libertatem omnes „ament, ejus tamen jacturam etiam facile digerant, si ea vel majus bonum comparari, „vel gravius malum averti, intelligant. Ex „quo principio patet, ab una libertatis specie, „ad alteram tuto non inferri, cum dispar „subesse possit ratio. Esto igitur, quod Re„formati, in tractandis fidei articulis plus li„bertatis sibi asserunt quam Lutherani, qui „ob mandatum divinum id sibi non licere cre„dunt, inde tamen non sequitur, quod hi „minus ament libertatem civilem, quam illi, „cessat enim ratio, quæ ibi restrictionem ope„ratur.

n) Non credo, autorem admissurum argumentationem, si quis Lutheranos arguere velit, inclinare ad Aristocratiam & Monarchiam abhorrere. Annon vero, qui hæc statueret, simili modo arguere posset: *Clero circa res sacras censuramque morum semel ad suffragium admisso*

mutua diffidia communium adverſariorum vires reddiderint validiores, nullam cordati aliam perſpiciunt cauſam, præter illam, de qua modo dicebamus, Sacerdotum pervicaciam in tuenda non tam doctrina, quam exiſtimatione ſua; cui plurimum decedere exiſtimant, ſi planiora docentibus aut moderatiora ſuadentibus paulisper concedant. *o*) Nam de utilitate aliqua inter ipſos non litigatur, cum æque utrorumque interſit, ne in Eccleſiæ Romanæ ditionem redigantur

miſſo iniquum videbatur unum Principem de ſumma rerum civilium poſſe ſtatuere. † Iſtam conſequentiam non valere (inquit Dn. Titius *lit. g.*) ex modo notatis conſtat. Interim fateor, Reformatos ſi liceat, libertatem dominatui eſſe prælaturos, ſed tantundem etiam facient Lutherani, ſicut etiam utrique ferent ſervitutem, ſi vitam aliter exigere non ſit conceſſum.

o) Hic vero exponendum erat, quænam pars pro docente planiora & ſvadente mitiora haberi debeat. Utrum illi planius docent, qui divertendis ſimpliciorum animis inania ceremoniarum inſinuant, an illi, qui recentia dogmata ſubtilius elimant? Utrum illi mitiora ſvadent, qui ad concordiam ſe toties offerunt, an illi, qui nec in una Republica alte-

tur. *p*) Ergo quia a Sacerdotibus impetrari non poteſt, ut ſuam obſtinationem poſt commoda Reipubl. ducant, principum fuerat, iſtud diſſidium paulatim extinxiſſe, non quidem violenta per remedia, queis irritantur magis diſſenſiones, quam ſopiuntur, ſed molliori via & velut per obliquum. *) Nam ſi principes in adſciſcendis miniſtris non amplius vocabula

alteram partem tolerare volunt. † Eadem prope eſt ſententia Dn. Titii *lit. i.* Sed utri parti, inquit, hoc dictum eſt? quænam planiora docuit, aut moderatiora ſuaſit, & quænam ſaniori doctrinæ concedere noluit? Niſi enim hoc ad liquidum deducatur, monitum hoc ſine effectu eſt.

p) Quaſi vero non poſſit utriusque partis, aut certe unius intereſſe, ut infallibilitatis Papalis dominatum in conſcientias ſibi vindicet. † Eandem ſententiam ſed verbis magis in factum temperatis fovet Dn. Titius *lit. k.* Videtur a particulari ad univerſale inferri; non enim ſequitur: utrorumque æque intereſt, ne in Eccleſiæ Romanæ ditionem redigantur, ergo de utilitate aliqua inter ipſos non litigatur. Poterit ſubeſſe alia utilitas tam vera, quam prætenſa.

*) Ego vero hoc conſilium deſperatæ executio-

bula sectarum, **) sed animi atque ingenii dotes spectent, si pari modo utriq; Religionum addicti cives habeantur, ***) si Sacerdotibus interdicatur controversias illas in concionibus agitare, q) & asperis nominibus alteram partem perstringere, si denique in Scholis publicis non

Uu feran-

cutionis esse existimem; Antequam in partes fuit discessum, moderata consilia fortassis non sine effectu fuissent, at postquam dissidium in sectas induruit, ejus componendi spes nulla superesse videtur: Dn. Tit. *lit. l.* Scilicet ut præcesserat per moderata consilia.

**) Sed hoc morali æstimatione non antea fiet quam sectæ erunt sublatæ, adeoque huic consilio tum demum locus erit, quando eodem non amplius indigemus. Titius *lit. m.*

***) Hoc vero continget, si omnes sapere incipient, si sincero amore se mutuo prosequentur, si ambitio & avaritia, consilia humana non amplius diriget; hoc est nunquam. Titius *lit. n.*

q) Sentimus jam per DEI gratiam effectum salutarem hujus consilii, quod frustra per ministrorum suorum clamores & calamos tentavit impedire Princeps tenebrarum. *Dixi in dissert. de Felicit. subdit. Brandenb.* † Displicet equidem & hoc consilium Dn. Titio *lit. o. Hoc medium* inquit, *nibil amplius præstabit, quam pa-*

cem

ferantur Doctores, nisi viri moderati atque prudentes; *r*) non dubito, quin paucos intra annos illæ lites ultro sint expiraturæ, *s*) Verum male, credo, de sanctissima

tem externam & civilem, tollendo autem religionis dissidio non sufficiet. Hinc etiam hoc, in iis regionibus, in quibus elenchus, quem vocant personalis severe satis prohibetur, constanternihilominus duravit. Sed facilis est responsio: Autor in toto hoc capite agit de pace externa & civili. adeoque non de dissidio sententiarum diversarum tollendo, si modo pacem non turbent.

r) Et hujus consilii salutarem effectum sentimus. Nec opus est fugare rixatores. Fugiunt ipsi, & recedunt, si subtrahatur ipsis potestas rixandi, aut rixæ ipsorum non speratum adipiscantur exitum. Idem enim hoc est, ac si princeps aqua & igne eos, nonnisi huic nutrimento assvetos, interdiceret. † Interim nota verba autoris; *si non ferantur, nisi viri moderati.* Unde valde miror, Dn. Titio, in genuina ratiocinandi arte alias excellenti, hic sequentem notam excidisse *lit. p. Ergone tales hactenus a scholis publicis penitus exularunt? hoc sane dictu nimis fuerit durum. Si vero iis aliquis locus fuit relictus, cur effectus hic laudatus non est secutus.*

s) Posset illud monitum addi. Si Status Politici Lutherani non amplius adigerent Prin-

Principes ſuos, ut in ſacros libellos jurent vel promittant, pacem & concordiam ſub prætextu concordiæ impedientes. † Aliud plane de toto hoc conſilio Autoris eſt judicium Dn. Titii *lit. q. Sed vel ob jam notata*, inquit, *valde dubito, quemadmodum nec credo, idoneam aliquam ineundæ concordiæ rationem facile repertum iri, licet deſtinato conſilio hoc agatur. Nam ut plura alia taceam, ſi particulariter, ab uno alterove Principe id negotium tractetur, ac conciliatio (quod non temere fiet) ſperatum præſtet effectum, pro duabus, dein tres habebimus ſectas, cum conciliatam illam religionem, nec Lutherani, nec Reformati alii pro ſua ſint agnituri. Ut autem negotium hoc ab omnibus Regibus & Principibus utriusque religionis, communi conſilio ſuſcipiatur, ac ad optatum finem perducatur, id ad nunquam contingentia utique referendum eſt.* Sed diſſidium facile tolli poteſt, ſi repetamus, Autorem hic loqui de tollendo diſſidio externo; Dn. Titium in mente habere conſilia de tollenda diſſenſione tota inter Theologos v. g. per colloquia, novas formulas &c. quorſum etiam ſpectant conſilia quæ Autor alibi in *diſſertatione poſthuma de conſenſu, & diſſenſu Proteſtantium* partim tradit, partim refutat. Et ſi iſta formetur quæſtio, ſentio cum Dn. Titio. Ac memini me talia & plura ſimilia olim placide objeciſſe B. Autori, cum mihi paulo ante mortem diſſertationem illam poſthumam legendam daret, & meum de ea judicium expeteret.

Uu 2 r) Salſe

ctissima Ecclesia Romana meretur, qui sana consilia ista hominibus suggesserit.

IIX. Enimvero alia prorsus indoles est Religionis nostræ Catholicæ, quam novarum istarum. Nam hæ quidem Sacerdotes volunt esse ministros Magistratus & populi, ut heic imbutæ salutaribus circa divina sententiis ac bonis moribus animæ ad æternám salutem post mortem deducantur. Catholicæ Religioni non tam curæ est, ut animi ad probitatem formentur, quam ut Sacerdotum opes, potentia & autoritas immensum gliscat. *t*) Et sane dudum miratus sum ineptias nostrorum Sacer-

t) Salse hic Autor sed vere miseriam religionis Pontificiæ ostendit. Pertinet huc scriptum similis intentionis Joh. Ludovici Fabricii, Theologi Reformati, qui sub Jani Alexandri Ferrarii Cœnobitæ Augustiniani larva scripsit Euclidem Catholicum ad Fratres Walenburchios, sive demonstrationem Romanæ fidei ex primis, certis, & evidentibus principiis, Mathematica methodo & connexis continua serie propositionibus deductam. Ubi ex una definitione, uno axiomate, & uno postulato deducit omnes errores doctrinæ Pontificiæ. Definitio est: Ecclesia est Imperium spirituale, sed visibile, quo homines fidem

Sacerdotum, quod cum controverſias, quæ ſibi cum hæreticis, (ut ipſi vocant,) intercedunt, ex ſacris literis decidendas ſuſceperint; cum longe planior atque evidentior modus ſuppetat ad certitudinem demonſtrationum Mathematicarum omnia definiendi. Stabilito enim atque admiſſo principio illo, quod innui, Religionis Catholicæ finem eſſe, ut Sacerdotum opes atque autoritas magnæ ſint, veſani forent adverſarii, ſi vel verbulo ſibi ultra cenſerent oppugnanda dogmata, circa quæ tanta vis chartarum hactenus fruſtra fuit conſumta. *) Exempli cauſa unum duntaxat atque alterum ſubjiciemus. Scripturis ſacris tribuitur obſcuritas, eisdemque legendis arcentur Laici;

 ut

dem ab uno ſpirituali ſed viſibili capite, Pontifice ſcilicet Romano præſcriptam profitentur, conformemque ei obedientiam præſtant. Axioma eſt: Quicquid ad Eccleſiæ hujus defenſionem atque amplificationem facit, id omne & ſolum cenſeri debet verum eſſe, pium atque ſanctum. Poſtulatum denique; Liceat Eccleſiam hanc extendere usque ad fines Terræ.

*) Clerus papalis novam hanc diſputandi metho-

ut soli Sacerdotes earundem interpretandarum jus retineant, neque Laici ex iisdem quædam eruant, quæ non ex re Sacerdotum forent. *u*) Iisdem jubentur succenturiari Traditiones, *x*) ut, si quid forte in sacris literis omissum esset ad illum

methodum forte mirabitur. Utrinque admiratio affectata & personæ conveniens erit. Autor miratur, quo improbitatem salse derideat; Clerus papalis mirabitur, quo methodo hactenus usitata eam tegat. Dn. Titius *lit. s.*

u) Sed quid de nostro Papatu dicendum, ubi persequuntur Laicos in sacris Scripturis scrutantes, ubi clamatur Laicos non intelligere scripturas, quia studiosi Theologiæ non fuerint. Annon & hoc est, Scripturis sacris revera tribuere obscuritatem, & solis Clericis vindicare jus interpretandarum earum? † Parallela huic est observatio Dn. Titii *lit. t. Sed num apud Protestantes, in usum privatæ duntaxat pietatis, ceu Autor §. 7. loquitur, laicis S. literas tractare fas est? ita fortassis, ex Clericorum Ordine imperiosius nonnulli præcipiunt quod uti probandum non est, ita lectio illa ad pruriginem novandi v. notat. §. 7. lit. d. etiam valere non debet.*

x) Quod apud Pontificios sunt traditiones, id in Papatu Lutherano est abusus systematum traditionibus Scholasticis repletorum.

**)Sed

lum finem faciens, **) commode suppleri posset. Jam tota Religio tot ceremoniis adornata, ut earum splendore atque numero plebs obruta, & velut attonita, de solida pietate rimanda cogitationem suspicere nequeat. *y*) Peccatorum remissionem soli DEO relinquere, lucrosum

**) Sed quomodo in SS. literis aliquid ad illum finem faciens, omissum dici potest, cum illæ hunc plane ignorent ac adeo nihil omnino de eodem tradant? Dicendum est, quod S. literæ, de fine religionis Cleri papalis, nihil habeant, juxta verum sensum, bene tamen secundum depravationem falsamque interpretationem Cleri papalis, cui adeo in complementum mendaciorum, traditiones surrogantur Dn. Titius *lit. u.*

y) Sed oblitus forte est Autor eorum, quæ de religione nostra dixerat §. *praced. Inania Ceremoniarum apud nos relicta divertendis simpliciorum animis, quorum captum nuda pietatis meditatio superat.* † Interim pati possum, ut Autor adjuvetur adnotatione Dn. Titii *lit. x. Autor supra videtur locutus de ceremoniis cultum adjuvantibus, hic autem ei sermo est, de opprimentibus: Et forte etiam huc quadrat vulgatum illud:*

Est modus in rebus, sunt certi denique fines
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

z) Ad

ſum non erat. Ergo illa poteſtas Sacerdotibus aſſerta, z) queis hautquaquam placebat tam proficuo jure diſſolute uti, nec generali confeſſione, & munuſculo aliquo a liberalitate confitentis dependente adquieſcere. Exactiſſima enumeratio ſingulorum peccatorum requiritur, taxatione eorundem in Sacerdotis arbitrio poſita. Heic, ſi dives eſt reus, paratiſſimum eſt lucrum, etiam ubi gratis peccata fuerunt remiſſa. Quis enim adverſus tam benignum Patrem liberalitatis quid non exhibeat? In pauperes ſecurius licet autoritatem exercere. Et quanti eſt, omnium hominum arcana noſſe? aut quis non revereatur pectoris ſui arbitrum? Miſſa porro nihil accommodatius ad lucrum atque autoritatem Sacerdotum promovendam. Nam quis tam ſalutarem operam navanti præmium negare velit? Aut quis non adoret homines tam venerabilem victimam murmure ſuo producere valentes? Laicis uſum calicis

z) Ad hæc recte intelligenda jungendus *Pufendorff. de habitu relig. §. 23. 24. 25.* Tum apparebit annon & hic Papatus invaſerit ſectam noſtram. a) Sed

licis recte ademtum, mordicus est defendendum, ne in ulla re Sacerdotes erraſſe videantur. a) Nec fruſtra numerus Sacramentorum auctus, ut eo frequentius Sacerdotibus egerent homines. Et quantum lucri vel id ſolum tribunalibus Eccleſiaſticis adfert, quod ad illa omnes cauſæ matrimoniales trahuntur, eo duntaxat prætextu, quod matrimonium ſacramentum ſit? b) Citra hoc enim uxorati videbantur æque dextre naturam matrimonii poſſe intelligere. Vis meritoria bonis operibus adſcripta, uti ambitioſam hominum pietatem inſigniter ſtimulat; ita, dum eadem iis fere rebus definiuntur,

a) Sed quid reſpondebimus Reformatis contra Exorciſmum, uſum oblatarum in cœna, imaginum in templis &c. &c. ſimilia nobis occinentibus? † Nihil definio, ſed informationem peto ab iis, qui talia ut articulos fidei defendunt.

b) Utinam vero rejecta hac ſententia non remanſerint in doctrina de matrimonio apud noſtros Theologos & JCtos multæ concluſiones exinde profluentes, v. g. de differentiis repudiorum & divortiorum, de tolerando inceſtu poſt benedictionem Sacerdotalem in honorem matrimonii &c.

c) Vi-

tur, quæ Sacerdotes locupletant, c) cum reliquo Theologiæ systemate optime quadrat. Quin nec alio fine inventum crediderim Purgatorium, quam ut tributo possent onerari, quos mors alias rebus humanis exemerat. Sanctorum invocatio uti splendorem Religionis non parum auget; ita autoritatem Sacerdotum suspicere necessum est, qui cogitant, istorum decreto divinæ aulæ proceres creari. Accedit, quo plures sunt, qui templis & aris coluntur, eo magis numerum Sacerdotum atque emolumenta gliscere necessum sit. Et si quis penitus considerare velit, quales ex recentioribus cumprimis isti fastigio admoti sint, facile deprehendet, Sacerdotes hic sui commodi nequidquam fuisse oblitos. Plura addere apud callentissimos putidum foret; & cui accuratius ista scrutari vacaverit, ad eum gustum cætera deprehendet. *) Ipsa porro

c) Vide notata *ad* §. 7. *lit.* r.

*) Perelegans est hæc tota Autoris Philosophia, qua depravationem religionis papalis, ex rationibus Status clericalis scite hactenus deduxit, quamque uberius illustrat personatus Gibellinus in *Cæsareo-pap. Rom. P. 2. c. 2.* Uti-

porro Sacerdotum Resp. quam artificiose compaginata, quam presse omnia inter se connexa ? ut vere dicere liceat, nullum ab orbe condito fuisse corpus tam bene dispositum, aut tam validis subnixum radicibus. Jam primo ad correctissimæ instar Monarchiæ Resp. concinnata. *d*) Ipsi Principi Sacerdotum divinæ par autoritas circumdata. Dei vicarius, errare nescius, ætheris Erebique claves citra provocationem aut intercessionem dispensans. Nam quod melioribus seculis credebatur, Regnorum omnium arbiter, Reges solo dejicere aut locare pollens, novi Doctores tanquam invidiosum nimis infamarunt. *e*) Et quia majestas

Utinam omnes Principes, qui jugum papale adhuc ferunt, eam intelligerent, ac serio ad animum revocarent Dn. Titius *lit. z.*

d) Conf. quoad hæc & sequentia *Pufend. introd. ad historiam cap. ult. de Papa.*

e) Adduximus jam superius eam in rem exemplum Lavardini. † Libenter hic memini Nicolai Pontani, Venetiarum Ducis, Viri magna doctrina & mira animi libertate præditi, qui subortis inter Pontificem Gregorium XIII. & Senatum Venetum de finibus contro-

jeſtas iſtius Principatus ſanctimoniæ potiſſimum opinione ſtat, per electionem idem defertur, ut, quia ſæpius Regia ſoboles degenerat, non niſi digniſſimo & juveniles extra affectus conſtituto locus patefiat; ſimul ut magis in Eccleſiæ, quam familiæ bonum foret intentus. Ob easdem rationes omnibus ejus Reipubl. membris cœlibatus indictus, ut ne privati reſpectus alio curas averterent. Quanta porro Ordinum multitudo, quanta varietas! ut eo plures forent, qui Eccleſiæ rebus invigilarent, & attrahendis Laicorum bonis hamos jacerent. Neque vero ullus Principum tam addictum civium ſuorum experitur obſequium; & cum inter ipſos non deſint æmulationes, eas tamen, ne in Reipubl. detrimentum erum-

controverſiis, ut ſæpe accidit; cum minæ a Legatis pontificiis adderentur, quaſi Pontifex contra Senatum cenſuris acturus eſſet, ille ſtatim nec conſulto Senatu reſpondit: *Cenſuram Pontificiam eſſe gladium vagina incluſum, qui temere diſtringi non deberet, ne diſcerent homines contemnere ejusmodi telum; quod quia intempeſtive miſſum eſſet, minus læderet. Lanſius contra Ital. p. m. 557.* & ex eo Dn. Titius *lit. c.*

f) Spe-

erumpant, sapientissime novit temperare Pontifex. Nam antiquos Ordines recentiori Societati JESU parum propitios esse constat, quod per hanc illis non parum existimationis decessisse credatur. Postquam enim veterum Monachorum simplex sanctimonia lasciviam recentioris seculi parum videbatur frenare posse, maximo Ecclesiæ bono subiit sanctissima illa Societas, *f*) quæ labentes res felicissime restituit, suscepta juventutis informatione, & per confessionem, simulque poli-

f) Spectant huc præter infinita alia *Alphonsi de Vargas Stratagemata Jesuitarum : Lettres de Montalte : Morale des Jesuites : Morale Pratique des Jesuites &c.* † Utinam Stelliones illi illuc revertantur, unde malum pedem attulerunt! Utinam ab omnibus Principibus, ab Rebuspublicis, in quorum ditionibus adhuc illi morantur, mox audiant carmen, quod eis Dux Venetorum Donatus, cum e Veneto Imperio pellerentur, recitasse fertur: *Abite, nil auferte, & nunquam redite.* O salutare carmen! O divinam medicinam! Equidem Germania, Gallia, Polonia & alia regna, quæ longum periculosumque morbum sociorum illorum contagione contraxerunt, nisi ejusmodi leventur vomitu, vix unquam recte convalescent.

Nec

polita converſatione exploratis omnium hominum arcanis. Sic ut multi putent, pleraque ad Rempubl. ſacram poſſe adplicari, quæ apud Jobum de Leviathane ſenſu myſtico traduntur. Sine dubio autem optimam illam judicaveris Religionem quæ & cultores ſuos maximis divitiis atque honoribus cumulavit, & efficaciſſimis inſtructa eſt mediis ad tondendas ſimul & in obſequio retinendas oviculas. *) Puto tamen, ex hiſce adparere, ſtolido plane modo controverſias Religionis hactenus inter Catholicos recen-tes-

Nec quis improvidus advocatis & patronis Jeſuitarum vacuas obvertat aures, ampliſſimas novasque ſpes, mirificis ingentium promiſſorum emblematis ornatas oſtendentibus. Inſidiæ ſunt: aut ſi non ſunt, ſpes tamen ſunt, admiſtis ſceleribus & conceptæ formidini, multo impares. Crimen enim illud impie defenſæ temporalis, Papæ in Principes, poteſtatis, æternum eſt, incomparabile eſt: qnod nulla virtus, nulla meritorum amplitudo redimet Lanſius *contra Hiſpan. p. m. 297.* & inde Dn. Titius *lit. d.*

*) Hæc utique dubio carent, ſi proüt hic fit, religio pro inſtrumento dominatus ſupponatur. Dn. Titius *lit. e.*

**) Hæc

tesque Doctores fuisse disceptatas. Nam nostri quidem hosce in hæreticorum numerum conjectos, igne ferroque delendos clamitarunt, injecta sinceræ reconciliationis desperatione. Inde non potuerunt non iidem acerrime salutem suam procurare; & postquam semel Laicos sinistra opinione de Catholicorum Sacerdotum sanctimonia imbuerant, facile erat ostentatis horum bonis, istos sibi defensores comparare. At, si ab initio mens non læva fuisset, non deerant media deliniendi Laicos, diversas partes amplexos: **) & citius in gratiam cum Pontifice Maximo erat rediturus fraterculus Saxo, g) oblato pingui aliquo beneficio, quam petitus fulmine, cujus vis tam longo itinere & per cœli asperitatem intepuerat. Ex adverso mirari subit recentium Docto-

**) Hæc media merito fuissent nominanda, nam alias de hac assertione, non sine causa quis dubitaverit, imprimis quoad Laicos Imperantes, quibus sane non ita facile ea repræsentari possunt, ob quæ, semel obtentam libertatem, cum servitute denuo commutare velint. Dn. Titius *lit. g.*

g) Confer dicta superius *ad caput 5. §. 9.*

***) Est

polita conversatione exploratis omnium hominum arcanis. Sic ut multi putent pleraque ad Rempubl. sacram posse adplicari, quæ apud Jobum de Leviathan sensu mystico traduntur. Sine dubio autem optimam illam judicaveris Religionem quæ & cultores suos maximis divitiis atque honoribus cumulavit, & efficacissimis instructa est mediis ad tondendas simul & in obsequio retinendas oviculas. *) Puto tamen, ex hisce adparere, stolido plane modo controversias Religionis hactenus inter Catholicos recentes-

Nec quis improvidus advocatis & patronis Jesuitarum vacuas obvertat aures, amplissimas novasque spes, mirificis ingentium promissorum emblematis ornatas ostendentibus. Insidiæ sunt: aut si non sunt, spes tamen sunt, admistis sceleribus & conceptæ formidini, multo impares. Crimen enim illud impie defensæ temporalis, Papæ in Principes, potestatis, æternum est, incomparabile est: qnod nulla virtus, nulla meritorum amplitudo redimet Lansius *contra Hispan. p. m. 297.* & inde Dn. Titius *lit. d.*

*) Hæc utique dubio carent, si prout hic fit, religio pro instrumento dominatus supponatur. Dn. Titius *lit. e.*

**) Hæc

tesque Doctores fuisse disceptatas. Nam nostri quidem hosce in hæreticorum numerum conjectos, igne ferroque delendos clamitarunt, injecta sinceræ reconciliationis desperatione. Inde non potuerunt non iidem acerrime salutem suam procurare; & postquam semel Laicos sinistra opinione de Catholicorum Sacerdotum sanctimonia imbuerant, facile erat ostentatis horum bonis, istos sibi defensores comparare. At, si ab initio mens non læva fuisset, non deerant media deliniendi Laicos, diversas partes amplexos: **) & citius in gratiam cum Pontifice Maximo erat rediturus fraterculus Saxo, g) oblato pingui aliquo beneficio, quam petitus fulmine, cujus vis tam longo itinere & per cœli asperitatem intepuerat. Ex adverso mirari subit recentium Docto-

**) Hæc media merito fuissent nominanda, nam alias de hac assertione, non sine causa quis dubitaverit, imprimis quoad Laicos Imperantes, quibus sane non ita facile ea repræsentari possunt, ob quæ, semel obtentam libertatem, cum servitute denuo commutare velint. Dn. Titius *lit. g.*

g) Confer dicta superius *ad caput 5. §. 9.*

***) Est

ctorum simplicitatem, quod suadere nostratibus non erubescant, relicta sua conditione & ejuratis tantis opibus ad ipsorum partes transire, ut ibi vile vulgus sint, cum fame acriter luctaturi. ***) Nam ut populum obtentu libertatis, ac Principes illecebra lucri, ad sese invitarent, majoris rationis erat.****) Etsi, postquam semel primus ille impetus deferbuit, & nostri post improvisam cladem copias suas curatius instruxere, satis

***) Est utique magna simplicitas, si ex solis utilitatis temporalis rationibus, judicium hic ferendum sit. Nam quamdiu Papatus tam opima bona possidet, nihil sane est quo Clerum papalem ad sacra Protestantium ratione aliqua humana, permovere liceat; incommoda enim cœlibatus pellices facile pensant. Dn. Titius *lit. i.*

****) Sunt hæc media humana quidem, sed non erubescenda & improbanda, ceu ostensum ad *c. 5. §. 9. lit. z. & b.* Dn. Titius *lit. k.* Docuerat autem in locis hic allegatis, quod Lutherus non peccaverit, favorem Laicorum sibi conciliando, cum Dominatus Papæ sit injustissimus, adeoque mediis etiam humanis jugum illud amoliri licuerit, & cum pro crimine non habendum, quod otiosa pecora sagina

ſatis adparuit, melius rerum ſuarum ſategiſſe noſtrates, quam alteros illos. *) Nam, quantum memini, præſenti ſecu-

gina ſua fuerint excuſſa ac bona male ſubtracta reip. iterum vindicata. Ergo neque etiam vitium involvere, ſi imperantes ſpe publicæ utilitatis ad abuſus illos tollendos ſe allici paſſi fuerint.

*) De obſtaculis progreſſuum Reformationis, ex profeſſo diſſeruit Dn. D. Rechenberg, quæ diſſertatio in *volum. Diſp. P. 1. n. 15.* extat; ex qua nonnulla etiam retuli in *ſpecim. Jur. publ. l. 1. c. 7. §. 52. ſeq.* Summa artificii, quo vel Reformationis curſum ſtiterunt, vel nunc etiam ſuos in obſequio retinent Pontificii, fere hæc eſt, quod per Clerum, Princip , rerum ſuarum non ſatagentes, ſed voluptati plerumque deditos, perpetua ſervitute conſtringant, quo facto ſubditi ne hiſcere quidem audent. Etſi etiam obſervandum eſt, quod hodie nonnullæ Reſpublicæ, theologice ſaltem non politice ſint pontificiæ, (ſtante autem intereſſe politico, theologicum parum attendi, nec ad perſvadendam mutationem, ſatis efficax eſſe ſolet. Dn. Titius *lit. l.* Nihil hic addo, niſi quod putem in verbis paulo antecedentibus ſphalma ſubeſſe, & legendum eſſe, *quod hodie nonnullæ Reſpublicæ politice ſaltem, non* theologice *ſint Pontificiæ.*

** Sed

lo nemo Principum amplius ad istos transiit; nonnullos tamen intra sinum suum Ecclesia Catholica recepit. **) Plura parantem addere Nuncius interpellavit; & satis, inquit, peritiam tuam in rebus Theologicis nobis adprobasti; nec auditores defuturi essent, si publice talia docere institueres. *b*) Etsi fateor, eadem non

**) Sed religionis amore aliquid fieri, vel factum esse, nemo affectuum humanorum paululum gnarus, crediderit. Alias certum est quod Clerus papalis omnes suas curas eo dirigat, quo Gentibus, quæ jugum papale excusserunt, denuo illud imponat, id quod variis modis tentare solet, qui omnes in vim & fraudem resolvuntur, de quibus facunde satis disseruit personatus quidam Placentius de Verona *in tract. de an. 1688. de med. quib. Roma papalis condit, conservata & fines propagare studet.* In specie ad modos illos etiam pertinent *novæ methodi convertendi hæreticos*, quibus nonnulli Pontificii inclarescere voluerunt, de quibus dictus Placentius *d. tr. §. 46. seq.* add. Scherzer *Anti-Bellarm, disputat. 1. thes. 2.* sed illæ omnes etiam improbitatis aut ineptitudinis sunt manifestæ. D. Titius *lit. m.*

b) Non speravit, nec sperare poterat, cum hæc scriberet autor, hæc & integrum suum libel-

non adeo ad captum novitiorum esse: nec tibi fas fuerit, (me respiciebat,) intra horulam amitti in mysteria, *i)* abs quorum cognitione tot millia versutissimorum hominum magna solicitudine plebem arcere laborant. ***)

bellum aliquando lectionibus publicis explicatum iri. Fecimus tamen id jam ante triennium in hac Academia. [† Videlicet anno 1692.] Ita per DEI gratiam ab illo tempore libertas veritatem profitendi in Germania crevit.

i) Agnoscite igitur Auditores dilectissimi, felicitatem vestram, quod Divina Clementia & Gratia Principis Optimi admittamini ad mysteria iniquitatis & veritatis hic audienda, a quorum cognitione in aliis Academiis multi Clericorum magna sollicitudine studiosos arcere laborant.

***) Arrogans hæc scribendi ratio esse videtur, dum doctrinam propriam, scenæ saltem causa, alii adscriptam, implicite extollit Autor. Verum nihil extollit, sed id tantum dicit, quod sine jactantia dici potest, nam sunt hæc utique mysteria papalia, abs quorum cogitatione, tot millia versutissimorum hominum magna solicitudine plebem, vel in genere laicos arcere laborant, quæque ante

IX. Isthæc præsente Nuncio Apostolico sat libere prolata, nec sine candoris laude animum mihi addiderunt, ut deinceps apertioris pectoris hominibus aurem accommodare minus trepidarem. Nec multo post in aliquem incidi virum, patriæ suæ rerum peritissimum, sed qui a nova Religione non magnopere videretur abhorrere. *) Eo curatius venia mihi petenda est talia referenti, ne quis ista omnia abs me probari putet. Ille igitur, mentione nuperi sermonis a me injecta, paulo altius exorsus, quod in Republ. bene constituta omnino deceat certas esse personas, cultui divino publice exercendo vacantes, quos honeste sustentari necessarium sit; sed & conveniens esse, ædes sa-

Monzambanum, in scholis non adeo fuerunt cognita, post illum vero alii quoque hac in parte sapere cœperunt. Dn. Titius. *lit. n.*

*) Autor mutata non nihil persona, abusum & damna, sub specie religionis, a Clero papali, in Rempubl. introducta, docte & eleganter hic repræsentat, ut fortassis nihil aut oppido parum, in hac philosophia jure desiderare liceat Dn. Titius *lit. o.*

** Etiamsi

ſacras publice exſtrui, quarum decor externam quandam majeſtatem Religioni conciliet, ad plebem devotione accendendam non inutilem. **) Sed neque illud quenquam cordatum, inquit, negaturum arbitror, quæcunque perſonæ ad cultum Religionis nihil conferunt, ſacras jure vocari non poſſe; & quæ ad tales alendos inſumuntur bona, ſanctimoniæ nihil habere. In Germania porro tum liberalitate Imperatorum ac Principum, tum devotione privatorum tantis opibus cumulatus fuit Sacerdotum ordo, ut ſaltem dimidia, ſi non major, pars Germaniæ ad ipſos ſpectaverit, inaudito apud omnes gentes exemplo. Ad iſtorum autem bonorum fructus devorandos immenſa vis otioſorum hominum ſeſe adplicuit. Id quod neque Theologiæ neque decretis civilis prudentiæ ſatis congruit. Divinæ literæ jubent Sacerdotes honeſte ali, ne-

 que

**) Etiamſi templorum exſtructio, ad plebem devotione accendendam, nihil conferat, cum ratione tamen negari nequit, quin ad exercendum cultum publicum, illa ſit neceſſaria & utilis Dn. Titius, *lit. p.*

m) Adde

que obturari os bobus triturantibus. Neque Sacerdotum nomen attribuunt illis, qui nullam Ministerii sacri partem attingunt. Quin & eædem neque personas neque bona sacra eximunt ab inspectione summæ potestatis civilis, quo minus ab eadem ad salutem Reipubl. debeant temperari. Nimiam autem molem bonorum sacrorum non esse ex usu Reipubl. satis perspexerunt Veneti vestri, qui eorundem incrementis obicem posuere, nequidquam ringente Pontifice. Scilicet in tabem velut attenuari civitates necessum est, ubi tantas divitias ad sese trahunt homines, aliud extra Rempubl. *m*) caput agnoscentes,& ab oneribus publicis exemtos sese divino jure ferentes. *) Equidem de numero Episcoporum non habet Germa-

m) *Adde Pufendorff. de Concord. Polit. cum relig. Christ. §. 11. p. 450.*

*) Verissima hæc omnia esse, ex fine intelligitur. Personæ & bona, ob cultum divinum requiruntur, quodsi ergo ad hunc finem nihil conferant, aut illum plane opprimant, inutilia & noxia merito illa existimantur, maxime si Reipubl. quoque valde molesta sint. Dn. Titius. *lit. q.*

*) Fun-

mania quod queratur. Quin longe angustior ille est, quam pro latitudine regionis, si munus sacrum ipsis obire placeret. Sed quo tantæ ipsorum opes? Dicis, esse eosdem simul Principes Imperii, & partem capessere de cura Reipubl. Ergo abstineant sacro nomine Episcoporum, quod officium ipsos obire non sinit secularium negotiorum moles; & nihil aliud velint audire, quam quod sunt. *) Nam puto, nihil detrimenti capiet Religio Christiana, si vel maxime Episcoporum aliquis Germaniæ per annum unam vel alteram missam non celebraverit, superbo stipatus satellitio, & primis Christianæ Religionis disseminatoribus pau-

*) Functio ecclesiastica & imperium civile in se quidem non videntur incompatibilia, propter abusum tamen vix evitandum, non recte conjunguntur, nam potestas secularis ecclesiasticam fere opprimit & expungit, hinc tenues ejus reliquiæ non ad Dei cultum, sed irrisionem pertinent, quo etiam tendit philosophia Autoris sequens. add. *Stryck in not. ad Brunnem. jus eccles. l. 1. c. 4. §. 4. 5.* Dn. Titius *lit. r.*

n) Per-

pertatem suam exprobrans. *n)* Sic gaudeat sane Moguntinus sua ditione, ut possit sustinere dignitatem Cancellarii Germaniæ. At cur sancta ipsi Sedes sit attribuenda, cum alii Principes, queis æque resp. cordi est, vulgari sint contenti, causa non adparet. Jam de Canonicis quid dicam, lignis, ex quibus dolantur Episcopi? Eorum opera quod in rebus sacris nihil sit, ipsi non erubescunt profiteri, dum irregulares sese Canonicos ferunt, & parcendo gutturi Vicariorum opera templorum fornices clamore lacessunt. Ex his qui nullam partem negotiorum profanorum attingunt, inutilia terræ pondera sunt, ventri atque inguini servientes. Qui profana tractant, cur sacri audiunt aut cur sacris bonis abutuntur? *o)* Jam

n) Pertinet huc responsum, quod quidam Papæ glorianti, quod Petrus si revivisceret non amplius dicere posset: *Aurum & argentum non habeo*, dabat, replicans. Sanctissime Pater, sed nec Tu dicere potes amplius cum Petro: *Surge & ambula*.

o) Quid de Canonicis apud Protestantes dicemus? An & hæc philosophia ad eos spectat? an vero ingens est inter eos & Pontificios

Jam quid de immensis opibus monasteriorum dicam, & de infinitis examinibns rasorum, quibus illa obsidentur? Equidem dari collegia, in quibus juventus Ecclesiæ ac Reip. formetur, omnino expediebat. Neque abnuerim, eadem posse inservire hominibus ad profundas duntaxat speculationes idoneis; ex quorum ingeniis qui Reipubl. provenire poterant fructus, per vitæ civilis turbulentiam intercipiuntur. *p*) Ast ubi hisce de tranquil-

ficios differentia? Ego repsondere nolo. Putant tamen cordatiores, & hic aliquando mutationem in melius sperandam esse, postquam Principes ProtestantesRegalia sua paululum attentius considerare & exercere cœperunt. At quis neget, inter Regalia si non potissima, tamen Reipublicæ maxime salutaria esse jus emendandi superstitiosas Papatus reliquias, jus pistrini instituendi? &c. Removebuntur etiam pedetentim, DEO adjuvante, & sapientia consilia suppeditante impedimenta, quæ hactenus multis iisque bonis Principum conatibus obstitere.

p) Consvetudinis hic major vis quam naturæ. Si adsvefias, poteris etiam speculariin mediis turbis. Delicatiora ingenia sunt, qui solitudinem ad meditandum requirunt.

*) Non-

lo secessu fuit prospectum, neque ipsi teneritatem ingenii in pœnam sibi datam possunt queri, & sæpe largo cum fœnore reponunt, quod in ipsos a Republ. fuerit impensum. Utrumque tamen genus sobriis impensis optime alitur; exuberans pinguedo vigorem & industriam velut oblimat. De cætero nulla apparet ratio, quare desperati homines, aut qui tœdio laborum cucullo deformes incedere amant, absurdis boatibus templa impleturi, aut frigidissimo affectu repetitas preculas DEO ad globulos annumeraturi publice saginari debeant. *) Illud pro mole bonorum sacrorum quidam palmarium ducunt argumentum, quod per ista consulatur illustribus & nobilibus familiis. Dum enim ad beneficia Ecclesiastica pro-

*) Non tantum nulla apparet ratio, quare homines, quales hic describuntur, publice saginari debeant, sed & in universum a ratione abhorret, ut quis ob exercitium pietatis etiam veræ, ab aliis ali velit. Ad omnes pertinet vulgatum illud: *Ora & labora.* Pietatem omnes debent, hinc mercede vel donis, si aliæ causæ non concurrant, illa pensanda non est. Dn. Titius *lit. x.*

q) Quæ

promoventur, qui familiam videbantur gravaturi, adeoque divisio patrimonii prohibetur, opes splendorque familiarum conservari melius potest; quin & augeri, ad dignitates amplissimas provectis, queis alias domi cum paupertate fuerat luctandum. Et fateor, vel per solam hanc rationem illustrium favorem familiarum sibi pignerari potest Ecclesia Romana. Enimvero uti familiarum nobilium splendorem servari fors egregium fuerit; ita sine dubio illi, abs quibus bona sacra sunt profecti, de isthoc per eadem procurando ne per somnium quidem cogitarunt; nec in eo fine sacri quidquam aut saluti animarum profuturum possumus deprehendere. Quin si postgenitis honestus est animus; suppetunt bello ac pace media, quibus & rem & famam possint quærere. Sin neque domi neque militiæ ulli sint usui, nosse debebant, invidendum nimis ignaviæ præmium esse, victum publice velut in Prytaneo accipere. Quod si reposuerint, saltem hoc modo impediri, ne gliscens nimium numerus nobilium ob paupertatem demum despectui habeatur; respondemus, si digna

gna nomine suo germinet nobilitas, multitudinem ipsorum ordini reiquepublicæ nihil obesse; cum virtuti nunquam statio aut præmium sint defutura. Quod si metuant, ne ipsi, quos tulit ætas parentum pejor avis, dent progreniem vitiosiorem, recte quidem, dum matrimonio abstinent, orbem ignavis fucis opplere parcunt. Sed & extra sacros ordines licet fœminis abstinere. Aut si citra scorta libidinem retundere non datur, nescio quam miserandum videtur, bonos istos antiquos, dum Reip. aut heredibus suis aliquid subtrahendo animæ se suæ consulturos crediderunt, atratis admissariis pabulum suggessisse. *q)*

X. Quæ

q) Quæ prolixe hactenus Autor de abusu legatorum ad pias causas sub prætextu, quod nobilitas sustentetur per hunc abusum, disseruit, suo modo applicari poterunt ad abusum stipendiorum apud Protestantes, sub prætextu, quod honoratiorum vel ipsorum Inspectorum liberi per hunc abusum sustineantur. † Cœterum non omittenda etiam est nota Dn. Titii ad hunc locum *lit. y. Medicina quam rebuspublicis christianis hic propinat Autor, fortior est, quam ut harum status illam admittat. In specie*

X. Quæ cum ita sint, facile puto causam suam DEO cordatisque omnibus adpropabunt Principes Protestantes, quod cum reliquas summi imperii partes in ditionibus suis exercerent, curam quoque sacrorum sibi vindicaverint; *r*) saltem qui id

specie non consultum videtur, quamdiu papatus bonis ecclesiasticis abundat, ut Protestantes reliquias eorum, quas possident, penitus tollant, utilitatibusque Reipublicæ rigide nimis attemperent, ne scilicet hac ratione homines lautioris conditionis, ad amplectendum papatum permoveant, ex quo sane si non statim damnum, certe ejus metus Territoriis imminet. Ego vero non credo Autorem in hoc paragrapho medicinam Germaniæ propinare, sed ostendere saltem ad oculum voluisse, quod hac parte graviter ægrotet, & adeo valde opus habeat, ut de medicina vel emendatione aliqua (de qua Autor in §. seq. differit) serio cogitet, sed propterea non opus est ut Canonicatus *plane tollantur*, aut *rigide nimis* utilitatibus Reipublicæ attemperentur. Sed est modus in rebus &c. ut ipse Dn. Titius in alia quæstione *lit. x.* p. 473. bene observaverat.

r) Hactenus vix decimam partem sibi vindicarunt, sed per DEI gratiam vindicabunt imposterum, postquam incœperunt vindicare jus

id temperamentum obſervarunt, ut, quæ antea fere ad lardum generandum inſumebantur, deinceps cederent in uſum eorum, qui re ipſa Eccleſiæ operam aliquam navant, aut juventutem pietati boniſque literis formant; *s*) quæ ſupererant

jus coercendi aut reprimendi furores eorum, qui jure circa ſacra hactenus ad clypeum turbarum a ſe excitatarum abuſi ſunt. † De hoc dubitandum non eſt, qui enim injuſti dominatus jugum abjicit, ac jus competens, a malæ fidei poſſeſſore, vindicat, ille cauſam ſuam Deo cordatiſque omnibus facile adprobare poteſt. Dn. Titius *lit. z.*

s) Nullum plane dubium eſt, Principem Evangelicum poſſe vi ſuperioritatis territorialis bona Canonicatibus & Monaſteriis Evangelicis deſtinata mutare in ſuſtentationem & augmenta ſcholarum, ſeriam pietatem & virtutes docentium & propagantium, ni pacta obſtent. Imo quidſi pacta obſtent? Quæritur an Princeps obſtrictus ſit pactis ad tolerantiam rerum Rempublicam aperte turbantium? Sed hac de quæſtione forte alibi. † In capitulis, quorum conſervationi proſpectum eſt, præbendas quasdam extinguere poteſt Princeps ob juſtam cauſam neceſſitatis, ut belli, vel pietatis, ut ſuſtinendorum Eccleſiæ miniſtro-

rant Reip. destinatis. Quod si istos Cæsar cæterique Principes Catholici fuissent imitati, magnus morborum fomes ex corpore Germaniæ simul expurgabatur. *) Neque magnopere poterat indignari san-

strorum, nec non Academiarum, quæ favore piæ causæ, etiam præ cæteris dignæ sunt; idque eo magis justum, quo magis intentioni fundatorum respondet, qui dum ecclesiæ saluti promovendæ prospectum voluerunt, noluerunt omnino illius seminaria quorsum scholæ & Academiæ pertinent, negligere. *Stryk differt. de Jure papali Princip. Evangel. c. 5. §. 2.* Sed adversus ista monita notat D. Titius *lit. a. Pacta provincialia per casus ejusmodi limitari concesserim, sed de pactis Germaniæ fundamentalibus idem dici vix potest; Est enim æstimatio horum casuum valde lubrica, & nimis parata, a parte Pontificiorum foret retorsio.* Sed respondeo mutari statum controversiæ. Ego cum B. Antecessore sollicitus sum de eo quid de jure possit Princeps facere non obstantibus pactis. Dn. Titius vero de eo loquitur quid conducat. Multa vero licent, quæ non ubivis conducunt.

*) Hoc laudabile fuisset, sed artibus Cleri id est impeditum. Dn. Titius *lit. b.* Conf. supra notata *ad §. 8. circa finem* de obstaculis progressuum in reformatione.

** Imo

sanctissimus Pater, nisi aperte se Patronum vitiorum ostendere vellet. **) Et nulla necessitas subigebat fidem Catholicam ejurare, utut Sacerdotes eorumque bona paulo pressius ad bonum Reip. forent reformata. ***) Nam & antiqui Christiani, paupertatem adhuc sociam pietatis habentes, & antequam de privilegiis sedis Romanæ innotuisset, in fide cum eadem Ecclesia Romana conspirabant. ****) Maxima difficultas nonnullis circa

**) Imo maxime fuisset indignatus, quomodo enim is rem, Rebuspublicis utilem æquo animo toleret, qui nihil nisi earum perniciem intendit, & qui vitiorum patronus non quidem vult videri, revera tamen est? Interim Autoris doctrina ad eundem sensum tendit, si ironiæ larvam tollas. Dn. Titius *lit. c.*

***) Id est; Cæsar aliique Principes potuissent manere Pontificii theologice, modo non mansissent politice sed potius jus Sacrorum Imperio vindicassent, quod discrimen exemplo Regni Galiæ & Reipublicæ Venetæ potest intelligi. D. Titius. *lit. d.*

****) Sed hæc ratio, ad thesin præcedentem non quadrat, nam ab Ecclesia Romana pura ad corruptam inferre non licet, nec sententia

circa Episcopatus adhuc superstites visa fuit, quos neque Cæsari, neque Principibus aliis accrescere rationes Reipubl. Germanicæ ferunt. Verum, quid morbidus Germaniæ status patiatur, facile adparet, quem omnis mutatio magnis concutere motibus potest. Ergo maneant sane isti Episcopi, & tam opimis ditionibus fruantur, dummodo meminerint, se easdem Germaniæ debere, & se Germaniæ Principes esse, quibusque adeo Germania magis quam Roma sit amanda. *****) Sed

tentia illi probata, huic etiam placet D. Titius *lit. e.* Puto autem ad hanc censuram facile responderi posse repetendo, quod ipse Dn. Titius modo fassus erat, Autorem hic ironia uti, adeoque simulando acsi Pontificia religio non ita sit corrupta, ut est, eam ablegando ad Statum primitivæ Ecclesiæ, eum non absque acumine pungere voluisse.

*****) Ergo non expungendi sunt Episcopatus, sed Reipublicæ saltem vindicandi, & jugum Papale excutiendum, id quod sine bello cruento fieri posset, modo superstitioni nullus relinqueretur locus. Dn. Titius *lit. f.* Addo: & modo illa excussio Papalis jugi fieret simul a maxima parte Episcoporum, non saltem

& eorum, quæ ſemel perierunt, & deſiderium bona fide exuant, ne, dum iſta recuperare nituntur, ſors præſentia quoque ſimul amittant, ſaltem turbis patriam involvere amplius parcant. Equidem ſuperiori ſeculo non adeo difficile videtur fuiſſe, Epiſcopatus in aliam reformare faciem, ni Colonienſis Electoris ******) conatus in caſſum cecidiſſent, aut ſi alios quoque Epiſcopos ſimilia tentandi lubido ſubiiſſet. Et ſane, excuſſa ſemel Sedis Romanæ reverentia, licebat Epiſcopatus illos in Principatus hereditarios convertere, tranſcriptis itidem in Capitulares præbendis. Aut, ſi hoc diſplicebat, per electionem deinceps quoque dignita-

ab uno & altero, per ea, quæ ſtatim ex ipſo Dn. Titio adducemus. At prior caſus rebus ſic ſtantibus nondum eſt dabilis.

******) Hermanni, qui ob reformationem ſuſceptam, Archi-Epiſcopatu tandem cedere coactus fuit vid. Sleidan. *comment. de Stat. religion. l. 18. p. m. 563.* Cum autem tum res hæc ex voto non ſucceſſerit, ubi tamen reformatio in Germania adhuc fervebat, multo minus hodie felices ſperare licet ſucceſſus. Dn. Titius *lit. g.*

t) Uni

gnitates istæ conferri poterant. Neque enim adeo obtuso sunt ingenio Protestantes, ut bona ista non in eosdem queant usus impendere, quibus a Catholicis destinantur. Et quieti Germaniæ expediebat, novæ isti Religioni universos nomen dedisse, quam per diversitatem fidei in partes distrahi. *t*) Istud autem ignavum

t) Uni Religioni, id est, uni confessioni universos fidem dare in hoc seculo, & moraliter & ex primis Christianismi principiis impossibile est. At vero ob diversitatem confessionis in partes distrahi, non necessarium est; sed malitia, hujus distractionis causa, à Principibus non difficulter retundi potest. Atque hoc etiam moraliter & christiane non possibile saltem, sed debitum est; cum in hoc universi homines debebant convenire; ut se invicem ament. † Paulo ante dixit Autor, quod nulla necessitas subegerit, ut Cæsar aliique Principes, reformandis ad bonum Reipublicæ bonis ecclesiasticis; fidem catholicam ejurarent. Hic vero contendit, quieti Germaniæ expedivisse, ut novæ religioni universi nomen dederint. Sed nullam subesse variationem, facile liquet. Non necessum fuit; attamen expediit: Ibi sermo est de bonis ecclesiasticis, hic de quiete

pecus Monachos & prave solertes JESU Sodales si qua posset expurgare Germania, callidissimos simul exploratores abs sese

te Germaniæ in genere. De cætero consensum in religione præstare dissensu, negari nequit, & supra ad *c. 7. §. 9. lit. f.* ostensum est; quodsi tamen dissensus adsit, Imperantes possunt & debent prospicere, ne per fidei diversitatem, Respublica in partes distrahatur. v. Dn. Thomas. *lit. t. p. 434.* Sed nonne licet Pontificiis in suam sententiam, Autoris philosophiam ita flectere: Et quieti Germaniæ expediebat, in fide Romana universos persistere, quam per diversitatem fidei in partes distrahi? Minime vero, nam religio pontificia & falsa in multis articulis, quod Theologi respondent, & Rebuspublicis noxia est, quod Politici addunt. Dn. Titius *lit. h.* [†† Quid igitur, o boni cives, quid facimus? Cur Jesuitarum societatem, in communi hominum societate? cur tyrannidis pontificiæ acerrimos satellites, in media Republica impune versari patimur diutius? Nec quicquam in excolendo boni publici fundo sudabimus; nec quicquam lolium, carduos, lappas & tribulos extirpabimus; nisi ex agro nostro hæc filix radicitus evellatur. Lansius *contr. Hispan. p. 277.*]

u) Se-

ſeſe amoliretur, *u*) & quæ iſti tuburcinantur

u) Secundum regulas Politicas iſtud quidem utrumque videtur eſſe impoſſibile, cum ſecundum principia moralia Monachorum & Jeſuitarum vix liceat ſine præſenti mortis periculo Politicis talia cogitare. Sed DEUS non eſt alligatus ad regulas Politicæ humanæ. Forte & Catholicorum Principum liberatio appropinquavit. Apud DEUM nihil eſt impoſſibile. v. g. ante triennium forte nemo cogitaſſet fore poſſibile, ut in territoriis Principum Proteſtantium libere quis poſſit ea docere, quæ Monzambanus docuit, quæ notæ noſtræ docent, & tamen divina gratia libertatem hanc poſſibilem fecit frementibus inimicis veritatis & lucis &c. † Nec hominibus impoſſibile eſt, amoliri Monachos & Jeſuitas, nam ſola ſuperſtitione adeoque nudo terriculamento eorum tolerantia nititur; illam igitur ſi Imperantes excutiant, mortalium improbiſſimi facile expelli poterunt, quod etiam olim in Gallia factum eſt. Vide Lanſ. *contr. Hiſpan. p. m. 275.* D. Titius *lit. i.* Sed ipſa verba mea præcedentia oſtendunt, me non loqui de impoſſibilitate abſoluta intuitu humani generis, ſed de morali, & quidem ad præſentem ſtatum relata. Deinde dum provoco ad principia moralia &c. & præſens mortis periculum, non loquor de terriculamento ſuperſtitionis, ſed de metu

tur bona, vel sola sufficerent alendo exercitui, qui vicinis omnibus esset formidabilis. *) Talia dum differentem audio, jamdudum fortunis Ecclesiæ Catholicæ per Germaniam metuere subibat; ni succurrisset, frustra privatos & speciosa consilia fingere, & magnos animos sumere intra parietum suorum umbracula, quamdiu bona sua ignorant illi, *x*) quos ad clavum Reipubl. nascendi sors,

metu politico, qui in viros constantes cadit. Res magis distincte explicabitur in discursu.

*) Quam gloriosum vero & utile hoc esset Reipublicæ ac Imperantibus, cum contra in tanto hominum otiosorum numero, imperium fere saltem sit precarium, ac aliorum ludibrio non raro expositum. D. Titius *lit. k.*

x) Non mirum, quod ignoraverint hactenus, quia non pauci educationi filiorum non debitam dederunt operam, & veritatis professionem vix in subditis tolerare potuerunt, tantum abest, ut adhibuerint, qui Principibus juventutis officia hominis, officia Christiani, officia Principis, (quibus partibus omnis eruditio Principis absolvitur) debito modo inculcarent, sed equos v. g. & canes magis

fors, opes magis præter meritum, quam sapientiam largiri prona, admovit. *) Isthæc super Imperio Germani-

 co

magis curarunt quam liberos suos, & magistros stabuli aut venationum majori dignitate ac salario honoraverunt, quam ephoros & informatores Principum. Dicebat Augustus de Herode, se malle --- Sed manum de Tabula. Deus vero statuminator veritatum, veritates & in his notis dictas contra omnia consilia inimicorum defendet, & nævos imbecillitatis humanæ admixtos condonabit, cui sit laus & honor in æternum.

*) Neque tamen solis Principibus hic defectus imputandus, sed & magnam partem nostrum hoc vitium est, qui eruditi vocamur, dum consilia quidem speciosa fingimus, ut Autor loquitur, sed tamen consilia genuina & ex regulis veræ prudentiæ civilis petita de emendanda Republica vel nunquam, vel rarissime damus. Imo dare non possumus, quamdiu in Academiis etiam Protestantium Principum doctrina hujus prudentiæ civilis exulat, aut frustra ex Aristotele, vel ex voluminibus Bodini, Besoldi, Arnisæi, Conzenii, Knichenii &c. quæ quidem magna diligentia sunt coacervata, sed in quibus parum judi-

ço inter peregrinandum mihi obſervata viſum fuit commentari, quæ profeſſione candoris apud cordatos ſi minus laudem, ſaltem excuſationem merebuntur. **)

---

judicii apparet, repetitur. Sed forte ſuccurret & huic malo providentia divina.

**) Atque hoc in ſpecie ſibi etiam polliceri poteſt ultima diſquiſitio, de habitu religionis in ordine ad vitam civilem. v. *notat.* §. 5. *lit. b.* fere enim nihil aliud egit Autor, quam ut corruptionem religionis, a Clero Papali factam, ſale ſatyrico perfricuerit, ac incompoſitos Cleri affectus ſubinde notaverit, quod profanum, ac ſanioris politicæ regulis, vel officio hominis Chriſtiani adverſum eſſe, quis bonis rationibus probaverit? Dn. Titius *lit. m.*

F I N I S.



IN-



INDEX CAPITUM.

INDEX AUCTORUM.

Paginæ adjectæ indicant judicium de iis latum.

E. Egin-

Luca

S. Sa-

INDEX

INDEX RERUM.

quid

civi-

an

una

eo-

it. in

Hassia

Mar-

Medi-

qui

Mo-

defe-

Pro-

Re-

quando

Stol-

Re-

quando

Stol.

Teu-

quid

ad

S. D. G.

Errata.

p. 17. lin. penult. *lege*: Matthias Stephani, Rumelino,
p. 18. l. 6. *lege*: temporis
ibid. l. 13. *lege*: adrepere
p. 25. l. 6. lege: *Germani*
p. 27. l. 15. pro *t. 16*, leg. *f. 16*.
p. 49. l. 23. *verbis* antiquam Galliam *adde* & Galliam
p. 50. l. 23. *lege*: Schurzfleisch
p. 61. l. 12. *verb*. successivum *adde* statim
p. 62. l. 13. *pro* p. 189. *leg*. 305.
p. 63. l. 17. *lege*: armato
p. 64. l. 26. *lege*: Carolus
p. 101. l. 26. *lege*: judicari debere
p. 107. l. 2. *lege*: titulo Romani
p. 115. l. 27. *pro* regnum Germaniæ *leg*. regnum Italiæ
p. 124. l. 9. *lege*: adducat
p. 129. l. 8. *lege*: principum
p. 151. l. penult. *lege*: Pontifice aut
ibid. l. ult. *lege*: interesse proprium
p. 155. l. 22. *lege*: Ædui
p. 170. l. 23. *pro* subegerit *lege* subfuerit
ibid. l. 26. *pro* corruptio *lege* concorporatio
p. 173. l. 10. *pro* nullos *lege* nullus
p. 178. l. 21. *lege* Ducatum
p. 185. l. 12. *pro* in *lege* sine
p. 210. l. 23. *lege* consentio
p. 217. l. 7. *lege* divisione
p. 218. l. 21. *pro* Lerinensis *lege* Sverinensis
p. 237. l. 15. pro *d. p. 21*, leg. d. 21.
p. 238. l. 24. pro *p. 389*. lege *p. 417*.
p. 240. l. 17. *pro* immediati *lege* mediati
p. 249. l. penult. *pro* nobilibus *lege* ignobilibus
p. 268 l. 12. *dele* [† potius
ibid. l. ead. *ad* Verb. provincia *adde* [† potius
p. 271. l. 25. *lege* & in investitura
p. 290. l. 15. *lege* primores
ibid. l. 21. *lege* potestas
p. 296. l. ult. *dele* jus
p. 322. l. 2. *lege* jubentur
p. 325. l. 6. *lege* Andlo
p. 330. l. 12. *lege* fuerit
p. 331. l. 19. *lege* Helmoldo
p. 333. l. 25. *pro* hic *lege* hac
p. 335. l. 1. *lege* in renovatione
p. 336. l. 15. *pro* & *lege* est
p. 366. l 5. *lege* Cæsari
p. 367. l. 1. *lege* principis
ibid. l. 27. *lege* sæpe
a p. 373. usque 385. corrigendi sunt numeri & inscriptiones paginarum.
p. 374. l. 7. *lege* volunt
p. 405. l. 24. *lege* turbatorum, potissimum
p. 414. l. 13. *lege* Circa
ibid. l. 18. *lege* Conring.
p. 421. l. 28. *pro* 1581. *lege* 151.
p. 422. l. 2. *lege* cassatoriam

p. 426. l. ult. *lege* inferre
p. 432. l. 24. *lege* notet
p. 433. l. 15. *lege* principum
p. 438 l. 24. *Verbis:* ad §. 2. *adde* cap. 4.
p. 440. l. 26. *pro* 207. *lege* 434.
p. 446. lin. penult. *lege* repete
p. 449. lin. 15. *lege* judicandi
p. 456. l. 15. *pro* undecima *lege* decima
p. 456. l. 25. *lege* velut
p. 481. l. 26. *lege* monetam
p. 482. l. 18. *lege* Ergo
p. 484. l. 25. *pro* abesse *lege* obesse
p. 486. l. 18. *leg.* proscriptione
p. 488. l. 13. *lege* inefficacis
p. 490. l. *lege* apta
p. 491. l. 12. pro *Vero* lege *vera*
p. 493. l. 8. *lege* crassius
p. 502. l. 26. *lege* structuram
p. 508. l. 1. *lege* alii
p. 511. l. 3. *pro* IV. *pone* VI.
p. 522. l. 23. *lege* majestatis
p. 533. l. 9. *post* mixta *adde* per
p. 552. l. 20. *lege* quibusdam
p. 553. l. 5. *lege* tenuiores
p. 556. l. 7. *lege* virtutum
p. 557 l. 21. *lege* carentes
p. 561. l. 14. *lege* Germaniæ
p. 564. l. 4. *pro* Lusatiæ *lege* Lusitaniæ
p. 565. l. 21. *lege* consideremꝰ
p. 589. l. 19. *lege* perfide
p. 593. l. 19. *pro* lege *pone* leges
p. 598. l. 12. pro *&c.* pone *&*
ibid. l. 19. lege *odium*
p. 601. l. 14. lege *gaudent*
p. 608 l. 10. *lege* Hassiaca
p. 613. l. 18. *lege* Ethicis
p. 618. l. 7. *lege* haut quidquam
p. 618. l. 9. *lege* Hippolithus
p. 624. l. 6. *lege* eversione
p. 627. l. 20. *lege* æquali
p. 636. l. 12. *lege* manet
p. 641. l 26. lege *privator*
p. 650. l. 24. *lege* irritationis
p. 662 l. 27. *lege* meditatio
ibid. l. 29. *pro* suo *lege* sub
p. 666. l. 17. *lege* absurdissime
p. 691. l. 3. *lege* admitti
p. 700. l. 6. *lege* progeniem.

NB. Die Errata werden abgeschnitten / und zu Ende des Registers gebunden.

